14
4 R
2

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

14 - K - 21

4. 1. 47.
48 47
9 g
4 22

COLLEGII COMPLVTENSIS DISCALCEATORVM FRATRVM ORDINIS

B. Mariæ de Monte Carmeli,

DISPVTATIONES IN DVOS LIBROS PHYSICORVM ARISTOTELIS

De Generatione & Corruptione, seu de Ortu & Interitu.

IVXTA MIRAM ANGELICI DOCTORIS D. Thomæ & eius scholæ doctrinam.

EIDEM COMMVNI MAGISTRO, ET Florentissimæ Scholæ dicatæ.

LVGDVNI,
Sumptibus HORATII BOISSAT,
& GEORGII REMEVS.

M. DC. LXVIII.

BIBL. SOCIET. ROM. SOCIET. IESV COLL. SEC.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TABVLA DISPVTATIONVM, ET QVÆSTIONVM quæ in hoc Opere continentur.

Disput. præamialis huius tertiæ partis Philosophiæ. 1.

Qvæst. 1. Quod sit obiectum horum librorum. ibid.
Qvæst. 2. De inscriptione huius operis & diuisione illius. 7

LIBER I. DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE, SEV DE ORTV & interitu.

Disp. 2. de Generatione simpliciter, seu substantiali, in communi. 9

Qvæst. 1. Vtrum generatio simpliciter, seu substantialis sit possibilis. ibid.
Qvæst. 2. Quid sit generatio substantialis? 12
Qvæst. 3. Quis sit terminus generationis substantialis? 17
Qvæst. 4. vtrum generatio substantialis subiectetur in materia prima, vt informata, corporeitatis eidem cœtus. 22
Qvæst. 5. Vtrum generatio substantialis subiectetur in composito denuò genito, an verò in materia prima denudata ab omni forma substantiali. 26
Qvæst. 6. An iuxta mentem Arist. & D. Thom. generatio substantialis subiectetur in materia prima, vt immediate affecta quantitate, & aliis dispositionibus accidentalibus: an verò in eadem vt omnino nulla. 29
Qvæst. 7. An ratione naturali probetur generationem substantialem subiectari immediatè in materia prima ab omnibus accidentibus nuda. 32
Qvæst. 8. Vtrum accidentia recepta in toto composito denuò genito, & dimanantia forma substantiali illud constituente dispsonant materiam ad generationem, & receptionem illius. 39

Disp. 3. De corruptione simpliciter, seu substantiali. 43

Qvæst. 1. An, & quid sit corruptio simpliciter, seu substantialis, & quis eius terminus. ibid.
Qvæst. 2. Vtrum corruptio sit mutatio naturalis. 45
Qvæst. 3. An corruptio sit per se intenta à natura. 46
Qvæst. 4. An, & quomodo verum sit generationem vnius esse corruptionem alterius. 48
Qvæst. 5. Vtrum generatio, & corruptio habeant inter se mutuum ordinem priotis, & posteriotis in diuerso genere causæ. 51
Qvæst. 6. Vtrum in corruptione substantiali fiat resolutio vsque ad materiam primam. 53

Disp. 4. De alteratione. 55

Qvæst. 1. Quid sit alteratio. ibid.
Qvæst. 2. Vtrum alteratio adæquatè diuidatur in intensionem, & remissionem. 61
Qvæst. 3. Vtrum substantia possit intendi, & remitti. 64
Qvæst. 4. Vtrum ad quantitatem intensio, & remissio terminari possit. 66
Qvæst. 5. Vtrum relatio & sex vltima prædicamenta necnon & motus sint intensibilia, & remissibilia. 68
Qvæst. 6. Quænam qualitates sint intensibiles, & remissibiles. 70
Qvæst. 7. Vtrum intensio qualitatis fiat per deputationem à suo contrario, aut per corruptionem præexistentis, & aduentum alterius perfectioris. 75
Qvæst. 8. Vtrum intensio qualitatis fiat per additionem gradus ad gradum. 78
Qvæst. 9. An qualitates intendantur per hoc quod addatur illis nouus modus maioris radicationis in subiecto. 85
Qvæst. 10. Vtrum motus alterationis sit continuus. 88
Qvæst. 11. Quomodò fiat augmentum extensiuum qualitatum. 92

Disp. 5. De Nutritione. 97

Qvæst. 1. An sit nutritio, & in qua actione, & nutratione consistat. ibid.
Qvæst. 2. An nutritio realiter distinguatur ab augmentatione. 99
Qvæst. 3. Vtrum terminus nutritionis sit substantia viuentis, vt intra lineam substantiæ habet rationem partis vel quisnam ille sit. ibid.
Qvæst. 4. Vtrum illud substantiale, quod per nutritionem acquiritur, & in vniuersum quidquid substantiale est in nutrito, aut in quauis alia substantia materia sit totum quoad substantialia sub rota quantitate, & totum sub quauis parte eius. 108
Qvæst. 5. Vtrum illud, quod per nutritionem acquiritur, identificetur præcisè, quoad substantialia cum substantia nutriti, & eo separato, pereat identificatio, & realis, actualis, ac substantialis distinctio inter vtrumque intercedat. 111
Qvæst. 6. Quomodo ex dictis sit occurrendum argumento & confirmationibus ex testimoniis D. Th. desumptis, & in fauorem contrariæ sententiæ à num. 23. vsque ad 26. huius Disputationis adductis. 116
Qvæst. 7. Quomodò ex dictis dilucnda sint argumenta ex ratione petita, & pro contraria sententia à num. 26. vsque ad 33. huius Disputationis illata. 117
Qvæst. 8. Vtrum nutritio sit mutatio successiua continua, an verò discreta. 119

Disp. 6. De Augmentatione. 123

Qvæst. 1. An augmentatio tendens à minori ad maiorem quantitatem habeat quatenus distincta ab alteratione, & nutritione esse peculiari aliqua ratione mutationem successiuam, & continuam. 124
Qvæst. 2. Vtrum augmentatio propriè, & in rigore loquendo solum conueniat viuentibus. 125
Qvæst. 3. An augmentatio toto tempore vitæ continuò duret. 127
Qvæst. 4. Vtrum eius quod augetur, quælibet pars augeatur. 131
Qvæst 5. Vtrum viuens maneat idem numero toto tempore augmentationis. 134

Tabula Disputationum,& Quæstionum.

Disp.7. De condensatione,& rarefactione. 136

QVæst.1. An sit rarefactio,& condensatio, & in qua actione,vel mutatione consistant. ibid.
Quæst. 2. An termini rarefactionis & condensationis sint maior vel minor quantitas, vel maior & minor extensio,aut præsentia localis. 137
Quæst.3. Vtrum tarefactio , & condensatio per se primò terminentur ad qualitatem , vbi cuam earum diffinitiones explicantur. 139

Disp.8. De actione & reactione. 144

QVæst.1. Vtrum agens possit agere in passum sibi simile tam in virtute agendi, quam in intensione eius. ibid.
Quæst. 2. An agens possit agere in passum omnino simile in virtute agendi,& in intensione eiusdem,modò in raritate,& densitate dissimilia sint. 146
Quæst.3. Vtrum ad hoc vt agens agat,debeat esse maior actiuitas illius,quàm resistentia passi. 148
Quæst.5. Vtrum omne agens in agendo repatiatur 150

Disp.9. De Mixtione. 152

QVæst.1.An mixtio sit naturaliter possibilis. ibid.
Quæst. 2. An inter liquores sit vera & propria mixtio. 154
Quæst.3.Vtrum diffinitio mixtionis scilicet mixtio est miscibilium alteratorum vnio , sit recte ab Arist. tradita. 156
Quæst.4.An miscibilia manent virtualiter in mixto ex eo quod formæ illorum virtuali , & eminenti modo in eo contineantur,an verò ex eo quod solum secundum suas qualitates in eo permaneant. 159

LIBER II. DE GENERATIONE & corruptione.

Disp.X. De elementis,& eorum qualitatibus. 163

QVæst.1.Quid elementum. ibid.
Quæst.2.Quotuplex sit elementum. 164
Quæst. 3. Vtrùm ignis sit summè calidus & summè siccus : & aër sit calidus & humidus citra summum. 165
Quæst.4. Vtrum aqua sit summè humida , & citra summum frigida:terra verò in summo frigida,& citra summum sicca. 169
Quæst. 5. Vtrum qualitas elementi minus intensa habeat permixtionem contrariæ. 171

Disp. 11. De mutua elementorum generatione. 173

QVæst.1. An quodlibet elementum possit ex quocumque alio immediatè generari. ibid.
Quæst. 2. An facilior sit transitus inter elementa symbola quàm inter dissymbola. 176
Quæst 3. Vtrùm duo elementa possint concurrere ad generationem alterius tertij elementi specie distincti. 178

Disp. 12. De temperamentis mixtorum. 180

QVæst. vnica. Vtrum in mixtis sit naturaliter possibile temperamentum æquale ad pondus. 181

Disp.13. De reproductione eiusdem rei secundum identitatem numericam. 183

QVæst.1.Vtrum eadem numero res permanens à causa secunda producta,& deinde extincta, iterum possit naturaliter produci. ibid.
Quæst.2. Vtrùm sicut res permanens semel extincta ita etiam successiua , iam destructa possit secundùm identitatem numericam per diuinam potentiam redire. 186

FINIS.

DISPV

DISPVTATIONES

IN DVOS LIBROS ARISTOTELIS DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE, seu de Ortu & Interitu.

PROOEMIVM.

POSTQVAM Aristot. in prima Philosophiæ parte (in octo nimirum Physic. libris) de ente mobili in communi; seu de composito substantiali, vt habet in se principium motus, vt sic, disseruit, & in secunda (scilicet in lib. de cœlo & mundo) de ente mobili moto locali egit; iam in hac 3. parte de ente mobili, motu generationis substantialis, seu habente in se principium prædicti motus, & aliorum, qui eidem generationi sunt aliquo modo annexi, sermonem instituit.

Et meritò sanè ordinem hunc Arist. obseruauit, quia (vt optimè aduertit Doctor Angelicus in Prooemio huius operis, & librorum de cœlo) motus localis est primus inter omnes alios motus. Tùm quia est communior, & vniuersalior cæteris aliis, vtpotè conueniens cunctis ferè entibus naturalibus. Tum etiam; quia motus localis, nempe cœlorum, est aliquo modo causa reliquorum motuum. Et ideò oportuit, vt post tractatum de ente mobili secundùm se sumpto, statim de ente, prout est mobile localiter, & præcipuè de corporibus cœlestibus, quatenus hoc modo mobilia sunt, Philosophus ageret: & deinde in hac tertia Philosophiæ parte de aliis mobilibus habentibus principium motuum, non communium omnibus corporibus; sed solùm his inferioribus, differeret: vt ita ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia descendendo, eundem in docendo ordinem seruaret, quem natura ipsa absque magistri disciplina seruat, quique (vt 1. Phys. disp. 1. num. 24. vsque ad finem diximus) ad quamlibet scientiam edocendam omnium aptissimus est.

2 Quia verò generatio substantialis, quæ est præcipua mutatio in hoc opere inspecta (vt docet D. Th. in præsenti) potest considerari dupliciter, vel in communi, & secundùm se, vel in particulari, ad eius nimirum species descendendo (quod idem de cæteris aliis motibus ad eam prærequisitis, vel aliquo modo subsequutis dicendum est) ideò Aristot. in his duobus libris, qui de Ortu, & Interitu, seu de Generatione & Corruptione inscribuntur, de Generatione substantiali, alijsque motibus eidem annexis, non iuxta secundam illam particularem, sed iuxta priorem, communemque considerationem, ac proinde de ente mobili, prout habet in se principium eiusdem generationis substantialis, aliorúmque motuum, vt sic, sermonem instituit, de particularibus eorumdem generationibus, & corruptionibus, specialibusque motibus, quibus mouentur, posteà acturus. Nam (vt loquitur D. Th. in Prooemio huius operis) *De vnoquoque quod in pluribus inuenitur, prius est considerandum in communi, quam ad species descenditur, aliequin oportet idem dicere multoties; scilicet quod in singulis id, quod est commune, repeteretur, sicut probat Philosophus in 1. de part. Animalium: & ideò prius oportuit de Generatione, & Corrupt. in communi determinare, quam ad partes eius descendere.*

Cæterùm, quia nec Philosophi mens, nec veritas ipsa attingi poterit, nisi Angelici Præceptoris nostri D. Tho. vestigijs omninò inhærendo: ideò in hoc etiam opere, sicut & in reliquis, quæ in lucem edidimus, Doctorem hunc Angelicum vt Ducem quem in omnibus sectemur, à cuiusque doctrina, tam in maximis, quàm in minimis ne latum quidem vnguem discedamus, libentissimo animo eligimus. Vt enim in Logica ex Innocentio VI. retulimus: *Huius Doctoris doctrina pra cateris excepta Canonica habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum, ita vt nunquam qui eum tenuit, inueniatur à tramite veritatis deuiasse: & qui eum impugnauit, semper fuit de veritate suspectus.*

3 Vndè non sine magno fundamento Angelici huius Doctoris præclaram doctrinam in Angelico illo pane, quem filij Israël præ admiratione manna appellarunt, adumbratam, præsignatamque fuisse existimamus. Quemadmodum enim (vt habetur Sapientiæ 16. n. 20.) mirabili illa *Angelorum esca nutriuit Deus populum suum*, ita mirifica hac doctrina (quæ vtpote ab Angelico Doctore ad spiritualem mentis escam tradita, esca Angelica iure optimo quit appellari) nutriuit Deus præteritis sæculis, nutriuit præsenti, nutrietque proculdubio futuris populum suum, id est, gentes illas à se specialiter dilectas, quarum mentibus salutiferum, ac solidum doctrinæ nutrimentum præstare, quarumque intellectus veritatis lumine voluerit illustrare.

Et sicut eadem Angelorum esca (vt citato loco dicitur) *Omne delectamentum in se habebat, & omnis saporis suauitatem*; sic sic profectò Angeli huius nostri spiritualis esca, seu doctrina, omnis veritatis, omnisque doctrinæ, quæ in sacra Scriptura, & Antiquis Sanctorum Patrum, Philosophorúmque monumentis longè, lateque dispersa reperitur, saporem, dulcedinem, vtilitatem, ac suauitatem, mirabili

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

A quodam

quodammodo vnicè, ac ordinatè continet: adeò vt qui eius scripta pio, ac sanè debito animi affectu perlegerit, quidquid vtilitatis, quidquid dulcedinis, quidquid grauitatis, quidquid denique saporis, in cæteris omnium scriptis reperitur, se simul gustasse affirmare queat. Atque hæc duo (quæ inter se pugnantia videntur) vetustissimè potuit enunciare, te nihil, quod minus sit D. Thom. nihilque quod magis D. Thomam redoleat, inuenisse.

Quia enim parte in omnibus ipsius scriptis, nec verbum aliquod, quod non ex Sacris literis, Conciliis, ac Sanctorum Patrum, Philosophorumque monumentis deprompturn, vel eisdem valdè consonum sit, reperitur nihil quod minus sit D. Thom. quàm verò hæc omnia miro ordine, & artificio, mira pulchritudine, & consonantia mira denique vnitate ad brenem ab ipso summam sunt reducta, mirificeque illustrata, & aucta, nihil sanè magis D. Thom. redolet ingenium. Vnde fit, vt non leuis adsit dubitandi ratio, an scilicet plus Antiquorum scripta sancti huius Doctoris scriptis; an verò hæc illis plus decoris, vtilitatis, & pulchritudinis suæuitatisque contulerint.

4 Ex quo tandem illud huic Angelicæ doctrinæ meritò adaptari quit, quod loco iam semel & iterum relato de Angelico illo pane refertur, quòd scilicet ipse *deferuiens omnis cuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur.* Angelici enim huius nostri Præceptoris doctrina, vniuscuiusque voluntati (dummodò recta, veritatisque auida sit) propter ipsius eminentiam, amplitudinem, profunditatem que deseruiens ad hoc quod quisque rectè vult (testes sunt quotquot ipsius studio, ac intelligentiæ sit enutè, ac indefessè, pio tamen, ac sincero affectu, veritatisque assequendæ puro desiderio incumbunt) conuertitur.

Sanè (quod ad nos attinet) experientia ipsa quotidie nos huius Angelicæ, ac spiritualis escæ auidiores reddit; quò enim in eius inteiligentia magis elaboramus, eò etiam magis miram eius dulcedinem, omnisque saporis, ac veritatis suauitatem degustamus, huiusque immensi pelagi inexhaustam, inexhauribilemque profunditatem admiramur. Vnde ex tali pelago aliquid in hoc opere ad communem vtilitatem præter ea, quæ hucusque è sapientissimis Viris educta sunt, nos eductores esse (faxit Deus) talique doctrinæ, præcipuè verò diuini nunimis auxilio innixos ad finem vsque feliciter, atque inoffenso pede progressuros esse speramus.

DISPVTATIO I.

Procœmialis huius Tertiæ partis Philosophiæ.

CVNCTA ferè, quæ ad hanc disputationem desiderari poterant, constant ex his quæ tam in 1. disputatione Procœmiali Logicæ, quàm in Procœmialibus totius Philosophiæ diximus: & ideò solùm de obiecto horum librorum, & de inscriptione, ac diuisione huius operis, de quibus breuiter ibidem egimus, superest aliquid dicendum.

QVÆSTIO I.

Quod sit obiectum horum librorum.

VT quæstio hæc meliùs, & radicitus intelligatur, recolenda sunt ea quæ circa obiectum Logicæ, & totius Philosophiæ prænotauimus, vbi diuersas acceptiones obiecti, materialis scilicet, & formalis, adæquati, & inadæquati, rationis, *quæ* & *sub quo*, & plura huc spectantia adduximus. Quare sicut ibidem non do qualicumque Philosophiæ obiecto, sed de formali, adæquato, seu de ratione formali, *quæ*, adæquata inquisiuimus, quænam illa sit: ita nunc titulus quæstionis, non de qualicumque obiecto, sed de formali adæquato, seu de ratione formali, *qua*, adæquata intelligendus est.

§. I.

Refertur duplex opinio.

1 PRima sententia asserit, obiectum adæquatum horum librorum esse generationem, & corruptionem subsistantialem. Ita Simplicius, Philoponus, & Boëtius: quam quoad generationem, probabilem reputat Banes in præsenti conclusione 3. Probatur.

Primò, ex D. Th. in Procœmio 1. partis Philosophiæ, & horum librorum, vbi postquam assignauit obiecta propria, tam pro octo libris Physicquàm pro libris de Cœlo, statim addidit, quòd in hoc tractatu solùm restat consideratio de aliis motibus, qui inueniuntur in solis corporibus, inferioribus, *inter quos* (verba sunt D. Thom.) *principatum obtinet generatio, corruptio: alteratio enim ordinatur ad generationem sicut ad finem argumentum etiam consequenter se habet ad generationem & ideo necessarium est, vt quia hi motus consequenter se habent generationem simul cum eis de generatione, & corruptione tractetur.* Ergo apertè sentit, prædictam generationem, & corruptionem esse obiectum adæquatum huius operis.

Patet consequentia, quia illud est obiectum adæquatum, quod per se, & ratione sui inspicitur; cætera verò non nisi ratione illius: & ideo obiectum adæquatum Theologiæ est Deus, quia ratione sui attingitur; alia autem non nisi ratione ipsius: ergo cùm in præsenti agatur de generatione, & corruptione subsistantiali, & de aliis motibus, quia consequenter se habent ad illam (vt asserit D. Thom.) atque adeò non nisi ratione illius: fit inde, vt generatio, & corruptio subsistantialis, sint obiectum adæquatum horum librorum.

Confirmatur, & explicatur ex eodem D. Th. nam in præsenti agitur de alteratione quatenus præuia, & ordinata ad generationem, & corruptionem subsistantialem; de augmentatione autem quatenus ad generationem consequitur: de nutritione etiam, prout est quædam partialis generatio: ac tandem de elementis, vt sunt prima principia, & causæ, tam generationis, quàm corruptionis: ergo cuncta, quæ in his libris considerantur, attinguntur in ordine ad has duas mutationes, ac proindè illæ solæ ipsæ erunt obiectum adæquatum.

Secundò: inscriptio alicuius operis debet sumi ab obiecto adæquato: ergo obiectum horum librorum erit generatio, & corruptio subsistantialis. Antecedens patet, quia non aliter eorum, quæ in toto opere tractan

tractantur, notitiam inscriptio ipsa tradere poterit. Consequentia verò etiam constat, quia opus illud, de Generatione, & Corruptione, seu (quod idem est) de Ortu & Interitu inscribitur.

2 Sententia secunda est, obiectum adæquatum horum librorum esse materiam primam, provt est mobilis motu generationis substantialis: hanc innuunt aliqui ea recentioribus. Probatur primò: nam obiectum adæquatum huius tractatus debet esse ens mobile motu generationis substantialis: ergo erit materia prima, vt per illam mutati potest ab vna in aliam formam substantialem. Consequentia patet, quia sola ipsa est, quæ per prædictum motum, seu mutationem transmutatur. Antecedens verò subiecturn, nam ex quo capite tractatus iste est pars subiectiua totius Philosophiæ habentis pro obiecto ens mobile vt sic, debet inspicere tanquam obiectum peculiare aliquod ens mobile, quod speciali motu moueri possit: & ex quo capite motus, de quo per se, & ratione sui agit, tantùm est generatio substantialis, vt ostensum est, debet habere pro obiecto ens mobile, non qualicumque motu, sed generationis substantialis.

Secundò: nam præcipuæ affectiones, quæ in hoc opere demonstrantur, sunt generatio, & corruptio substantialis, non quidem vt actio, aut passio, sed vt motus, seu mutationes quædam sunt; at secundùm istam rationem solùm competunt materiæ primæ: ergo ipsa sola erit obiectum illius. Consequentia patet, quoniam obiectum alicuius tractatus debet esse id, cui conuenit præcipua passio, vel affectio quæ in illo demonstratur. Minor verò probatur; quoniam licet compositum substantiale generet, aut generetur; sola tamen materia prima est, quæ ex vi generationis substantialis transmutari potest, siquidem sola ipsa est, quæ manet sub vtroque termino *à quo*, & *ad quem* generationis. Maior autem quoad primam partem patet: nam cuncta, quæ in hoc opere traduntur, sunt annexa generationi, & corruptioni substantiali, vt ostensum est: ergo hæ duæ mutationes sunt præcipuæ affectiones, quæ in illo demonstrantur. Quoad secundam verò partem etiam constat, nam (vt ostendimus 1. Phys. disput. 2. num. 12.) Philosophus naturalis non agit per se primò de motu vt actio, aut passio, sed vt motus est: ergo generatio, & corruptio non demonstrabuntur per se de suo subiecto, nisi vt mutationes quædam, seu motus sunt.

3 Confirmatur ex discrimine, quod 1. Physic. disp. 3. num. 85. constituimus inter generationem, & plures accidentia, quòd scilicet generatio tribuit duplicem denominationem, aliam subiecto, scilicet materiæ primæ, denominando illam mutatam, aliam verò termino, denominando illum genitum: ergo obiectum horum librorum erit materia prima, non verò corpus ipsum naturale genitum. Patet consequentia, quandoquidem (vt diecbamus) præcipua affectio, de qua in præsenti agitur, est generatio vt mutatio, & hoc solum conuenit materiæ.

Tertiò. Nam sicut obiectum totius Philosophiæ non est ens mobile terminatiuè, ideò, quod per motum aut transmutationem fit, sed ens mobile subiectiuè, quod scilicet recipit in se motum, & per illum transmutatur (vt in 1. part. Philosophiæ, disput. 1. num. 6. diximus) ita obiectum huius tractatus non est ens generabile, aut corruptibile terminatiuè, id est, quod generatur, aut corrumpitur, sed subiectiuè, quod vtrarum generationem, & corruptionem in se recipit; at hæ duæ mutationes solùm recipiuntur in materia prima: ergo, &c. Maior constat ex paritate rationis. Minor verò etiam patet: nam sicut sola materia prima præsupponitur producta ante generationem, & corruptionem, estque sub vtroque termino *à quo*, & *ad quem* illarum, ita sola ipsa potest esse subiectum earundem.

§. II.

Duo alij dicendi modi recensentur.

4 TErtia sententia constituit pro obiecto huius operis corpus simplex, seu elementum, provt mobile est ad formam substantialem.

Ita Auerroës 1. de Cælo, commento 3. Albertus tract. 1. de Generatione cap. 1. & Aleaudet 1. Meteororum in principio, & videtur fauere Aristot. lib. 1. de Sensu & sensibili, cap. 4. vbi hoc opus appellat commentationem de Elementis. Fundamentum est, quia in toto fere libro 2. de Elementis agitur; in primo autem de eorum mixtione disseruit, & ad eam explicandam necessarium fuit de generatione, corruptione, alteratione, & augmentatione pertractare: ergo totus liber primus ordinatur ad secundum: ac proinde obiectum horum librorum erunt elementa, siquidem illa sunt obiectum lib. 2.

Quarta sententia asserit, corpus, vt est substantialiter generabile, & corruptibile, provt cumprehendit corpus simplex, & mixtum, secundùm rationem dictam consideratum, esse huius tractatus adæquatum obiectum. Ita plures ex Iunioribus. Probat primò ea ordine horum librorum, obtinent enim tertium locum in Philosophia: nam cùm in libris Phys. de corpore naturali in communi, & in libris de Cælo, de corpore naturali substantialiter ingenerabili, & incorruptibili disseruisset Philosophus, post modùm de generabili, & corruptibili agit: ergo illud erit obiectum partiale totius Philosophiæ, & adæquatum huius tractatus.

5 Secundò illud est obiectum alicuius scientiæ, aut partis illius, cuius passiones, causæ, & conditiones in ea considerantur; sed omnia, de quibus agit Philosophus in his libris, sunt proprietates, aut conditiones, vel causæ corporis generabilis, & corruptibilis, vt sic, & non tantùm corporis, vel determinatè mixti, vel determinatè simplicis: ergo, &c. Probatur minor, quia hic tractatus totus fere versatur in explicanda vel ipsa generatione, & corruptione, vel iis, quæ illam præcedunt, aut subsequuntur, eiusmodi sunt alteratio, augmentatio, tarefactio, actio, & reactio, &c. sed huiusmodi proprietates non conueniunt soli corpori mixto, neque soli corpori simplici, vt sic, bene tamen corpori generabili, & corruptibili, vt comprehendit vtrumque: ergo, & cæteta.

Tandem, corpus substantialiter generabile, & corruptibile, vt sic, pertinet per se ad aliquam speciem Philosophiæ, cùm verè sit species inclusa in obiecto, adæquato totius Philosophiæ; sed Aristot. nullibi egit de corpore secundùm istam rationem: ergo cum in præsenti differat de generatione substantiali, vt sic, & de aliis proprietatibus ad eam consequutis, vel prærequisitis, credendum est prædictum corpus, cui hæc generatio competit, esse adæquatum huius partis obiectum.

§. III.

Vera sententia Aristot. & D. Thomæ.

6 Dicendum tamen est, obiectum adæquatum horum librorum esse ens mobile ad formam siue substantialem, siue accidentalem, omnino tamen intrinsecam mobili. Diximus Intrinsecam, id est, est non tesoltantem ex aliquo intrinseco, vt per hoc excludatur vbicatio, quæ, etsi inhæreat mobili, tesultat tamen ex politione alicuius extrinseci, scilicet adiacentia loci. Hæc apertè colligitur ex Aristot. in præsenti cap. 3. & eam docent D. Thom. in Proœmio tam huius opetis, quàm librorum Physicæ auscultationis, vt statim expendemus, Ægidius, Marsilius, Venetus, quos tefert. & sequitur Rubio, & communiter Iuniotes Thomistæ. Probatur.

Primò, tatione desumpta ex Angelico Doctore locis citatis. Nam postquam in. Proœmio huius operis, dixit, quòd secundùm differentiam motuum, & mobilium distinguuntur partes. Philosophiæ naturalis, statim addidit, hunc tractum versari in explicatione genetationis substantialis, alteiationis, augmentationis, & aliorum motuum, qui quidem per se terminatur ad formam intrinsecam in sensu explicato. Et similiter in Proœmio Physic. postquàm dixit, quòd ad libros illos sequuntur alij scientiæ naturalis, in quibus agitur de speciebus mobilium, nempe in lib. de Cœlo, de mobili secundùm locum, addidit: *In lib. autem de Generatione de motu ad formam*, id est, ad formam omnino intrinsecam iam explicatam, vt per hoc excludatur motus ad *vbi*, ad libros de Cœlo, modo alibi dicendo, pertinens.

Ex quo sequens deducitur ratio. Partes Philosophiæ sunt dividendæ iuxta differentiam motuum, & mobilium, id est, iuxta differentiam mobilium, provt sunt tadices diuersorum motuum: quandoquidem obiectum Philosophiæ est ens mobile, vt sic radicaliter sumptum ergo cùm motus per se inspecti in hoc tractatu sint genetatio substantialis, alteratio, augmentatio, &c. qui per se tendunt ad dictam formam, fit inde, vt ens mobile, provt habens in se principium radicale prædictorum motuum, sit obiectum distinctiuum illius ab aliis partibus, ac proinde obiectum simpliciter, & adæquatum eiusdem, vt à cæteris condistinguitur.

7 Confirmatur primò, ratione deducta ex eodem S. Doctore locis citatis. Nam ex eo quòd motus lucalis est per se inspectus in libris de Cœlo, ideò corpus, provt habet in se principium tadicale talis motus, est obiectum adæquatum illorum: ergo quia motus prædicti sunt per se, & tatione sui in hoc tractatu inspecti, ideò corpus secundùm quod habet in se principium prædictorum motuum, seu mutationum, erit obiectum adæquatum illius.

Confirmatur secundò tatione alia, quam innuit idem Angelicus Doctor eisdem in locis. Nam teste Aristotel. 1. libro de Partibus Animalium, ea quæ aliàs sunt communia, priùs sunt tradenda, quàm particularia, ne doctrina communis sæpiùs repetatur: ergo Aristotel. in his tribus primis partibus Philosophiæ debuit agere de his, quæ altas sunt communia, tanquam de proprijs illarum obiectis: sed in prima egit de ente mobili simpliciter sumpto; in secunda verò, scilicet in libris de Cœlo, de ente mobili ad locum: ergo in hac tertia debuit pertractare tanquam de proprio obiecto adæquato, de ente mobili, ad formam intrinsecam iam explicatam, præcipuè cùm in nullo alio Philosophiæ tractatu huiusmodi obiectum sedem habeat.

Secundò, quoniam illud est obiectum formale adæquatum tractatus alicuius scientiæ quod continet omnia, quæ in illa pertractantur, & per se continetur sub totali subiecto integræ scientiæ: sed vtraque conditio conuenit enti mobili ad formam omnino intrinsecam, siue substantialem, siue accidentalem: ergo, &c. Maior ex se patet. Minor verò quoad primam conditionem etiam liquet, quoniam prædictum ens mobile potest moueri omnibus motibus, de quibus in hoc opere differitur, scilicet genetationis, & corruptionis substantialis, alteiationis augmentationis, &c. ac proinde continet omnia, quæ in eo tractantur. Quoad secundam verò etiam constat, nam sub ente mobili ad quamcumque formam physicam per se & directè continetur ens mobile ad formam omnino intrinsecam iam explicatam.

Confirmatur: quoniam genetatio, & corruptio substantialis, aut materia prima, non possunt esse obiectum formale huius tractatus, quia non continentur per se, & directe sub ente mobili, quod est obiectum integræ scientiæ; corpus verò sub substantialiter genetabile, & corruptibile terminatiuè, sicut non potest esse vt sic ens mobile subiectiuè tespectu harum mutationum, vt in fauorem secundæ sententiæ ostendimus, ita nequit esse obiectum huius partis, quæ non minùs, quàm tota Philosophia debet respicere ens mobile subiectiuè: elementa etiam non adæquant quidquid in eatraditur, siquidem in illa agitur de genetatione, & corruptione substantiali, & aliis motibus, provt conueniunt cunctis corporibus corruptibilibus: ergo solùm restat, quòd ens mobile ad formam modo explicato sit obiectum adæquatum illius. Patet consequentia, quia in antecedenti referuntur cætera alia, quæ potetant esse illius obiectum, vt inuenti patebit.

§. IV.

Obiectiones contra assertionem, & solutio earum.

8 Sed obiicies primò contra assertionem, ex ea sequi, quòd libri de Animalibus, de Meteotis, & de Anima, essent partes huius tractatus, at hoc est apertè falsum, & contra omnes Philosophos: ergo & cæteta Sequela probatur, quia sub obiecto à nobis assignato obiecta prædictorum libtotum continentur.

Secundò, videtur non posse assertionem cohærere cum his, quæ 1. Physic. disput. 1. num. 9. diximus, scilicet totam Philosophiam, quoad omnes suas partes; esse vnam in specie infima. Nam quæ habent distincta obiecta formalia, non possunt non specie distingui, cùm specificatio ab obiectis formalibus desumatur: ergo cùm hnic patti, & cæteris aliis assignemus obiecta formalia distincta, tam inter se, quàm ab obiecto totius Philosophiæ, non poterunt non specie essentiali saltem partiali inter se distingui.

Tertiò, quia inde fieret, tractatum istum præcedere nobilitate & loco libros de Cœlo, quia forma intrinseca, de qua in eo differitur, maximè si sit substantialis, prior est tempore & dignitate, quàm vbicatio, quæ est forma, de qua in libris de Cœlo agitur, & consequenter motus ad prædictam formam intrinsecam erit longè nobilior motu ad vbicationem; at hoc est contra Aristot. & communem. Peripateticorum consensum; qui hunc tractatum tertio loco, ordine, & dignitate post libros de Cœlo collocant: ergo, &c.

9 Ad

9 Ad primam respondetur, negando sequelam, & ad probationem, quòd obiectum huius tractatus non est prædictum ens mobile vt totum quoddam potentiale ambiens sub se prædictas species, sed vt totum actuale: & ideò agitur in illo de motu generationis substantialis, & de aliis motibus in communi, non descendendo ad aliquam particularem speciem. Ad hoc autem vt alij libri, de quibus in obiectione fit sermo, essent partes huius tractatus, requireretur, vt tractatus ille haberet pro obiecto prædictum ens mobile, non secundùm se, & præcisè sumptum, sed vt explicabile, tam per principia, quàm per passiones, siue communes, siue particulares, ac tandem quatenus sub se per modum totius potentialis continet species talia mobilia.

Vnde, fit, quòd obiectum huius tractatus, scilicet ens mobile ad formam intrinseeam, vt sic, licee in esse rei sit quid commune ad obiecta librorum de Animalibus, Meteoris, &c. secùs tamen formaliter in ratione termini, seu obiecti huius tractatus, idest, secundùm quod ab hoc tractatu inspicitur: vt sic namque est quid specificum & atomum, quia taliter tractatus iste respicit prædictum ens mobile ad formam intrinsecam secundùm se sumptum, vt ibi quoad suum respectum sistat, nullatenúsque ad entia particularia, quæ in esse rei sub illo continentur, quasi oculos conuertat. Ex qua radice oritur maxima diuersitas inter obiectum sumptum, vel in esse rei, seu materialiter, vel in esse termini, seu formaliter, tam respectu huius tractatus, quàm respectu aliarum scientiarum, habituum, & potentiarum.

Potestque id satis aptè explieari exemplo ex lib. Physic. desumpto: nam vt ibidem disput. 1. num. 23. diximus, licet in eis agatur de ente mobili, quod aliàs est commune respectu omnium mobilium; nihilominùs sunt pars totius Philosophiæ distincta ab aliis partibus, in quibus de cæteris mobilibus magis particularibus agitur: quia non agitur in eis de ente mobili, vt per modum totius potentialis continet cuncta mobilia, sed de eo secundùm se, & præcisè sumpto, vt est totum quoddam actuale, & vt explicabile est per principia, & passiones communes, non descendendo ad particularia: & iden in eis, per se loquendo, non differitur de aliqua specie motus, sed de motu, vt sic.

10 Ad secundam negandum est antecedens: & ad probationem dicendum est antecedens esse verum de his, quæ respiciunt obiecta formalia diuersa, & simpliciter adæquata, ac proinde non subordinata intra propriam lineam alteri rationi adæquatæ, & formalioti; secùs verò, quando obiecta illa, licèt respectu vniuscuiusque tractatus adæquata, sint tamen inadæquata simpliciter, habentque prædictam subordinationem. Cæterùm, obiectum huius tractatus est simpliciter inadæquatum, vtpotè pars totius obiecti Philosophiæ, illique subordinatur; & ideò vnus, & idem habitus absque distinctione essentiali potest ad omnia hæc obiecta extendi. Vtrùm autem in eodem Philosophiæ habitu, quantumuis sit idem secundùm speciem infinitam, addendus sit aliquis modus extensionis in ordine ad peculiaria obiecta inadæquata, disput. 4. n. 100. dicemus.

Ad tertiam respondet Capreolus in secundo dist. 24. ad secundum Durandi contra secundam conclusionem, Sonzinas 5. Metaphys. quæst. 15. motum cœli esse perfectiorem aliis motibus: vndè non mirum, quòd tractatus de illo sit ordine, & dignitate prior cæteris, in quibus de reliquis motibus differitur. Ee videtur esse expressa mens Aristot. 8. Physic. textu 60. & D. Thom. 3. contra Gentes cap. 82. ratione 6. & 1. part. quæst. 110. artic. 3. in corp. Potéstque vna vel altera ratione ex vtroque petita suaderi. Nam per motum localem minùs deperditur, aut acquiritur de perfectione mobilis, quàm per alios motus; nam per hos acquiritur, vel deperditur substantia, quantitas, aut qualitas; per illum verò sola vbicatio, quo est minoris entitatis: ergo motus localis est perfectior aliis. Patet consequentia, quia motus ille est nobilior, per quem minùs deperditur, aut acquiritur de perfectione mobilis, seu subiecti: nam eo ipso petit subiectum minùs in potentia, & magis in actu, ac proinde est accidens nobilius.

Deindè; nam motus localis primi mobilis est mensura exterorum motuum, vt docet Aristot. 10. Metaphysic. cap. 4. éstque causa illorum, vt constat ex 8. Phys. text 57. ergo erit nobilior illis. Patet consequentia, tùm quia vnumquodque mensuratur perfectissimo sui generis, iuxta illud: *Primum vnoquoque genere est mensura cæterorum*: tùm etiam, quia causa diuersæ speciei ab effectu, est nobilior illo, quandoquidem habet se vt causa æquiuoca respectu illius.

11 Sed hic dicendi modus displicet. Tùm quia est contra Philosophum, & D. Thomam, vt statim videbimus: tùm etiam, quia specificatur motus à termino *ad quem*, vt 5. Physic. disp. 23. à num. 7. vsque ad 15. latè ostendimus: ergo cùm terminus motus localis, nempe *vbi*, sit ignobilior terminis aliorum motuum, vt prædictus dicendi modus fatetur, etiam ipse motus erit imperfectioe aliis motibus.

Nec rationes pro hoc dicendi modo adductæ aliquid conuincunt. Non quidem prima, nam (vt Diu. Thom. de malo quæst. 6. artic. 10. ad primum ostendit) argumentum Aristot. tantùm conoincit, motum localem cœli, & quemcumque alium motum localem esse perfectiorem exteris ex parte subiecti, & cognitore subiectum, quod sit magis in actu. solúmque in potentia ad *vbi*: quod etiam tepetit 8. Physic. dicens, quòd illa ratio tantùm probat motum localem esse perfectiorem quodammodò, vt per hoc excludatur perfectio simplicitet, & specifica; non verò subiectiua, iam dicta: quoniam per hoc, quod magis vel minùs depereat de perfectione subiecti, inlùm colligitur maior vel minor perfectio subiecti, & consequenter, quòd talis motus sit nobilior ex parte illius, non verò intrinseca, & essentiali perfectione siquidem hæc ex diuerso capite, nempe ex termino *ad quem*, desumitur. Vndè sicut non valet, ægritudo petit subiectum formaliter perfectius, quàm lux, scilicet corpus animatum: ergo est accidens perfectius: ita malè infertur, motum localem esse nobiliorem simplicitet, & essentialiter aliis motibus, ex eo quòd postulet subiectum magis in actu, sed ad summum, inde maior perfectio secundùm quod colligetur.

Nec etiam obest secunda ratio: quoniam ex ea solùm infertur, motum cœli, vt est passio illius, esse perfectiorem secundùm quid, & ratione subiecti, quàm alior motus, non verò essentialiter, id est, ex parte termini *ad quem*, & habitudine ad illum. Nam secundùm prior illam considerationem influit in hæc inferiora, & est perpetuus, vniformis, & mensura cæterorum motuum, non verò secundùm posteriorem, vt ex se constat. Nec tandem illud de causalitate motus cœli in hæc inferiora, eorúmque motus obest, quia non influit vt causa, sed per modum applicationis causæ.

Quare, hac reiectà solutione, alitet occurrendum est obiectioni; iuxta ea quæ D. Thom. in Proœmio

librorum de cœlo, & nos etiam ex Arist. & ea eodem S. Doctore 1. Phys. disp 1 n. 24. diximus, scilicet methodum, seu ordinem procedendi, quem Arist. obtinuit, esse compositionis tradendo nimirùm prius ea, quæ sunt magis communia, unde sicut ens mobile vt sic, quia est alioqui communiùs quàm cætera mobilia, ideo prima pars Philosophiæ debuit illi sic sumpto correspondere: ita quia mobilitas, secundum locum, & motus localis, est alias vniuersalior, ideò de ente mobili secundùm locum statim agit. Quibus accedit, mnium cœli esse vniuersaliorem vniuersalitate causalitatis, quàm alios motus rerum sublunarium.

§. V.

Diluuntur argumenta aliarum sententiarum.

11 AD primum ergo pro prima sententia admittendum est testimonium D.Thom. & neganda consequentia: ad probationem, concesso etiam antecedenti, negamus duo, quæ in consequentia supponuntur, quorum veritas ad eius veritatem desiderabatur. Primum est, generationem, & corruptionem substantialem per se, & ratione sui respici in hoc tractatu. Secundum est, alios motus alterationis, augmentationis, & cætera, non nisi vt annexos generationi, & corruptioni considerari: vtrumque enim falsum, & contra D. Thomam est. Primum quidem quia vt sup. num. 6. ea D. Thom. tetulituus, partes Philosophiæ distinguuntur, atque adeò constituuntur secundùm species motuum, & mobilium, id est, vt ibidem explicuimus, & mobilium, prout sunt radices diuersorum motuum, & consequenter mobilia ipsa respiciuntur per se motus autem solum vt affectiones, aut actus illorum. Vnde quando S. Doctor asserit in hoc tractatu præcipuè considerari generationem substantialem (vt dictum hoc cum eo, quod nuper ex eodem tetulimus, coliæreat) intelligendum necessariò est de consideratione terminata ad generationem, non ratione sui, sed quatenus est præcipua affectio, aut actus entis mobilis ad formam intrinsecam.

Secundum verò, quod etiam in consequentia supponebatur, non minùs est falsum, & contra D.Th. Nam Sanctus Doctor in hoc eodem testimonio, vbi asserit in præsenti tractati de alteratione, & augmentatione, quia consequentes se habent ad generationem, dixit generationem inter omnes hos motus principatum obtinere. Ea quo apertè sequitur, ipsum existimasse generationem, & corruptionem substantialem non esse (adhuc intra lineam affectionis) id, quod adæquatè respicitur, sed solùm id, quod respicitur principaliter, atque adeò alios motus etiam esse affectiones inadæquatas per se inspectas licèt minùs principales, ex quibus simul cum generatione, & corruptione substantiali, tanquam principalioti, adæquata affectio, & quasi passio obiecti huius tractatus coalescit. Vnde prædicti motus alterationis, augmentationis, &c. duplici titulo (intra lineam affectionis inspiciuntur,) nempe, & quia consequentes se habent ad generationem, & etiam ratione sui, tanquam affectionis inadæquatæ, minùs tamen principalis, in quo ab ipsa generatione substantiali distinguuntur, quæ intra prædictam lineam ratione sui dumtaxat, & tanquam affectio inadæquata principaliori respicitur.

13 Per quod etiam patet ad confirmationem: nam sicut in Logica agitur de prima & secunda operatione intellectus, quatenus ordinantur ad tertiam, & simul etiam quatenus secundùm se considerantur: itaque hoc opere differitur de alteratione, & augmentatione, &c. tam secundùm se, quàm secundùm quod sunt aliquo modo connexæ cum generatione.

Ad secundum negandum est antecedens: quia satis est inscriptionem alicuius petis sumi, vel ex obiecto adæquato, vel ex principali, vel tandem ex præcipua affectione, aut actu illius quæ in eo explicatur: sic enim efficienter innotescunt cætera, quæ ibidem traduntur, maximè quando aliæ affectiones, aut actus illius, nectuntur cum præcipua affectione, vel actu, per quem fit inscriptio.

Ad primum pro secunda sententia negandum est antecedens, & ad probationem dicendum tantum esse, solam generationem substantialem esse motum per se, & ratione sui, in hoc opere inspectum, quia etiam alij motus iam dicti per se respiciuntur tanquam affectiones, aut quasi passiones propriij obiecti: & ita ens mobile, quatenus habet in se principium motus ad formam iam explicatam, erit obiectum adæquatum illius.

14 Ad secundum concedendum est generationem, & ad summum etiam corruptionem substantialem, esse præcipuas mutationes, de quibus in hoc opere fit sermo, & ita ens mobile habens in se principium prædictarum mutationum esse obiectum eius principale, negandum tamen hinc sequi, materiam primam, prout est mobilis ad formam substantialem, esse obiectum adæquatum, aut principale illius. Nam licèt mutationes dictæ conueniant materiæ primæ, vt principio partiali per modum puræ potentiæ, non tamen vt enti totali, & completo includenti in se tale principium.

Cæterùm, obiectum principale huius operis tantùm est ens mobile completum includens in se prædictum principium, non verò principium ipsum purè potentiale: tùm quia sicut ea se non est cognoscibile, nisi ratione formæ, aut totius (vt 1. Phys. disp 3. n. 79. satis probauimus) ita non est per se scibile, ac proinde nec potuit esse obiectum formale principale huius tractatus. Tùm etiam, quia sicut nomine entis mobilis, vt sic, quod est obiectum totius Philosophiæ, solùm intelligitur ens mobile completum, scilicet totum substantiale, ex materia & forma constitutum, vt 1. Physic. disput. 1. num. 7. & 8. ostendimus: ita nomine peculiaris entis mobilis, quod est obiectum huius tractatus, quodque per se, & directè continetur sub obiecto Philosophiæ tanquam species illius (vt D. Thom. in Proœmio huius operis docet) non debet intelligi ens mobile incompletum, & purè potentiale, sed completum, ac proinde includens in se tanquam partem sui principium potentiale generationis, & corruptionis substantialis, vt mutationes sunt.

Per quod etiam patet ad confirmationem, quoniam concesso antecedenti neganda est consequentia: & ad probationem dicendum, quòd licet motus, de quo præcipuè in præsenti agitur, sit generatio, & ad summum corruptio, quatenus mutationes sunt, & hæ afficiant materiam tanquam principium purè potentiale, nihilominùs materia ob rationem dictam non erit obiectum huius operis, sed totum includens huiusmodi principium prædictarum transmutationum. Vnde obiectum totius Philosophiæ erit ens mobile completum, prout abstrahit ab hoc, quod est esse principium *quod* recipiens in se motum, vt in aliis motibus contingit: vel esse id, quod includit in se principium, quod sit radix motus, & subiectum

ctum illius, vt in generatione, & corruptione substantiali accidit.

Ea quibus ad tertium, & eius confirmationem facilis dirimitur solutio: siquidem obiectum huius tractatus debet esse ens mobile includens in se principium potentiale, quod à generatione, & corruptione substantiali denominatur subiectiuè mutatum, non verò principium ipsum potentiale, quod prædictis mutationibus subest, & ab eisdem denominatur.

15. Ad fundamentum tertiæ sententiæ, & primò ad testimonium Aristot. dicendum est, ideo opus hoc Commentationem de elementis vocasse, quia magnam illius partem in tractatu eorum consumpsit ex quo ad summum colligitur elementum esse obiectum partiale illius. Ad rationem verò ibidem factam negandum est, agi in primo libro de Generatione & Corruptione, aut aliis motibus, quatenus præcisè elementis conueniunt, sed secundùm quod competunt corpori, vt abstrahit à simplici, scilicet elementali & à mixto, & secundùm rationem iam explicatam.

Ad primum quarta sententia patet ex dictis num. 11. in fine, ordinem horum librorum ad alios priores, potiùs petere pro obiecto illud, quod nos assignauimus, quam præcisè corpus vt generabile & corruptibile substantialiter: nam postquam Aristot. egit de mobilitate vniuersali, scilicet locali, oportuit ipsum agere de mobilitate secundum alios motus in communi sumpta, non verò de mobilitate secundùm generationem, & corruptionem substantialem tantùm, quæ non est ita vniuersalis, ac proinde, nec ita accommodata ordini, & methodo compositionis, quam Arist. intendebat.

Ad secundum patet etiam ex dictis, quomodo in hoc opere agatur etiam de augmentatione, & aliis motibus, secundùm se sumptis, vt sunt passiones, aut quasi passiones, vel exercitia entis mobilis ad formam intrinsecam modo explicato.

Ad tertium respondetur, corpus substantialiter generabile, & corruptibile, vt sic, pertinere ad hunc tractatum, non quidem tanquam obiectum adæquatum illius, sed vt partiale.

QVÆSTIO II.

De inscriptione huius Operis, & diuisione illius.

16. QVia parua circa inscriptionem, & diuisionem horum librorum dicenda sunt, ideò vtrumque in eadem quæstione coniungimus. Quoad primum ergo, scilicet, quoad inscriptionem, satis constat opus hoc iuxta translationem antiquam de Generatione & Corruptione inscribi, quia præcipuæ mutationes, de quibus in eo agitur sunt generatio, & corruptio simpliciter dictæ, scilicet substantiales. Quare cùm in eo de ente habente in se principium generationis, & corruptionis, prout mutationes quædam sunt, sit præcipua cuius, quia prædictum ens est principale obiectum illius, vt D. Thom. in Proœmio innuit, & nos quæstione præcedenti ostendimus, meritò de generatione, & corruptione, per quas obiectum hoc satis innotescit, inscribi potuit.

Cæterùm, iuxta translationem Francisci Vatabli, de Ortu & Interitu inscribendus est. Vnde occasione huius solet in præsenti inquiri, an Ortus & Generatio sint idem? Ad quod tamen breuiter dicendum est, prædicta duo proprie, & in rigore loquendo, non esse idem, sed vnum eorum, scilicet *Generationem*, supponi ad aliud, nimirum ad *Ortum*, sicuti etiam *Nativitas* est suo modo ab vtroque eo distincta.

17. Hoc autem non tam indiget probatione, quàm explicatione. Explicatur ergo præmittendo ea Angel. Doct. in 3. dist. 8. quæst. 1. art. 1. in generatione corporali viuentium tria reperiri. Primum quidem, quòd ea generante deciditur aliquid, nempe semen, quod est sufficiens principium ad generationem, tam per modum principij actiui, quam passiui: siue hoc ab vno, & eodem generante decidatur, vt in plantis, in quibus non sunt diuersi sexus, contingit: siue quoad principium actiuum decidatur a masculo, & quoad passiuum à fœmina, vt in his, quæ diuersum habent sexum, accidit.

Secundum, quodque ea præcedenti sequitur, generationem prædictam esse peculiariter, proprie, & ex rigore per modum exitus cuiusdam à generante; quod tamen in generatione non viuentium proprie non reperitur: nam ad hanc non desideratur, vt principium aliquod substantiale decidatur à generante, vt in priori illa generatione contingit; sed per se loquendo tantùm requiritur, vt ab illo tanquam à causa egerat aliquod præuium, nempe dispositiones accidentales, quibus materia vltimatè disponatur ad formam substantialem, & ita forma ipsa modo alibi dicto ibidem introducatur.

Tertium tandem, quòd genitum exiens à generante adhæret ei, estque coniunctum cum ipso saltem in principio generationis: siue hæc coniunctio sit per contactum, vt in Embrione contingit, qui hoc modo adhæret matri: siue per consideretionem, vt patet in fructibus plantæ, qui hoc modo cum illa colligantur. Nam sicut, teste eodem S. Doct. 1. part. quæst. 27. attic. 2. generatio viuentium ita hoc distinguitur à generatione, prout est communis, tam viuentibus, quàm non viuentibus, quod hæc tantùm dicit (modo tamen 1. Phys. disput. 2. num 10. explicato, & ibi etiam dicendo) esse mutationem de non esse ad esse; illa verò importat esse originem viuentis à viuente coniuncto in similitudine naturæ: ita in illa priori non requiritur coniunctio iam dicta geniti cum generante in principio generationis; secùs verò in hac posteriori.

18. Hinc ergo facilè distinctio illa inter generationem, & ortum explicatur: nam iuxta hæc tria in generatione viuentium reperta, diuersis nominibus insignitur. Vnde tatione primi, quatenus in eo reperitur, quòd generans ministret principia sufficientia suæ generationi, appellatur generatio; quatenus verò peculiari modo, nempè per decisionem seminis ministrat, dicitur talis generatio viuentium proprie. & viuens dicitur genetali, seu gigni. Ratione verò secundi, nuncupatur ortus, & res genita dicitur oriri. Ac tandem tatione tertij dicitur proprie, & in rigore loquendo, natiuitas, & effectus inde subsequutus nasci, quia vt optimè notauit S. Thom. loco citato ex tertio Sententiarum, cùm nomen natiuitatis à nascendo sumatur, & illa dicatur esse per naturam, quorum principium est intus in ipsis, fit inde, vt ea dicantur nasci, sitque illorum generatio natiuitas, quæ a principio coniuncto, & conditionibus, quas innouimus, procedunt: & ita satis constat, quomodo ortus proprie dictus ad generationem subsequatur, & ab illa si in rigore loquendum sit distinguatur: & quo etiam pacto natiuitas, seu nasci, sit ab vtroque suo modo condistincta.

Neque hinc fit (vt per hoc obiectio quædam, quæ hîc fieri potest, soluta maneat) non posse tractatum hunc iuxta communem loquendi modum de Ortu & Generatione inscribi. Nam licet tatio ortus proprie loquendo, tantùm significet ortum viuentium; secùs verò generatio, quæ absolutè potest in rigore significare, tùm generationem viuentium, tùm etiam

generationem, provt est cómunis cuiuis enti naturali generabili, nihilominùs quia hoc, quod est exire vt eumque à generante, in omni generatione inuenitur: idcò in communi modo loquendi iam vsiuenit, vt tam generatio, quàm ortus pro generatione substantiali, vt sic, sumantur: & ita potuit optimè opus hoc de Generatione, seu Ortu inscribi.

19. Quoad secundum verò, scilicet quoad huius operis partitionem, breuiter dicendum est, illud in duos diuidi libros. In primo sex præcipuæ partes per decem capita diuisæ sunt: in quarum priori agitur de generatione, quæ primariam sibi sedem inter alios motus vendicat: in secunda de alteratione, in tertia de nutritione, in quarta de augmentatione, & diminutione dissertitur; in quinta verò de quibusdam, quæ ad prædicta requiruntur, nempè de actione, & reactione, contractuque corporum: in sexta denique de mixtione sermo instituitur.

Deindè secundus liber totus in quatuor elementis explicandis versatur. Nam, vt loquitur D. Thom. in Proœmio huius operis, qui considerat genus, oportet etiam quòd consideret causas totius generis: nam scientia per causas habetur: & sic in Metaphysica, quia disputatur de ente in communi, agitur etiam de primo ente ab omni materia separato, quod est causa totius generis. Cùm ergo in ordine generabilium, & corruptibilium, sint quædam prima principia, scilicet elementa, quæ sunt causa generationis, alterationis, & corruptionis in omnibus aliis corporibus, iude est, quòd Aristot. postquam in primo libro de prædictis motibus disputauit, statim in secundo de elementis, provt subsistantialiter generantur, & corrumpuntur, & in aliis corporibus sunt causa generationis, & corruptionis, agit. Hic verò liber in quatuor membra iuxta ea, quæ per vndecim capita Philosophus differit: potest partiri. In primo de primis elementorum qualitatibus: in secundo de mutua elementorum generatione: in tertio obiter de mixtorum temperamentis: in quarto tandem de rerum productione agit, vt ex librorum contextu magis constabit.

LIBER PRIMVS.

De Generatione & Corruptione, seu de Ortu & Interitu.

PROOEMIVM.

IN hoc opere, sicut & in libris Physicorum, nec textum Arist. ex professo proponemus, nec notationibus, aut scholiis illum illustrabimus: tùm, quia ex his, quæ in disputationibus illius dicentur, satis ea, quæ in eo adducit Aristot. patefient: tùm etiam, quia sic breuitati, quam intendimus, magis consulitur. Cæterùm, vt summatim eiusdem textus notitia præhabeatur, in vnoquoque libro summa illius breuiter adducetur: curabimus tamen omnia eisdem locis, ac ille, eodémque ordine, quoad fieri commodè possit, pertractare.

* * *

SVMMA TEXTVS totius libri.

LIber hic decem amplectitur capita: quinque priotibus intendit Aristotel. ostendere dari substantialem generationem, media qua res naturales secundùm substantiam de nouo producuntur, simúlque explicare, quæ sit eius quidditas, & in quo tam ab alteratione, quàm ab aliis motibus differat; & ideò in capite primo & secundo refert, & falsitatis conuincit veterum opiniones circa generationem substantialem: vt enim docet idem Philosophus 1. de anima capite primo text. octuagesimo quinto. *Rectum sui, contrarique index est*: & ideò oportet, vt rectè sentiens, non solùm vera inspiciat, sed etiam quæ ab aliis falsò dicuntur, discernat. Cæterùm, quia prædictæ Antiquorum opiniones, eædem sunt cum illis, quæ 1. Physic. circa principia rerum naturalium referti solent, ideò ab illis modò abstinemus.

In cap. autem tertio quæstionem illam excitat, an nimirum generatio simpliciter, seu substantialis detur: quam vt resoluat, ostendit perpetuitatem generationis oriri ex eo, quòd generatio vnius est corruptio alterius: & deindè statuit prædictam dari generationem. In capite quarto naturam generationis, & alterationis, distinctionémque illarum explicat. In quinto de augmentatione, & diminutione, & de discrimine illarum ab aliis motibus agit.

In vltimis verò quinque capitibus, vt natura alterationis corruptiuæ, de qua præcipuè in præsenti, magis parchat, de agente & patiente prædictam mutationem, conditionibúsque ad id requisitis, differit. Vnde in capite sexto ostendit, quomodo debeant esse simul. In septimo neque esse omnino similia, nec prorsus dissimilia, sed secundùm genus, & commune subiectum, circa quod inter se pugnant, habere similitudinem, secundùm formas verò specificas dissimilitudinem: & tandem exponit quomodo agens in agendo repatiatur.

In octauo, & nono relatis, & reiectis veterum sententiis circa modum agendi & patiendi corporum naturalium, illum ex propria sententia explicat, quatuórque conditiones ad agens & passum requisitas profert. Prima est, agens, in quantum tale, esse, in actu, passum verò in potentia. Secunda vtrumque debere se, vel mediatè vel immediatè tangere. Tertia, agens & passum, ptovt sic, non esse continua. Vltima, quòd tam vnum, quàm aliud sit indebita distantia, id est, quòd passum intra sphæram agentis contineatur. Et denique in capite decimo de mixtione, quæ est quædam generatio, sermonem instituit; vt ita ex notitia illius melius in cognitionem generationis, de qua in hoc libro, deueniri possit.

* * *

DISPVTATIO II.

De Generatione simpliciter, seu substantiali in communi.

GENERATIO simplicitet primatum, vt sæpè diximus, inter alios motus obtinet, & ideò meritò primam disputationem illidamus. Consultò autem de generatione substantiali, non quomodocumque, sed vt sic in communi, disputationis titulum proposuimus, denotandum vtique, nequaquam in ea de aliqua generatione substantiali particulari, cuiusmodi est generatio viuentium propria (cuius discussionem ad libros de Anima, tanquam ad opportuniorem locum reseruamus) sed solùm de ea, quæ ad generationem substantialem, vt sic, tam viuentibus, quàm non viuentibus communem pertinent, sermonem ex professo instituendum esse.

Et quia non aliter meliùs cuiusuis rei natura, quàm per suas causas explicari potest, ideò ad perfectam generationis substantialis, vt sic, notitiam tradendam, causas ipsius, formalem scilicet, tam intrinsecam, quàm extrinsecam, materialem, efficientem, & finalem explicare, atque examinare oportet.

Sed quia de efficienti, tam proxima, quàm radicali, & de omnibus ad illam pertinentibus, fusè satis lib. secundo Phys. disp. 10. egimus, de finalique partim in eodem libro disp. decima quarta, tractauimus, partim verò acturi sumus, dum in hac disputatione terminum totalem generationis, qui eius proximus finis est, explicuerimus: ideò circa hæc duo causarum genera nihil speciale dicendum superest. Vndè duæ aliæ causæ duntaxat remanent explicandæ, formalis nimirum, tam intrinseca, nempè essentia ipsius generationis possibilitas ostensa fuerit, præsens disputatio consumetur.

QVÆSTIO I.

Vtrum Generatio simpliciter, seu substantialis sit possibilis?

QVia quæstio, *An est?* debet quamlibet aliam præcedere, ideò primo loco, *An sit?* generatio simpliciter inuestigamus.

§. I.

Explicatur quæstionis titulus.

PRo tituli intelligentia notandum est ex D. Thom. de veritate quæst. 21. artic. 5. & de spiritualibus creaturis art. 1. ad nonum, & in hoc libro lect. 9. quòd cùm generatio sit via ad esse, illa tantùm erit generatio absolutè, & simpliciter, per quam communicatur esse absolutè & simpliciter. Quare cùm sola substantia completa habet esse absolutè & simpliciter, scilicet esse substantiale, & inde est illam solam generationem dici absolutè, & simpliciter talem, per quam producitur prædicta substantia: quia verò accidentia non sunt absolutè & simpliciter entia, & ita non habent esse simpliciter, sed secundùm quid, scilicet accidentale, ideò generatio illorum non est talis simpliciter, sed secundùm quid, ac propterea in titulo de Generatione simpliciter, seu substantiali inquisitum est.

Nec contra hoc obstat Arist. cap. 3. huius libri dixisse, tum generationem ignis, esse generationem simpliciter; generationem verò terræ secundùm quid: cùm tamen vtraque ad substantiam completam terminetur: tum etiam, quòd accidens perfectius generatur, & corrumpitur simpliciter, imperfectius verò, solùm secundùm quid.

Non itaque hoc obstat, quia nihil prohibet speciem aliquam substantialem, & completam esse absolutè, & simpliciter, ac proindè sine addito ens, & nihilominùs collatam eum alia specie perfectioni eiusdem generis dici ens, secundùm quid, vt innuit D. Thom. 2. 2. q. 58. art. 10. ad secundùm, & 3. part. q. 50. artic. 5. nam, vt optimè notauit idem S. Doct. 9. hoc lib. lect. 9. species imperfectior, vocatur priuatio respectu perfectioris, & perfectior dicitur habitus respectu imperfectioris, & consequenter illa secundùm hanc considerationem, scilicet quatenus ei deest maior illa perfectio alterius, est ens diminutum, & secundùm quid, magisque accedit ad non ens. Quare eùm tetra collata cum igne sit species ignobilior intra idem genus, ideò Arist. generationem eius secundùm hanc rationem appellauit secundùm quid licet generatio eiusdem, absolutè, & simpliciter considerata, sit generatio simpliciter, vt explicat D. Th. in hoc lib. lect. citata.

2. Et similiter quamuis accidens absolutè, & simpliciter loquendo, sit tantùm ens secundùm quid, quia tamen, vt docet D. Tho. de Veritate quæst. 7. art. 5. ad tertium, id quod non est absolutè, & simpliciter tale, potest dici simpliciter tale cum aliquo addito: ideò accidens illud, quod in genere accidentis fuerit perfectius, poterit cum hoc addito, nempè in prædicto genere entis in alio, & comparatione alterius imperfectioris, eiusdem generis dici simpliciter ens, & consequenter ad hunc etiam sensum generatio illius potest dici generatio simpliciter; generatio verò accidentis imperfectioris generationi perfectioris comparata, erit propter oppositam rationem, adhuc eum prædicto addito, nempè intra ordinem generationis accidentalis, generatio secundùm quid: quia accidens imperfectius dicit priuationem perfectioris intra idem genus contenti, sicut species ignobilior in genere substantiæ compatatur per modum priuationis respectu nobilioris.

Quæ omnia eleganter docuit D. Thom. in hoc lib. lect. 9. his verbis: *In omnibus substantiis, & accidentibus diuersificatur generari non simpliciter sed secundùm quid, secundùm diuersum ordinem entis, ad non ens, vel perfecti ad imperfectum. Vndè quodammodò in substantiis dicitur generatio simpliciter, si generetur ignis, non autem si generetur terra. & in qualitate dicitur generatio simpliciter, si generetur sciens, non autem si generetur nesciens.*

§. II.

Proponitur prior opinio.

3. NOn defuerunt aliqui ex Philosophis antiquis, quos in præsenti cap. 3. refert. & reiecit Aristot. asserentes

assetentes g. nerationem substantialem esse impossibilem, quorum sententia probari potest.

Primò ratione, quam Arist. in fauorem illius, & contra se adducit. Quia si generatio substantialis esse possibilis, debetet fieri ex non ente simpleiter, sed hoc repugnat: ergo etiam illa. Maior patet, nam cum ens dat ad ens simpleiter, vt dictum est, debet fieri ex non eote simpliciter, quia vnumquodque fit ea suo contrario, idcóque productio albi est ea non albo, & sic de aliis. Minor verò etiam constat: quoniam sicut ens simpleiter, est simpliciter aliquid, ita non ens simpliciter, est simpliciter nihil; at ea nihilo, naturaliter loquendo, nihil fieri potest: ergo, &c.

Confirmatur ratione, quam innuit etiam Philosophus in hne libro cap. 3. teat. 11. quamque D. Th. ibidem a hane formam redueit. Id, ea quo generatue aliquid, potest dici illud, quod ea eodem generatum est, sieut si caligno generetur atca, potest diei, quod lignum est arca: ergo si nonex ente simpliciter generatur ens, verum erit dicete, quòd non ens est ens: quod apertè impleat.

4. Secundò: quia alioquio genitum, & corruptum substantialiter esse idem numeto; quod tamen, vt constat, est euidenter falsum. Patet sequela, nam cùm omnis transmutatio, qualis esset generatio substantialis, debeat habere idem subiecturo manena sub vtroque eermino, scilicet sob forma geniti, & corrupti, iam hæc duo essent vnum, & idem numero: nam, vt ea Arist. & D. Th. infrà dieemus, quæ babent eandem numero materiam, sunt idem numero.

Tertiò: quia aliàs eadem eotitas materiæ esset modò vnius speciei, & modò alterius: ac proinde esset, & non esset eadem. Sequela probatur, quoniam vt 1. Phys. disp. 3. n 27. diaimus, materia habet suam vnitatem specificam à forma: ergo cùm data possibilitate generationis substantialis debeat materia oeeesserò manete sub diuersis specie formis, fieret inde, vt ipsa esset modò vnius, modò alterius speciel.

§. III.

Statuitur vera sententia.

5. Dicendum tamen est, generationem simpliciter, seu substantialem esse possibilem. Assertionem hane ea professo docet, & probat Arist. in hoc lib. c. 3. vbi D. Th. & communitee omnes Philosophi. Et licet posset satis effieacitee probari tam ea iis, quæ 1. Phys. disp. 2. n. 10. ea Arist. & D. Th. diaimus, nempè re vera dari tria ptincipia ad generationem substantialem requisitta, & suffieientia, nimirùm, matetiam, formam, & ptiuationem, quam ex ibidem disp. 4 nu. 16. dictis, scilicet formas substantiales verè & connaturaliter educi ex potentia materiæ, siquidem talis eductio est vera & substantialis genetatio, vt ibidem ostendimus: imò ferè omnia, quæ in illo lib. dicta suot, ad hane substantialem generationem ostendendam eondueant; nibilominus dupliei alia ratione ex Arist. & D. Thom. desumpta, propositam modò suademus assertionem.

Prima, quam vterque innuit 2. de Anima textu 34. ad hane sormam reduci potest. Nam viuens perfectum habet naturalem appetitum ad genetandum sibi simile; etgo talis generatio erit possibilis. Antecedens patet: quoniam naturaliter appetit perpetuitatem in suo esse: quare eùm hane nequeant habere in se, quippè cùm corruptibile sit, appetit eonsequi illam in alio sibi simili, vt ita se melioti modo, quo potest, conseruet. Consequentia verò etiam constat: quia alioquin apperitus naturalis esset frustraneus; siquidem non posset adipisci id quod appetit: illud namque frustraneum dicitur, quod finem suum obtinere non potest, saltim in aliquo indiuiduo.

Nec refert, si dixeris in hac ratione supponi, id quod probandum etat, scilicet viuens, aut quodlibet aliud ens substantiale esse substantialiter corruptibile: oam si semel generatio esset impossibilis, corruptio substantialis repugnaret, nec materia sine forma daretur.

Non itaque hoe refert: quia id supponitur, vt euidenti eapetientia notum: nam cùm videamus viuentia amittere iam operationes, & potentias vitales, quàm cæteras alias proprietates, quæ semper aojunctam comitantur, non eget aliqua probatione, quòd illa substantialiter corrumpantur, & desinat esse, imò hinc maior probatio pro nostra assertione desumitur: nam euidenter experimur, in naturalibus perire proprietates, & operationes vnius compositi substantialis, & loco illarum alias nouas, præeedentibúsque diuersas aduenire: quod planè indicat petite ibidem aliquam formam substantialem, à qua pereuntes illæ proprietates dimanabant, aliamque nouam adesse, in qua prædictæ nouæ proptietates, & operationes radicari debeant, ac proinde dari eotruptionem substantialem per desitionem formæ substantialis præeedentis, generatinnem etiam substantialem per introductionem, seu eductionem subsequentis.

6. Secunda ratio ex Arist. & D. Thom. in præsenti & 8. Phys. etiam desumpta potest sub hac forma proponi. Possibilis est alteratio: ergo etiam generatio substaotialis. Antecedens constat eapetientia, qua videmus aquam alterari ab igne; & sic de aliis. Consequentia verò probatur: nam cùm alteratio per se ordinetur ad generationem substantialem tanquam ad finem, non erit ipsa possibilis, si generatio sobstantialis impossibilis fuerit, siquidem quoties finis repugnat, toties media ad illum pee se ordinata frustranea, imò impossibilia sunt.

Nec refert, si diaetis tum quòd illuminatio, diffusio specierum, & aliæ plures alteratinnes, non ordinantur ad generatiooem substantialem, vt ex se constat, ac proindè iam ex hne capite ratio facta claudicabit. Tum etiam in ea supponi id, quod ptobandum etat, scilicet generationem substantialem esse finem alterationis, quoniam negantes illam eonsequenter dicune prædictam altetationem solùm ordinati tanquam ad finem ad accidentalem ttansmutationem: tum denique falso eolligi media esse frustranea, aut impossibilia, ea eo, quòd finis sit impossibilis: nam granitas corporum est medium per se ordinatum, & à natura non frustra eoncessum, ad hoe, vt omnia grania sine in eentro, & nihilominùs repugnat seruato ordine vniuersi omnia illa in eo esse, & similitee noster intellectus pro hoc statu nequit secondùm communem rerum eursum habere omnes scientias; & tamèo est in eo habitus principiorum, & lumen, quo possit illias adipisci.

7. Non itaque hæc referunt: non quidem primum: nam Aristor. & D. Thom. nón loquuntur de alteratione perfectiua, sed physica. & corruptiua, quæ proinde fit eum eorruptione contrarij, quæque eaufatur à eorpore agente se enndùm rationem corporis: licet enim illa priot, quippè procedens à corpore secundum quod attingit ordinem substantiarum separatarum, & participat aliquid de modo ipsarum, quatenùs infimum suptemi attingitor à suptemo infimi, vt docet D. Thom. de Potentia quæst. 5. artic 8. non inferat per se, vt ea vi sua transmutationem substantialem materiæ, vt io illuminatione, & diffusione specierum eontingit; secus tamen hæc posteriot, saltim si fiat inter qualitates immediatè actiuas, quales sunt illæ

filiæ primæ, nimirum calliditas, frigiditas, &c. Et ratio est aperta: nam cùm per hanc alterationem contumpantur dispositiones conservantes formam substantialem, consequens est, vt illis peremptis hæc pereat, quippe quæ sine debitis dispositionibus esse nequit, ac proindè noua forma substantialis mediante prædicta alteratione generetur, quandoquidem illud est medium aptum ad generandum nouam formam substantialem, quod præexistentem corrumpit.

Confirmatur: quia dispositiones ad formam substantialē per se inclinant, & determinant materiā ad illam: ergo quoties alteratio nouam induxit dispositionem, toties denuò inclinabitur, & determinabitur materia ad aliam substantialem formam, & consequenter prædicta alteratio per se tendit ad generationem illius.

Ex quo etiam, id, quod secundo loco pro nostræ rationis solutione adducebatur, manet impugnatum: nam ex modò dictis satis constat, generationem substantialem esse finem, ad quem ex natura sua ordinatur alteratio. Hinc autem efficacitet possibilitas talis generationis ostenditur: quia id, quod est impossibile, nequit esse connaturalis finis, alterius rei de facto existentis, & consequenter sicuti ex impossibilitate finis infertur impossibilitas mediorum, ita ex possibilitate, imò & existentia mediorum rectè infertur possibilitas finis.

Nec tandem, quod vltimo loco adducitur, obstat: nam grauia non habent grauitatem, ad hoc, vt omnia simul sint in centro, sed vt seorsum, & sublatis impedimentis in illo quiescant. Vnde non colligitur, grauitatem esse impossibilem, aut frustra datam, ex eo quòd grauia nequeant esse simul in centro: nam illud solum dicitur frustraneum, quod nequit consequi suum finem, quando vbi, & in quo illud debet adipisci. Ex quo etiam ad secundum exemplum satis constat: tum quia homini non debentur pro hoc statu omnes scientiæ: tum etiam, quia ad hoc vt habitus principiorum non sit impossibilis pro hoc statu, sufficit, quòd medio illo aliqua, vel aliquæ, imò & plures scientiæ sint naturaliter, & in hoc statu acquisibiles, etiam secundùm communem cursum rerum.

§. VI.

Soluuntur argumenta initio adducta

8. AD primum, pro prima sententia respondetur ex Aristot. & D. Thom. in præsenti lect. 6. quòd cùm effectus, qui per generationem substantialem producitur, sit compositum ipsum substantiale habens esse in actu simpliciter, satis est fieri tanquam ex subiecto, ex quo forma ipsius educitur ex non ente actu, seu ex ente potentia, scilicet ex materia prima, & ex priuatione rei genitæ, tanquam ex termino *a quo*. Nam vt ex dictis 1. Phys. disp. 2. num. 10. constat, hæc tantùm principia, scilicet materia, forma, & priuatio, ad generationem substantialem desiderantur. Vnde concessa maiori in sensu explicato neganda est minor: & ad probationem negandum est, non ens simpliciter, ac proindè materiam esse simpliciter nihil: nam licet ex eo quòd ens simpliciter, sit simpliciter aliquid, colligatur, non ens simpliciter, esse simpliciter non ens: non tamen esse simpliciter, & nihil: quia inter ens simpliciter, & nihil simpliciter, datur medium, nempe ens in potentia, seu ens per modum puræ potentiæ, quod est non ens simpliciter.

Et explicari potest hoc ipsum ex his, quæ 2. Phys. disput. 1. num. 4. & 20. diximus, nimirum quòd etsi *res*, seu *aliquid* sumatur à quidditate; attamen hoc nomen *ens* desumitur ab actu essendi, seu existendi, vt apertè docet D. Thom. 1 contra Gentes cap. 25. in fine, & in primo dist. 8. quæst. 1. art. 1. de Veritate, quæstion. art. 1. Vnde, id quod non habet actum essendi, seu existendi ex se, sed tantùm in potentia, & à forma, vt io materia prima contingit, meritò vocatur ens in potentia, & non ens simpliciter, ac sine addito, quamuis sit vera pars compositi substantialis, & consequenter non sit purum nihil.

Nec obstat, si dixeris, quòd eadem ratione cùm generatur substantia simpliciter, V. G. ignis posset dici compositum illud fieri ex non substantia: quod tamen est falsum. Sequela patet ex patitate rationis: falsitas verò consequentis ex se constat, quandoquidem certum est, materiam primam, ex qua illa generatio fit, esse quid substantiale.

Non itaque id obest, sed potiùs prodest: concedenda est enim sequela, si substantia accipiatur simpliciter, & sine addito: quia materia non est substantia simpliciter, sed cum addito, scilicet substantia partialis: secùs verò si substantia sumatur pro vt abstrahit à substantia simpliciter, & sine addito, & ab ea quæ solùm cum addito dicitur talis.

9. Ad confirmationem loitio adductam respondetur ex Arist. & D. Th. 7. Metaphysic. text 25. antecedens esse verum, quando id, ex quo aliquid fit, sumitur in concreto: & ita dicimus hoc materiale esse ignem; ita tamen, vt hoc non fiat per terminum significatorem ipsam priuationem: nam tunc haberet formam tribueretur eius priuatio. Vnde licet materia in concreto significata possit sub hoc termino, scilicet, *hoc materiale*, prædicari de igne, & è contra, non tamen sub hoc termino *non ens*, quia per illum significatur esse materiale, cum priuatione actualitatis prouenientis à forma, vt ex modò dictis numero præcedenti constat.

Ad secundum neganda est sequela, & ad probationem dicendum, genitum, & corruptum habere materiam eandem numero negatiuè, & materialiter sumptam, non verò positiuè, & formaliter, quia non habent illam, vt sigillatam ad eandem numero formam, sed ad diuersam, vt 2. Phys. disp. 3. n. 26. 42. & 43. diximus. Sed de his latiùs infrà.

Ad tertium concedenda est sequela de specie positiua materiæ, & à forma ei prouenientē, hoc tamen nullum est inconueniens, vt 2. Physic. disput 3. nu. 34. ostendimus: nam licet res aliæ, quæ ex se sunt positiuè vnæ, non possint successiuè esse diuersæ speciei intrinsecæ, vt constat; benè tamen materia propter specialem rationem, quæ in ea procedit: eum enim non habeat ex se; nisi esse vnam specie negatiuè, vt dispur. citata ostendimus, & vnitas specifica negatiua consistat in hoc, quòd res, quæ sic dicitur vna, non sit ex se plures, possit tamen aliunde pluralificari, quia est vnitas puræ potentiæ, ac proindè non potentis proximè esse susceptiuam actualitatis existentiæ, nisi specificationem à forma recipiat: idest, vt eadem entitas materialis eiusdem materiæ materialiter sumptæ possit trahi ad plures, & diuersas specificationes positiuas, iuxta pluralitatem formarum, quoniam eius essentia consistit in potentialitate ad plures specificationes successiuè, licet ex se nullam habeat. Cæterùm, quomodo, & in quo sensu hæc specificatio sit intrinseca materiæ, iam ibidem explicuimus.

* * *

QVÆSTIO II.

Quid sit generatio substantialis.

Quamuis huius quæstionis decisio fere constet ex his quæ diximus, tum 1. Phys. disput. 1. à num. 7. vsque ad 17. & disputat. 4. num. 46. & 47. tum etiam 2. Phys. disp. 10. à n. 67. vsque ad 83. nihilominùs, quia in hoc libro proprium sedem habet, placuit ab illa non omnino abstinere: cutabimus tamen ea quæ locis citatis dicta sunt, ex professo non inculcare, sed aliqua, quæ ibidem cursim tetigimus, ampliùs dilucidare.

§. I.

Prior dicendi modus.

10. PRima ergo sententia asserit generationem, de qua loquimur, esse actionem quandam ex parte termini subsstantialem, distinctam secluso intellectu à tota alteratione præcedenti, per quam materia disposita fuit ad nouam formam. Ita Scotus in 2. distin. 2. quæst. 9. Henricus quodlib. 9. quæst. 4. Auerroës 4. Phys. commento 9. Simplicius lib. 3. text. 8. Alensis 3. part. quæst. 7. membro 9. quos omnes refert & sequitur Rubio in præsenti tractatu 1. qu. 5. tenentque hoc ipsum Suarez 1. tom. suæ Metaph. disp. 18. sect. 2. à num. 15. vsque ad 19. Hurtado disp. 1. de Generat. sect. 9. & plures alij Iuniores. Quæ sententia posset probari pluribus, & non leuibus fundamentis quæ 2. Phys. disp. 10. iam citata adduximus, & diluimus. Cætetum, ne eadem repetantur, visum est illam sic denuò aliis argumentis confirmare.

Primò: quia generatio est realiter essentialiter distincta à tota alteratione præcedenti, vt in hoc libro cap. 4 docet, & probat Aristot. & cum eo D. Thom. lect. 10. ergo essentialiter est propria, & noua actio ad formam subsstantialem terminata. Antecedens, præterquam quòd est Atist. & Angel. Doctoris loco citato, sic potest probari: quia generatio est eductio nouæ formæ subsstantialis realiter distinctæ à termino alterationis, & sit immediatè in subiecto distincto, scilicet in materia prima: alteratio verò in toto composito. Consequentia autem constat: quia noua eductio nouæ formæ per se primò intentæ, & realiter distincta ab alteratione non potest non esse essentialiter noua actio, quando quidem edncere est agere, & eductio essentialiter est actio, & per consequens noua eductio formæ subsstantialis, qualis est generatio, erit essentialitet noua actio ad talem formam, immediatè terminata.

Nec satis erit, si dixeris eductionem non esse necessariò actionem, sed posse esse naturalem resultantiam realiter distinctam à tota alteratione præcedenti, quæ in materia prima subiectetur, quæque naturali sequela ad prædictam alterationem subsequatur. Nam præterquam, quòd hæc solutio satis impugnata est locis citatis, nihilominùs adhuc contra illam obstat, quòd eductio, vt habet rationem naturalis resultantiæ, dicit aliquam veram efficientiam: ergo iam eductio formæ subsstantialis erit vera, & noua actio distincta ab alteratione præcedenti. Patet consequentia: quoniam vera efficientia necessariò dicit veram actionem. Antecedens autem probatur: tùm, quia alioquin illa non esset vera resultantia Physica, sed illatiua tantùm, consistens in hoc, quòd posito vno, statim aliud propter naturale debitum ponatur, sicut inter materiam, & formam cœli, est illatio, non tamen vera & Physica resultantia, tùm etiam, quia aliàs ex forma corrupta dicetetur resultare physicè forma genita, siquidem ex corruptione illius subsequitur naturaliter generatio huius.

11. Secundò: quia generatio subsstantialis, vt distincta à tota alteratione præcedenti, essentialiter est egressus cum motu formæ subsstantialis ab agente: ergo, vt distincta ab illa etit essentialiter actio ad formam subsstantialem terminata. Consequentia patet, nam vt docet D. Thom. 1 part. quæst. 41. artic. 1. & in 1. distinct. 8. quæst. 4. artic. 3. ad tertium, actio nihil est aliud, quàm motus, provt est egressus ab agente. Antecedens verò satis liquet: nam cùm forma subsstantialis sit effectus non niter egressus à generante post alterationem, & terminum eius, egrediaturque immediatè ex vi generationis, vt distinctæ ab alteratione, & tanquam viæ essentialiter ordinatæ ad illam, non potest non ipsa generatio esse essentialiter egressus eiusdem formæ à generante, imò etiam egressus cum motu, quandoquidem, vt 3. Physic. disput. 16. num. 16 ex Aristot. & D. Thom. ostendimus, prædicta generatio est motus quidem sub motu ibidem diffinito essentialiter comprehensus.

Tertiò: subsstantia completa præcipuè intendit communicationem suæ naturæ, non verò alterationem, aut dispositiones per illam productas, nisi quatenus conducunt ad communicationem naturæ: ergo communicatio naturæ, quæ est generatio subsstantialis, erit essentialiter actio distincta ab alteratione, & per se primò terminata ad subsstantiam. Antecedens ex se videtur notum: consequentia verò probatur: nam sicut id, quod secundariò intenditur, fit secundariò, per actionem ad aliud priùs tendentem, ita quod per se primò intenditur: debet fieri per diuersam, & sibi propriam actionem, per se primò ad illud terminatam.

§. II.

Aliud quorumdam Iuniorum placitum.

12 SEcunda sententia asserit generationem subsstantialem non esse nouam actionem distinctam à tota alteratione præcedenti, esse tamen essentialiter nouam mutationem ad esse subsstantiale terminatam.

Hanc, quoad primam partem tuentur plures Doctores, pro assertione nostra referendi, & ex his, quæ ibidem dicemus, satis constabit. Quoad secundam verò defenditur à Rubio in hoc libro tract. 1. qu. 2. à Conimbricensibus c. 4. qu. 9. art. 1. & à pluribus ex Iunioribus: & quoad illam probatur.

Primò, nam Aristot. semper diffiniuit generationem subsstantialem, per mutationem, & non qualemcunque, sed habentem terminum *ad quem*, scilicet esse subsstantiale essentialiter distinctum à tota alteratione præcedenti: ergo sentit eam esse intrinsecè mutationem distinctam ab alteratione præcedenti, & ad prædictum esse terminatam. Antecedens patet ex tribus diffinitionibus, quas Philosophus tradit.

Prima habetur 8. Phys. cap. 7. text. 2. scilicet: *Generatio est mutatio de non ente ad ens, sine de non esse ad esse* nempe subsstantiale, quod est esse simpliciter. Secunda verò cap. 4. huius libri, text. 23. nim. rum, *Generatio est mutatio totius in totum, nullo sensibili permanente, id est*, vt explicat D. Thom. ibidem secundùm totam rei subsstantiam, in quantum materia accipit aliam formam subsstantialem, ita vt non maneat aliquod

quod sensibile. Tertia tandem cap. 5. eiusdem libri text. 25. *Generatio est mutatio à substantia in potentia ad substantiam in actu.* Consequentia verò quoad primam partem satis constat, alioquin Arist. diminutè processisset non assignans essentialem diffinitionem generationis, maximè eum facilè assignati posset, siquidem eius essentia, & principia intrinseca ad illam requisita satis sunt nota. Quoad secundam verò partem, etiam est manifesta: nam mutationes habentes terminos essentialiter distinctos non possunt non esse essentialiter diuersæ, ergo cùm terminus alterationis sit accidens, & generationis esse substantiale, erunt hæ mutationes essentialiter inter se diuersæ.

Confirmatur: nam idem Philosophus 5. Physic. text. 7. distinguens essentialiter mutationem, & generationem à motu successiuo, ac proindè ab alteratione, quæ motus quidam successiuus est, ita inquit: *Quia igitur ex non subiecto, est in subiecto mutatio secundùm contradictionem, hoc est, de non esse ad esse, generatio est:* vbi D. Th. sic ait: *Cùm enim generatio sit mutatio de non esse in esse, secundum illum modum dicitur aliquid generari, quo ex non esse in esse mutatur.*

13. Secundò, quia tria sunt generationis principia intrinseca, scilicet materia, forma, & priuatio, ita vt materia habeat se tanquam subiectum, alia verò tanquam terminus *à quo*, & *ad quem*: ergo generatio erit essentialiter mutatio, distincta ab alteratione. Antecedens est Arist. 1. Phys. cap. 7. text. 67. D. Th. ibidem, & Opusc. 31. in principio. Consequentia verò quoad secundam partem patet ex dictis. Quoad primam autem probatur: nam ad mutationem tantùm requiruntur illa tria, scilicet subiectum, & terminus *ad quem*, qui denuò acquiratur, ac tandem terminus *à quo* priuatiuus, qui tollinquatur: ergo cùm generatio essentialiter habeat prædicta principia, erit essentialiter mutatio.

Nec refert, si dicas, hæc tria principia tantùm esse intrinsecè generationi, vt modo naturali fit, & ideò hoc tantùm modo esse mutationem, non verò essentialiter: & ita si materia non fuisset subpriuatione formæ, & nihilominus hæc de potentia eius educeretur, tunc esset vera genetatio, quippè vera eductio, non tamen vera mutatio.

Nam contra hoc est, hinc fieri priuationem, non esse principium per se genetationis, sed per accidens; at hoc est omnino falsum: ergo, &c. Sequela patet: quod enim per se conuenit alicui, debet omnibus eiusdem essentiæ conuenire: ergo si priuatio non est principium eiusmodi generationis, non erit principium per se: vel si est principium per se, necesse est cuicumque veræ generationi conuenire, Minor verò constat: quia vt passim docent Aristot. & D. Thom. vnumquodque per se fit ex suo contrario, vt homo ex non homine, seu ea priuatione hominis equus ex non equo, & sic de aliis.

14 Confirmatur: nam si loquamur de Generatione, prout naturali modo fit, tunc genetatio semper, & necessariò est à forma in formam, quandoquidem materia non potest esse denudata ab omni forma, & nihilominùs forma præexistens, & corrumpenda, à qua transit materia, non connumeratur inter principia intrinseca genetationis, vt communiter docent omnes Philosophi: ergo signum est, priuationem non assignari tanquam intrinsecum principium genetationis, solùm prout naturali modo fit, sed etiam secundùm se consideratæ.

Tandem, essentialis ratio generationis non consistit in sola eductione formæ ex potentia materiæ, & vnione eum ea: ergo vitra hoc requirit, quòd materia præexisterit sub priuatione eiusdem formæ, & consequenter mutetur quoties illam adquirit, quippè quæ transit de priuatione ad habitum. Antecedens probatur, quia formæ cœlorum fuerunt eductæ de potentia materiæ, & vnitæ cùm illa, quandoquidem pendent ab ea in esse, & consequenter in fieri; & tamen ibi non intercessit vera genetatio, eùm corpora cælestia sint ingenerabilia: ergo generatio non consistit essentialiter in sola prædicta eductione formæ, & neque eiusdem eum materia. Ex quo etiam prima consequentia constat: quia si semel non sufficit sola eductio, nihil aliud videtur desiderari præter priuationem formæ genetandæ, & ideò quoties adest eductio eum priuatione, semper adest vera generatio.

§. III.

Generationem non esse actionem ab alteratione distinctam, auctoritate, & ratione D. Thomæ ostenditur.

15 Dicendum est primò. Quamuis probabile sit generationem substantialem essentialiter esse actionem distinctam à tota alteratione præcedenti, & ad substantiam immediatè terminatam, nihilominùs probabilius est oppositum. Assertio hæc quoad primam partem patet ex his quæ 2. Physic. d. 10. n. 67. diximus, vbi etiam explicuimus quo modo, etsi substantia non sit immediatè operatiua, attamen mediis accidentibus, & non aliter, duplicem potest elicere actionem, aliam immediatè terminatam ad dispositiones, aliam verò immediatè attingentem compositum substantiale.

Secunda verò assertionis pars, quam ibidem n. 68. vt probabiliorem, ac magis consonam menti D. Th. elegimus, est eiusdem S. Doctoris opus. 32 & q. vnica de Anima art. 12. quorum testimoniorum verba disput. citata à num. 71. vsque ad 74. adducimus, & expendimus, à quibus proindè nunc abstinendum. Eandem etiam sententiam tuetur idem S. Doctor, tum 1. part. q. 118. art. 2. ad quartum, dicens, *Quòd homo generat sibi simile, in quantum per virtutem seminis eius disponitur materia ad susceptionem talis formæ*: vbi nullam aliam actionem realitet distinctam ab actione dispositiua in ordine ad genetationem hominis agnoscit: tum etiam 1. 2. quæst. 83. art. 1. ad 3. & in 2. dist. 18 qu. 2. art. 1. ad 4. & in 3. dist. 13. qu. 2. art. 1. ad tertium de potentia q. 3. art. 9 ad 5. & 6. ac 20. 5. Metaphys. lect. 2. ac tandem insignis est eiusdem S. Doctoris locus in tractatu de natura materiæ, vbi sic loquitur: *Quia in terminò cuiuslibet motus est quies quædam secundum naturam illius motus, ideò in fine alterationis quies est inductio formæ substantialis: alteratio igitur, per quam subiectum materia à forma priori, in se requirit subiectum actu existens, quia ipsa est motus: in sua verò termino non requirit subiectum actu existens: terminus autem eius est generatio. Vnde generatio non requirit subiectum, nisi in potentia tantum*: vade igitur manifestum est, quòd generatio non est motus, sed mutatio. Sanctum Doctorem sequuntur Caietanus, Sotus, Fonseca, Zanardus, & communiter omnes Iuniores Thomistæ locis citatis in eadem disput. n. 68.

16 Ratio fundamentalis desumitur ex eodem S. Doct. artic. 12. quæstionis vnicæ d. Anima iam citatæ, quæ quia leuiter, & cursim à Phys. à nobis tacta est, ideò aliquantulùm magis in præsenti, vbi quæstio hæc propriam sedem habet, est sic expendenda. Sic generatio substantialis esset actio distincta ab alteratione præcedenti, iam substantia elicita, elleiens illam, esset immediatè operatiua, sed hoc implicat: ergo etiam illud. Minor constat ex his, quæ satis fusè 2. Phys. disput. 10 à num. 22. vsque ad 32. & à num. 55. vsque ad 66. diximus. Sequela verò probatur:

nam qualis est terminus immediatè, & per se primò productus, talis debet esse virtus operativa, seu principium proximum operandi, quia vnumquodque agit secundùm quod actu est illud ipsum, quod immediatè ab eo, & per se primò producitur: & ita ignis non calefacit, in quantum actu est lucidus, sed in quantum actu est calidus: ergo, si datur actio substantialis, distincta à tota præcedenti alteratione, quæ immediatè, & per se primò terminetur ad substantiam, iam virtus operativa, seu principium operandi proximum erit substantia, & consequenter substantia erit immediatè operativa.

Nec refert, si primò dixeris, quòd sicut ex hac ratione non colligitur conuenientia aroma inter principium proxime operativum, & terminum per se primò productum, vt patet in agentibus æquiuocis, ita nec infertur conuenientia in ratione substantiæ, aut accidentis, sed solùm in ratione entis: & ideò Deus operatur per suam substantiam, & nihilominùs potest immediatè producere accidens.

17 Non itaque hoc refert: nam præterquam quòd hæc ratio non potest adaptari agentibus vniuocis, vt ea se constat; nihilominùs adhuc contra illam obstat, quòd, vt docent communiter Philosophi, & ostendi D. Th. 1. p. q. 33. art. 2. ad 4. & q. 4. art. 3. in corpore, omne generans producit sibi simile secundum formam, qua agit, quæ est potentia generativa ergo hæc similitudo debet esse inter potentiam operativam, & terminum per se primò productum, secundùm eam rationem, secundùm quam formaliter terminat: ergo cùm nulla res creata possit terminare actionem causæ secundæ secundùm rationem entis præcisè, sed secundùm aliam inferiorem, & magis contractam, quia nulla creatura potest producere ens in quantum ens, fit inde, quòd similitudo inter potentiam generativam, & terminum per se primò: à causa secunda generatum, non possit esse præcisè in ratione entis, sed ad minus in ratione accidentis, aut substantiæ esse debeat. Prima consequentia ex se patet: nam cùm virtus operativa, & eius effectus debeat assimilari in ratione causæ, & effectus, non potest non hæc similitudo esse inter ipsam, secundùm eam rationem formalem, qua agit, & terminū quo ad eam, secundùm quam formaliter terminat. Secunda verò consequentia est euidens: quia cùm esse per se, & in alio immediatè, contrahant ens, oportet vt ea, quæ conueniunt, plùs quàm in ente, sint similia saltim in ratione accidentis vel substantiæ.

Confirmatur: nam licèt daremus, Deum agere per actionem transeuntem, nihilominùs ideò potest agere immediatè per suam substantiam, & producere immediatè accidens: quia accidens non terminat, nisi in quantum est ens, vel vt rationem entis participat, & ideò satis est, quòd inter Deum & ipsum fit conueniētia in ratione entis: ergo cùm nulla creatura possit producere aliam secundùm istam rationem, consequēs est, vt potentia operativa, & effectus, non solùm in ratione entis, sed etiam in ratione substantiæ, vel accidentis debeant conuenire. Antecedens patet: nam cùm vniuersalissimæ causæ debeat correspondere vniuersalissimus effectus, & terminus, indè est, quòd actio illa Dei, qui est vniuersalissimum agens, formaliter terminetur ad ens producibile, in quantum tale, vel ad inferiora illius, quatenùs participant prædictam rationem. Et quo etiam consequentia satis constat: nam sicut alia agentia creata comparata cum Deo sunt particularia, ita non possunt habere terminum, & effectū secundùm rationem ita vniuersalem, vt Deus, & per consequens non possunt habere similitudinē, seu conuenientiam cum suis effectibus præcisè in ratione entium, sed insuper in ratione substantiæ, vel accidentis.

18 Nec etiam refert, si secundò dixeris, ex vi huius rationis non sequi necessariò, substantiam esse immediatè operativam: nam hæc actio substantialis non eliceretur immediatè à substantia, sed mediantibus accidentibus, tanquam virtutibus instrumentariis substantiæ, ita vt calor, verbi gratia, priùs ratione sui calefaciat, & deinde in virtute substantiæ eliciat aliam actionem altiorem realiter distinctam à tota alteratione præcedenti, per quam attingat substantiam, & sic nunquam generans operabitur immediatè per suam substantiam: sed mediis accidentibus, tanquam instrumentis: quod sufficit ad hoc, vt possit substantiam per se tali actione attingere: nam effectus per se primò productus non potest similitudinem cum principio proximo instrumentali, sed cum principali & remoto.

Non itaque hoc refert: nam contra hoc est, quòd vel à substantia in accidens deriuatur aliqua virtus, per quam fulciatur, & eleuetur quoties elicit illam actionem altiorem immediatè terminatam ad substantiam, vel non; sed sufficit, quòd accidens habeat permanenter esse virtutem substantiæ? Si primum, ergo iam substantia erit immediatè operativa respectu illius nouæ conformationis, per quam accidens eleuatur, cuius oppositum loco citato ex 2. Physic. iam ostendimus. Si secundum: ergo non est necessaria illa noua, & excellentior actio, sed sufficiet alteratio, quatenus procedit à calore, V. G. vt est virtus ignis, & ab ipso igne, vt à causa principua, ac radicali.

Et ratio est: nam, vt 2. Phys. disput. 20. citata diximus, id ipsum habet calefactio in actu secundo, quod habet calor in actu primo: sed calor, vt calor est, potest virtute propria producere calorem secundùm suam speciem consideratum, & vt virtus ignis, illique subordinatus est productiuus substantiæ ignis: ergo calefactio secundùm sibi propria erit actualis productio caloris, & quatenùs oritur ab eodem calore, vt virtute ignis, & consequenter vt subordinatur igni tanquàm agenti primo, & radicali, erit actualis productio substantiæ ignis geniti.

Confirmatur: nam ex eo quòd aqua Baptismi non producit gratiam tegenerativam præcisè abluendo, sed per aliam insuper actionem altiorem subsequutam ad hanc, tanquam ad actionem præuiam, ideò Deus immediatè causat in illa aliquid realiter distinctum ab ea, per quod eleuetur, & confortetur ad prædictam actionem altiorem eliciendam: ergo si calor non potest præcisè per calefactionem modo dicto considerata producere ignem, sed indiget alia actione altiori ad ignem per se primo terminata, fiet indè, vt ignis generans, debeat esse immediatè operativus eleuando, & confortando calorem; vel si non requiritur talis conformatio; sed solùm, quòd calor ille sit virtus ignis, & subordinetur illi, vt principio duntaxat radicali: oportet, vt non desideretur alia actio realiter distincta, sed sufficiat calefactio modo iam explicato considerata.

§. IV.

Mutationem essentialiter non requiri ad Generationem adstruitur.

19 Dicendum est secundò, generatio substantialis non est essentialiter mutatio. Assertio hæc apertè colligitur ex his, quæ docet D. Thom. 3. part. quæst. 7. artic. 3. & ideò eam docent communiter Thomistæ, vt Cajet. Nuño, & alij, qui ibi docent dari generationem substantialem, absque eo quòd præexistat in materia prima priuatio formæ generandæ,

mundæ, vt in casu statim addneendo contingit. Eandem etiam assertionem tenet Fonseca 5. Metaphys. cap. 2. qnæst. 6. sect. 3 & 4. Hurtado disput. 1. de Genetat. sect. 1. & Zanardus 7. Metaphy. quæ. 6. in solut. ad tertium, & sextum Francisci Suatez, & in solut. ad trigesimum primum.

Rationem fundamentalem innuit S. Doct. In tota fetè quæst. citata, quæ potest sub hac forma proponi, Quando combustum speeies sacramentales, aut ex illis genetantur vermes, tunc in puncto genetationis, & ex vi præcedentis miraculi conuertitur quantitas illius hostiæ consecratæ in materiam primam, & in ea semel per conuersionem producta, tunc virtute agentis naturalis genetantur in illa ignis, aut vermes: & idem contingeret. etiam si materia fictet per creationem; & tamen illa generatio, eùm materiam verè priuatam formâ substantiali non præsupponat, quippè quæ producitur in eodem instanti reali, ac ipsa forma ignis, aut vermis, & sub aliqua illarum non potest esse tealis mutatio, quandoquidem ad tealem mutationem saltim requiritur transitus à priuatione ad habitum: ergo iam dabitur aliqua substantialis genetatio, quæ non sit actu mutatio. Consequentia cum minori satis patet. Maior verò etiam constat, nam cùm ignis non creetur, eo quòd non fit ex nihilo, sed ex præsupposito subiecto; nec incipiat esse per conuerfionem totalem alicuius in ipsum, aliàs non producetetur virtute agentis naturalis, oportet, vt genetetur, quoniam non restat aliquis alius modus, quo in rerum natura ponatur. De quo videantur Eapositores, & discipuli D. Thom. supra 3. part. qu. 77. artic. 5.

20 Occurrunt luminis dupliciter. Primò, quòd adhuc in casu posito datur mutatio, quia ad mutationem satis est materiam præcedere in aliquo instanti naturæ, & signo rationis priuatam formâ, quatenùs in illo primo signo facta fuit materia præcisè secundùm suam potentialitatem, & ita tunc non intelligitur habere formam, sed concipitur esse sub priuatione illius: in secundo verò signo producitur forma, & consequenter intelligitur materia transire ab hoc, quod est secundùm se, & in priori signo non habeta illam, ad habendam illam in posteriori. Cæterùm solutio hæc multis à nobis impugnata fuit 1. Physic. disp. 4. à num. 18. vsque ad 32. & ideò in præsenti ab eius impugnatione consultò supersedemus.

Secundò, occurrit Rubio, & alij, negando ignem illum fieri per genetationem, sed per putam, & solam eductionem, quæ est actio tealiter essentialiter distincta, tam ab alteratione, quàm à generatione substantiali: ab alteratione quidem, quia est eductio formæ substantialis: à generatione verò, ea eo quòd genetatio essentialiter est à priuatione ad formam, secùs verò prædicta eductio, quæ tantùm est ex præsupposito subiecto, ratione cuius etiam à creatione differt.

Sed hæc etiam solutio est insufficiens. Nam substantia non produeitur ab agente naturali per actionem distinctam ab alteratione præcedenti, vt subordinata eidem agenti tanquam principio tadieali, vt conclusione præcedenti ostendimus, sed alteratio illa, quâ ignis, verbi gratia, alterat hostiam consecratam, est eiusdem tationis, ac esset si hostia illa non esset consecrata, vt ex se constat: ergo ignis ille genitus non fiet per actionem essentialiter distinctam ab ea per quam fietet, si materia prima denuo ibidem producta per aliquod tempus in rerum natura præcessisset; ergo cùm tunc esset ibi veta genetatio, ita & nunc, licèt ex defectu priuationis non adsit mutatio.

Deinde, nam priuatio non est intrinsecum principium generationis essentialiter sumptæ, quia illam intrinsecè componit, sed quia ad eam dicit ipsa genetatio habitudinem non qualitetcumq; sed vt ad terminum non specificantem: ergo satis etit ad rationem genetationis, vt per se petat priuationem, quamuis per accidens ibidem non fit. Antecedens quoad primam partem est notum, quoad secundam verò constat, quia solus terminus *ad quem* specificat. Consequentia autem probatur: nam terminus inspectus, & non specificans, benè potest, quantum est ex vi huius, non esse inspectus, nisi tanquam terminus, qui connatutalitet, non verò essentialiter debeat ibi adesse: & consequenter satis etit, quòd per se loquendo, debeat ibidem dari, quamuis per accidens non detur: sicut ex opposito, quia forma est terminus *ad quem* specificans generationem, ex eo quòd generatio est essentialiter communicatio formæ; modo tamen alibi dicto: ideò nequit dari genetatio, quin inspiciatur forma, vt terminus, qui de facto indispensabiliter communicatur.

Diximus. *Quantum est ex vi huius*, quia ex aliis capitibus ptoueoire potest, terminum alicuius habitudinis non specificantem debere necessariò existere ad hoc, vt res illa, quæ ad eum habitudinem importat, in rerum natura ponatur. Cæterùm, hanc necessitatem in præsenti interuenire nullatenùs ptobari potest.

§. V.

Essentia generationis explicatur.

21. EX quo infetendum, & dicendum est vltimò: Genetatio substantialis essentialiter sumpta, tantùm consistit in puta quadam naturali tesultantia ad formam substantialem terminata, eámque tectè diffinitit Aristotel. 8. Physic. c. 7. text. 2. per hoc quod sit *mutatio de non ente ad ens, siue de non esse ad esse*: hoc libro capite citato per hoc, quòd *sit mutatio à substantia in potentia ad substantiam in actu*. Assertionem hanc quoad postetiorem partem tenent omnes Philosophi, tam antiqui, quàm iuniores, qui genetationem substantialem admittunt. Quoad priotem verò tuentur eam Doctores Thomistæ, quos pro assertione præcedenti tetulimus.

Et in primis probatur ptima pars manifestè ex dictis in duabus conclusionibus præcedentibus: nam eùm forma, & totum compositum substantiale non fiant per ptoptiam actionem distinctam ab alteratione præcedenti, sed ex vi illius modo dicto consideratæ tesultent tanquam terminus secundarius caecutionis, consequens est, vt genetatio substantialis sit ipsa naturalis tesultantia vtriusque: eúmque non includat talis tesultantia essentialiter mutationem, vt ostensum est, fit inde, vt sit tesultantia puta, id est libera, tam ab actione quàm à mutatione, tanquam ab aliquo sibi intrinseco. Vtrùm autem hæc naturalis tesultantia, sit distincta ab actione, & mutatione, sit aliquis modus substantialis distinctus ab ipsa forma, necne? constat ex bis quæ 2. Physicorum disput. 10. quæst. 7. à num. 104. vsque ad 112. satis fusè ex D. Thom. diximus: si tamen seruata debita proportione, & iuxta dicta in eadem disput. à num. 29. vsque ad 83. ad præsens applicentur.

22. Secunda verò pars affectionis, scilicet generationem substantialem tectè diffiniri per prædictas Philosophi diffinitiones, probatur: nam licèt genetatio substantialis possit ex præsupposito miraculo non affetre actu mutationem, vt in exemplo posito contingit; nihilominùs illam per se petit, estque vera tadix illius: tùm, quia cùm inata communem Philosophorum sententiam priuatio sit principium per se

generationis substantialis ostensumque sit, tale principium non requiri essentialiter vt actu positum, manifestè sequitur requiri tanquam petitum per se ex vi ipsius substantialis generationis: tùm etiam, quia, vt docet Aristot. 1. Physic. cap. 5. & D. Thom. ibidem, ac 1. part quæst. 46. art. 1 ad tertium, vnumquodque, siue substantiale, siue accidentale, per se fit ex suo contrario: cùm autem non requiratur multoties huiusmodi contrarium esse positiuum, oportet vt ad minus desideretur esse quid priuatiuum: generatio ergo substantialis per se requirit priuationem formæ generandæ, & consequenter realem mutationem.

Ex quo infertur, quod sicut homò testè diffiniretur per risibilitatem, quia licèt per accidens possit esse sine illa, nihilominùs per se loquendo semper eam habet, illamque petit: ita quia generatio substantialis secundùm suam essentiam considerata, est radix, vel ratio à priori mutationis substantialis, illamque, per se loquendo, semper infert, quamuis per accidens ratione præsuppositi miraculi possit eam actu non inferre: ideò optimè diffinitur per mutationem materiæ de non esse ad esse, id est esse substantiale, seu per mutationem à subsistantia in potentia, ad substantiam in actu, seu (quod idem est) per mutationem materiæ à priuatione formæ substantialis, ratione cuius est in potentia ad eandem formam, per quam est substantia in actu; & in hoc sensu generationem comprehendi sub diffinitione motus, asseruimus in libro Physicorum disp. 16. n. 16.

§. VI.

Satisfit fundamentis aliarum sententiarum.

23 AD primum ergo pro prima sententia benè respondetur ibidem, quia forma substantialis est terminus secundarius præcedentis alterationis, & ita noua illa eductio, quæ in instanti generationis fit, tantùm est noua resultantia illius, non verò noua actio eductiua, quæ essentialiter requirit nouum terminum primarium. Sed de his videantur ea quæ 1. Physic. disp. 10. quæst. 6. §. vltimo, & quæst. 7. diximus. Vnde ad impugnationem huius solutionis dicendum est, resultantiam naturalem non esse veram, & rigorosam efficientiam: sed solùm secundùm quid, & consequenter spectantem aliquo modo ad ordinem causæ efficientis, vt loco citato latè explicuimus: & ideò à materia cœli non resultat forma cœli, vt ibidem diximus, neque à corruptione vnius substantiæ, generatio alterius, quia generatio est prior in genere causæ efficientis, quàm corruptio, licet in genere causæ materialis sit posterior: id autem, à quo aliquid naturaliter, & in genere causæ efficientis dimanat, debet esse prius in hoc genere, quàm illud, quod ab eo resultat, & ita generatio vnius formæ nequit sic resultare à corruptione alterius.

Ad secundum patet ex dictis, generationem non esse egressum alicuius effectus primarij in exequutione, sed solùm quasi egressum, seu resultantiam alicuius, ita vt talis quasi egressus, seu resultantia, sit etiam terminus præcedentis actionis, & ideò non esse actionem distinctam ab alteratione præcedenti modo dicto considerata, sed per illam producl per se primò vltimam dispositionem, & secundariò formam substantialem, vt complementum prædictæ alterationis, & termini primarij illius. Quæ omnia locis citatis ex 1. Physic. latè à nobis explicata sunt. Ad illud autem, quod in argumento additur, scilicet generationem substantialem esse motum, ex eo quod comprehendatur sub diffinitione motus 3. Physic. ab Aristot. tradita Respondetur hoc solùm conuincere, quòd ipsa per se loquendo petit non quidem actionem, sed mutationem distinctam à tota alteratione præcedenti, & quòd vt mutatio sub prædicta diffinitione comprehendatur.

Ad tertium concedendum est antecedens, si intelligatur de intentione operantis, seu naturæ, non verò de intentione operis: & neganda est consequentia: ad cuius probationem dicendum est, ad summum conuincere generationem esse distinctam ab alteratione præcedenti per modum naturalis resultantiæ, ex illa, & ex termino eius primario subsequutæ, quia illud solummodò petit vonam actionem, quod est terminus primarius executionis, seu intentionis operis. Vnde tam id, quod secundariò intenditur respectu intentionis operantis, & operis simul, vt propriæ passionem, quàm quod secundariò intenditur intentione operis, seu actionis, licèt intendatur per se primò intentione operantis, & naturæ, vt in substantia contingit, non fit per propriam actionem, sed per naturalem resultantiam.

24 Ad primum secundæ sententiæ, & eius confirmationem patet ex dictis in tertia assertione.

Ad secundum constat, etiam ea his, quæ ibidem asseruimus, scilicet priuationem ex eo tantùm dici principium intrinsecum generationis, quia ab ea petitur, & per se loquendo semper illam infert, quamuis per accidens, & præsuppositio aliquo miraculo, possit esse sine ipsa. Vnde ad impugnationem contra solutionem ibidem adductam neganda est sequela, cuius probatio nihil contra nos conuincit, nam hoc, quod est petere priuationem formæ generandæ, ita conuenit omni genetationi, vt eius oppositum nulli ex generationibus substantialibus possit conuenire, imò si generatio cõsideretur secundùm rationem mutationis, quam modo dicto semper habet adiunctam, implicat dari talem mutationem, nisi materia præsupponant priuata forma, & ideò dictum illud Arist. scilicet tria esse principia intrinseca generationis, debet intelligi de generatione, vt mutatio, si illa principia considerantur, vt adeò intrinseca, quòd sine illis in exequutione positis nequeat generatio dari.

Ad confirmationem respondetur, quòd loquendo de genetatione, vt naturali modo fit, semper inuenitur ibidem transitus à forma in formam substantialem, & à priuatione formæ generandæ in eandem formam, aliter tamen, & aliter: quia primum non petitur ex vi generationis, sed aliunde, quia scilicet materia nequit esse sine forma, & ita non valet transire à priuatione vnius formæ ad aliam: nisi transeat etiam à forma præexistenti: at verò secundum exigitur ex vi generationis: tum, quia id ostensum est à nobis 1. Physic. disp. 2 num. 10 & 15. tùm etiam, quia vnumquodque per se loquendo, & ex vi sua fit ex suo contrario, vt homo ex non homine, equus ex non equo, &c. vt ex Arist. & D. Thoma suprà dicebamus.

Ad vltimum negandum est antecedens, nam in eductione formæ ex potentia materiæ semper inuolutur, quòd per se loquendo, & omni secluso miraculo intereederet in ea priuatio formæ substantialis generandæ, & ideò forma cœli non est generabilis, ex eo quòd non petit dari in materia priuationem sui. Nec contra hoc obest probatio ibidem adducta: nam ad eam satis constat ex his quæ 1. Physic. disput. 4. num. 31 & 32. diximus.

QVÆST

QVÆSTIO III.

Quis sit terminus Generationis substantialis.

EXacta generationis notitia non parum pendet ex termini illius explicatione, & idcò post quæstionem præcedentem hanc excitamus, vbi magis quidditas generationis substantialis explicabitur.

§. I.

Notationes pro explicatione tituli.

25. VT quæstionis titulus meliùs intelligatur, notandum est primò, per generationem substantialem, verbi gratia equi, fieri, seu resultare inter alia, tum formam eum sua vnione, tum naturam totalem ex materia, & prædicta forma præcisè coalescentem, verbi gratia, equinitatem, tum etiam suppositum ex natura totali, & subsistentia constitutum, tùm demùm compositum ea suppositu, & existentia: nam vt docet D. Thom. quæst. vnica de Anima, art. 6. ad secundum, q. 7. de potentia, art. 2. & 9. 1. p. q. 3. art. 4. quæst. 4. art. 2. ad tertium, q. 5. art. 1. & 3. contra Gent. c. 54. existentia est vltima actualitas rei, & ita vltimo loco post naturam, & subsistentiam aduenit.

Secundò notandum est ex D. Thom. in 1. dist. 5. q. 3. art. 1. terminum generationis esse duplicem, alium *qui*, alium verò *quo*: prior ille est, qui fit vt *quod*: posterior verò vt *quo*, & ita non tam producit, quàm comprodnci dicitur. Vnde terminus *quo*, solet appellari terminus formalis, quia per illum terminus *qui* constituitur. Hic autem terminus *quo*, seu formalis, est duplex; alius partialis, scilicet forma substantialis; alius verò totalis, nimirum natura totalis, verbi gratia, equinitas, per quam totum suppositum etiam constituitur, & tandem omnes prædicti termini possunt considerari, vel ordine intentionis, vel ordine executionis.

Quod ergo in dubium vocamus, est, quidnam ex enumeratis in primo notabile sit, tam in intentione, quàm in executione terminus *qui* generationis substantialis: quid verò terminus *quo*, siue partialis, siue totalis, non solùm quoad intentionem, sed etiam quoad executionem.

§. II.

Varia Doctorum placita recensentur.

26. PRima sententia asserit compositum præcisè ex materia, & forma, esse terminum *qui* generationis adæquatum, & principalem, utrinque intentionis simpliciter primum: formam verò substantialem cum sua vnione, nihil aliud, quàm esse terminum *quo* primarium simpliciter ordine executionis, & saltim in suo ordine, nempè termini *qui* primum in intentione. Ita Rubio præsenti, tractatu primo, q. 3. & quàm plures alij ex Iunioribus, quibus consentiunt Conimbr. in hoc libro c. 4. q. 15. art. 2. quoad illas generationes, in quibus forma non solùm vnitur materiæ, sed etiam producitur ea vi illarum.

Probatur, quoad primam partem ex D. Thom. 3. part. q. 15. art. 1. in corp. vbi sic ait: *Naturitas potest aliquid tribui dupliciter, vno modo sicut subiecto, alio modo sicut termino: sicut subiecto quidem attribuitur ei quod nascitur: hoc autem proprie est hypostasis, non natura, & ideo sicut termino attribuitur nativitas naturæ terminatur enim intentio naturæ ad formam, seu naturam speciei.*

Secundò probatur ratione, nam prædictum compositum est, quod habet esse: ergo est terminus *qui* adæquatus, & principalis generationis: ergo etiam primus simpliciter in intentione. Antecedens patet, nam cùm prædictum compositum sit substantia totalis, & completa, non potest non habere esse substantiale, quod substantiis totalibus debetur. Prima verò consequentia constat: nam sicut id, quod habet esse ratione alterius, est terminus minùs principalis, & inadæquatus, ita quod habet esse ratione sui, vt in prædicto composito contingit, est terminus adæquatus, & principalis. Ex quo etiam secunda consequentia relinquitur aperta, liquidem id primò intenditur, quod est terminus adæquatus, & principalis, ideoque natura, vt consequatur hunc finem, educit formam de potentia materiæ, producitque formam vnionis, quo illam materiæ vniat.

Confirmatur: nam suppositum coalescens ex natura existenti, & suppositalitate, est terminus remotus, & resultans à composito ex materia & forma existentibus: ergo compositum hoc est terminus *qui* primarius, adæquatus, & principalis. Antecedens probatur, nam cùm subsistentia sit, respectu naturæ modus peculiariter existendi, scilicet existendi per se, supponit ipsam naturam simpliciter existentem, quandoquidem modus supponit rem, cuius est modus & ea illa resultat. Ex quo etiam consequentia probatur, nam ille est terminus *qui*, primarius, adæquatus, & principalis, ex quo exteti alij resultant: ergo si ex composito ex materia, & forma existentibus primò resultat subsistentia, ac proindè suppositum, & consequenter reliqua alia accidentia: iam prædictum compositum erit terminus *qui* primarius adæquatus, & principalis generationis.

27. Nam Beata Virgo non attigit saltim tanquam causa principalis vnionem humanitatis Christi cum suppositalitate Verbi: ergo suppositum non est terminus *qui* per se primus, & adæquatus generationis: ergo solùm compositum ex materia & forma habebit rationem prædicti termini. Antecedens probatur: nam cum illa vnio sit altissimi, & suprremi ordinis; scilicet hypostatici, non potest attingi tanquam à causa principali à creatura infectioris rationis, qualis est Beata Virgo. Prima verò consequentia patet: nam causa principaliter influens non potest non attingere terminum primarium generationis: ergo si Beata Virgo non attigit per modum causæ principalis vnionem ad diuinum suppositum, signum est illud non fuisse terminum primarium prædictæ generationis. Secunda autem consequentia liquet: nam cùm forma substantialis cum sua vnione tantùm sit terminus *quo*, nihil aliud substantiale restat, quod possit esse terminus *qui* primarius & principalis præter compositum iam assignatum ex materia & forma.

Ex quo etiam eadem sententia quoad reliquas partes suadetur: nam ea qua parte forma substantialis constituit terminum *qui*, sc licet, naturam totalem, non potest non esse terminus formæ is *quo*, & ex quo capite nequit compositum resultare nisi primo loco forma saltim comprodueatur, & materiæ vniatur, vt ex se patet, oportet, vt ipsa cum sua vnione sit terminus prior executionis: & tandem ea qua parte sola forma intenditur vt constituens terminum *qui*, necesse est vt sola resultet sit terminus primarius in hoc ordine, nempè termini *qui*, respectu intentionis naturæ.

28. Secunda sententia conuenit cum præcedenti in assignando termino *qui* generationis, differt autem in termino *quo* illius: nam existimat hunc non esse formam substantialem, sed vnionem eius ad

materiam. Hanc tenent Hurtado disp 21. Phys. sect. 6. §. 37. & aliqui ex recentioribus, quos suppresso nomine refert Rubio loco citato, quibus consentiunt Conimbricenses 1. de Generatione c. 4. q. 13. art. 1. & 2. quoad illas generationes in quibus forma non producitur ex vi illarum, sed solum vnitur materiæ, vt in generatione hominis contingit.

Fundamentum quoad hanc partem, in qua sententia hæc à præcedenti differt est primò, quia vera & formalis ratio generationis datur sine eductione formæ, de potentia materiæ, imò sine aliqua illius productione: ergo terminus *quo* illius non est forma, sed vnio illius cum materia. Antecedens patet, tum in generatione hominis, vbi forma neque educitur, neque vllo modo producitur per generationem, sed supponitur creata à Deo per aliam actionem: tum etiam quia si forma equi, V.G. semel supponeretur educta, & separata à materia, & agens naturale posset illam materiæ vnire, tunc re vera generaret equum.

Consequentia verò quoad primam partem constat nam terminus *quo* generationis debet saltim vt *quo* esse genitus, aut productus, sicut terminus *qui* illius non potest non esse genitus, vt *quid*. Quoad secundam autem partem etiam patet, tum quia vltra formam nihil aliud restat, quod possit esse terminus formalis *quo*, nisi vnio, quandoquidem nec materiæ (vt ex se constat) nec composito (vt potè termino *qui*) potest ratio termini *quo* competere: tum denique (per quod etiam prima pars consequentiæ magis confirmatur) quia si fieri posset, vt agens naturale educens formam de potentia materiæ, non vniret eam ipsi, sed separatam produceret, tunc nulla esset ibidem generatio, siquidem materia non transiret à non esse formæ ad esse sub illa, ac proinde nullus terminus *qui*, seu nullum compositum generaretur: ergo ratio formalis generationis non attenditur penes productionem, aut comproductionem formæ, sed penes vnionem, & consequenter hæc erit terminus formalis *quo*, re spectu illius.

Secundò: nam generatio substantialis est idem ac vnitio formæ substantialis cum materia; at vnitio fit mixti speciem abvnione, sicut calefactio à calore, & illuminatio, à luce: ergo etiam generatio, atque adeo vnio erit terminus formalis illius, siquidem proprium est termini formalis tribuere speciem.

Confirmatur; quia si variatur vnio substantialis, etiam si non varientur extrema, erit distincta productio, & ideo idem homo potest fieri vel per generationem, vel per reproductionem ex eo solum quòd vnio animæ rationalis cum materia diuerso modo attingatur: ergo nequaquam extrema, vel aliquod eorum sed sola vnio erit formalis terminus talis productionis. Patet consequentia, quia terminus formalis sortitur munus specificativi respectu productionis: ad cuius positionem vel ablationem ponitur, vel auferetur species productionis illi correspondens.

§. III.

Ex mente Aristotelis & D. Thomæ quæstio resoluitur.

29 PRo huius quæstionis decisione notandum est, nos hic non loqui de generatione prout actio est, sic enim certum est non terminari per se primò quoad exequitionem ad aliquid substantiale, sed ad dispondum subiectum in ordine ad formam substantialem, & totum compositum generandum, vt constat ex his quæ præcedenti quæstione, & 2. Physic. disput. 10. à num. 68. vsque ad 74. diximus: sed de eadem generatione, prout est naturalis quædam resultantia subsequuta ad prædictam actionem dispositiuam subiecti, Vndè id ipsum, quod fuerit terminus per se primus in intentione respectu huius resultantiæ, erit etiam terminus primarius intentionis naturæ, prout media prædicta actione operatur. His ergo suppositis.

Dicendum est primò, terminum *qui* simpliciter primarium in intentione tantùm esse compositum ex esse, seu existentia & supposito. Hæc est Diui Thomæ licet assertione sequenti reseredenda, & insuper quæstione vnica de Anima, articulo sexto ad secundum, & quæstione septima de Potentia, articulo secundo & nono, ac 1. part. quæstione tertia articulo quarto, quem sequuntur communiter eius Discipuli, à quibus proinde sigillatim referendis consulto abstinemus.

Ratiouem fundamentalem innuit idem sanctus Doctor locis citatis: nam quod in aliqua linea est vltimum in executione, debet esse primum in intentione, vt passim docent omnes Theologi, & Philosophi sed existentia, & consequenter suppositum existens est vltimum in executione: ergo, &c.

Minor probatur, quia existentia est in executione vltimus actus intra lineam substantiæ contentus, quia est vltima actualis omnium rationum substantialium & ita semper censetur in potentia, & non in vltima actualitate, vsque dum sint omnino extra causas, & in genere substantiæ existentes: ergo etiam prædictum compositum existens erit vltimum in executione intra eandem lineam, ac proinde primum simpliciter in intentione. Sed de his redibit sermo in tractatu de existentia, & subsistentia, vbi contra aliquos ex professo ostendemus existentiam esse vltimum actum naturæ substantialis creatæ, & per consequens ei aduenire post subsistentiam.

30 Dicendum est secundò, compositum ex materia, & forma substantiali præcisè, seu naturam totalem non posse esse in executione terminum *qui* generationis, ac proinde nec illius specificativum, vt *quod*. sed supposituum ipsum ex prædicta natura totali, & subsistentia coalescens. Hæc est Aristotel. 7. Metaphysic. text. 26. 27. & 31. & 1. Physic. text. 28. ac tandem 8. Metaphysic. text. 3. vbi inquit: *Aliter quidem materia, aliter vero ratio, & forma, qua aliquod ens ratione particulare est: tertium verò quod ex his: cuius solius generatio, & corruptio, & separabile simpliciter.* Quem locum explicans D. Thom. ibidem lect. 1. ait: *Compositum verò ex his, scilicet materia, & forma, dicitur esse substantia, quasi separabile simpliciter, id est separatim per se existere potens in rerum natura, & eius solius est generatio, & corruptio: neque enim forma generatur, aut corrumpitur nisi per accidens.* Vbi vt vides, soli composito per se existenti, ac proindè soli supposito, seu composito ex materia, & forma, & terminatis per subsistentiam, tribuit generari, & corrumpi per se, cæteris autem non nisi per accidens, id est, ad generationem prædicti suppositi.

Idem docet ipsemet S. Doctor. 3. part. qu. 35. art. 1. in 1. distin. 5. qu. 3. artic. 1. nec non 1. part. quæst. 45. artic. 4. vbi inquit: *Fieri ordinatur ad esse relinquit illis propriè conuenit fieri, quibus conuenit esse: quod quidem conuenit propriè subsistentibus, siue sint simplicia, sicut substantiæ separatæ, siue sint composita, sicut substantia materiales: illi enim propriè conuenit esse, quod habet esse & quod est subsistens in eo esse.* Et q. 65. artic. 4. Vnde sanctum Doctorem communiter sequuntur eius Discipuli, & ideo superuacaneum esset, singulos recensere.

Ratio fundamentalis desumitur ex allegatis D. Thomæ

testimoniis, quæ potest, maioris claritatis gratia, ad hanc formam reduci. Forma totalis, verbi gratia, equinitas non vt *quod*, sed vt *quo* aliud est, suppositum verò habet esse vt *quod*: & ideo D. Thom. 3. part. quæst. 17. artic. 2. inquit: *Esse autem pertinet ad naturam, & ad hypostasim: ad hypostasim quidem, sicut ad id, quod habet esse: ad naturam autem, sicut ad id, quo aliquid habet esse.* Ergo natura totalis non fit vt *quod*. Patet consequentia: nam cùm fieri sit via ad esse, non poterit fieri vt *quod*, id, quod non habuerit esse vt *quod*.

31 Confirmatur, & explicatur primò ratione eiusdem D. Thomæ loco citato ex 1. sent. & 3. part. q. 65. nam quod propriè generat vt *quod*, non est natura totalis, sed suppositum: ergo neque id, quod generatur vt *quod*, erit natura totalis, sed suppositum. Patet consequentia: nam vnumquodque producit sibi simile, vt *quod*; ergo cùm suppositum genitum sit simile vt *quod* supposito generanti, non verò natura totalis illius, consequens est, vt illud, non verò ista generetur vt *quod*, atque adeo sit terminus *qui* generationis.

Confirmatur secundò ex eodem Ang. Doct. 3. part. quæst. 24. artic. 1. ad 2. nam humanitas Christi Domini nequit esse, aut dici filia, vel prædestinata, vt ferè omnes Theologi fatentur: ergo natura totalis nequit esse terminus *qui*, seu generari, vt *quod*. Patet consequentia: nam si posset esse terminus *qui* generationis, non esset sufficiens ratio, ob quam nequiret dici genita, & filia, vel prædestinata. Vnde quia tantùm est suppositi dirigere, aut dirigi, vt *quod* in finem, quoniam ipsius tantùm est esse, vt *quod*, ac proinde esse eodem modò propter finem: idem humanitas Christi non potest dici prædestinata; sed Christus ipse quatenus vt subsistens in natura humana, prædestinatur ad hoc, vt per eandem subsistentiam subsistat in natura diuina.

Confirmatur, & explicatur tertiò ratione, quam innuit Aristot. & idem Sanctus Doctor 7. Metaphys. lectione 6. & 3. parte quæst. decimaseptima iam citata. Ideo forma substantialis nequit fieri vt *quod*, seu esse terminus *qui* generationis, quia est forma constituens totum compositum, sed forma totalis habet se vt forma suppositi: ergo nequit fieri vt *quod*: ergo suppositum ipsum fiet vt *quod*.

Hæc vltima consequentia videtur ex se patere. Prima verò ex paritate rationis: minor autem ex se etiam constat, & insuper suadetur à Diuo Thoma, loco proximè citato, quia natura significatur per modum formæ, quæ dicitur ens, ex eo quod ea aliquid est, sicut albedine est aliquid album, & humanitate est aliquid homo.

Et denique maior liquet, nam hoc ipso quod forma substantialis constituat totum compositum, constituit suo modo terminum *qui*, & consequenter non potest ipsa habere rationem prædicti termini, respectu eiusdem generationis. Vnde Aristot. loco citato ex 7. Metaphysic. dixit a *Palàm ergo, quòd neque species fiat, neque quodcumque oportet vocare insensibilis formam, nec eius est generatio, nec quod quid erat est huic.* Vbi D. Thom. lect. 9. *Palàm igitur est, quod non fit species rei generatæ, nec aliquid aliud quodcumque sit, quod oporteat vocare formam in rebus sensibilibus, & quia generato est istud, quod fit Palàm est, quod nec generatio est forma, sed compositi, nec iterum quod quid erat rei generatæ, generatur nisi per accidens.*

32 Nec obstat si dicas, tùm primò, quòd forma partialis, scilicet forma substantialis, maximè autem natura totalis, verbi gratia, equinitas habent suas proprias existentias, & ita possunt terminare vt *quod* suas generationes, seu productiones sibi proportionatas. Tùm secundò existentiam non esse actum præcisè suppositi, vt *quod*, sed potiùs existentiam totalem esse propriam naturæ totalis & sicut natura ipsa communicatur supposito, ita prædicta existentia secundariò illi communicatur, & consequenter, quod primo fit, vt terminus *qui*, tantùm erit natura totalis existens. Tùm denique tertiò, assertionem hanc non tenere cohærere cum priori, quoniam quod per se primò intenditur, per se primò specificat: nam vnaquæque res per se primò respicit suum specificatiuum: ergo si compositum coalescens ex supposito, & existentia, est primum vt *quod* in intentione respectu generationis, vt conclusione præcedenti dictum fuit, etiam erit specificatiuum vt *quod* eiusdem, atque adeo malè asseruimus in hac conclusione huiusmodi specificatiuum esse compositum ex natura & subsistentia.

Nec itaque hæc obstant, nam primum satis salsitatis conuincitur ex his, quæ 1. Physic. disp. 3. à nu. 50. vsque ad 60. diximus, vbi latè ostendimus nun posse in eodem supposito substantiali dari, nisi vnicum tantùm indiuisibile esse; ac proinde omnia, quæ ibi generantur, aut congenerantur, fieri per vnicam, & eandem indiuisibilem generationem. Quod quidem potest iam nunc breuiter suaderi ex eo, quòd per eandem indiuisibilem generationem debet forma ex potentia materiæ educi, & eidem vniri: nam sicut non habet coexistere, nisi in materia, ita eadem indiuisibilis eductio illius vnit ipsam cum prædicta materia: ergo per eandem indiuisibilem generationem generabitur etiam totum. Patet consequentia, quoniam generatio præsupponens materiam, educens formam, vniensque illam cum eadem materia, non potest non attingere totum compositum.

Secundum verò etiam non obstat, tum quia, vt iam innuimus, est contra D. Thom. 3. part. q. 17. & quæst. vnica de Anima, iam citatis, tùm etiam, quia eius oppositum in tractatu de essentia & existentia fusiùs ostendimus: & insuper potest hîc breuiter suaderi ex eo, quòd esse existentiæ diuersum ab essentia, vt in creaturis contingit, si semel est vnicum, & indiuisibile in quouis composito, vt loco citato ex 1. Physic. latè probauimus, petit tanquam proprium susceptiuum vt *quod* compositum substantiale integrum, & completum, ac directè ponibile in recta linea prædicamentali: nam substantia quæ non habet prædictam integritatem, potiùs est id, *quo* aliud est, quàm proprium susceptiuum vt *quod* ipsius esse, sed natura totalis creata antecedenter ad substantiam non habet prædictam integritatem, nec est directè ponibilis in prædicamento, & ideò non ponitur in ea equinitas. Verbi gratia, sed equus: ergo solùm suppositum, non verò natura est immediatum susceptiuum existentiæ.

Nec eisdem tertium aliquid obest, quia specificatiuum vt *quod*, non est nisi quod immediatè & proximè, non verò quod per modum finis vltimi inspicitur, vt in composito coalescente ex supposito, & existentia contingit. Vnde si loquamur de termino immediatè inspecto, vt *quod*, & per modum specificatiui, tantùm est suppositum: sicut licet in nobis actus humilitatis per se primò inspiciat finem vltimum sui ordinis, non tamen ab illo specificatur, sed ab obiecto proximo ipsius.

Sed inquires, secundùm quam rationem, suppositum genitum, verbi gratia Petrus terminet generationem, tanquam terminus formalis *qui*, an nimirum secundum quod homo, an prout hic homo, an tandem secundùm aliquam aliam rationem? Cæterùm, ad hoc satis constat ex his, quæ 2. Physic. disp. 15. à n. 55. vsque ad 59. diximus;

33 Ex quibus omnibus infertendum, & dicendum est vltimo, terminum formalem *quo* partialem generationis esse formam substantialem: totalem verò esse ipsam naturam totalem, & ita forma substantialis non est terminus *quo* primatius simpliciter in intentione, etiam intra lineam termini formalis *quo*. Assertio hæc quoad omnes suas partes apertè colligitur ex testimoniis Arist. & D. Thom. in præcedentibus allegatis adductis, & ideo eam communiter tuentur discipuli S. Doctoris.

Probatur quoad priorem partem tatione ex eodem Angelico præceptore deducta: nam tam forma substantialis, quàm natura totalis constituunt terminum *qui*, illa quidem per modum naturæ partialis, hæc verò vt significatur per modum formæ totalis: ergo vtraque proportionatè ad suam essentiam erit terminus formalis *quo*, ac proinde forma substantialis erit terminus *quo* partialis, & natura totalis habebit tationem termini *quo* totalis. Vtraque consequentia patet: nam sicut id, quod constituitur per terminum formalem *quo*, adæquate sumptum, non potest non esse terminus *qui*; ita quod constituit prædictum terminum *qui*, debet esse terminus *quo*, non qualitercunque, sed iuxta modum quo, vel per modum formæ partialis, vel totalis illum constituit. Antecedens verò ex iam dictis satis constat.

Confirmatur ex his quæ 1. Physic. disp. 2. num. 10 ex Arist. & D. Thom. diximus: nam forma substantialis est terminus ad *quem* generationis, sed non terminus *qui*, vt ostensum est: ergo terminus *quo*, non totalis, quandoquidem non constituit per modum formæ totalis: ergo erit terminus formalis *quo* per modum naturæ partialis; & consequenter natura totalis erit terminus *quo* totalis. Vnde Arist. lib. 2. Physic. cap 1. text. 14. asserit generationem esse viam ad naturam: quem locum D. Thom. 3. part. quæst. 25. iam citata exponit etiam de natura totalis dicens: *Termini enim generationis, & cuiuslibet motus existentis est forma, natura autem per modum formæ designatur, vnde nativitas dicitur via in naturam, vt patet per Philosophum 2. Physic. terminatur enim intentio naturæ ad formam, seu naturam speciei.*

Ex quo eadem assertio quoad 2. partem, scilicet formam substantialem non esse terminum per se primum intentionis, etiam intra lineam termini *quo*, satis constat: quoniam si semel natura totalis habet esse terminum *quo*, vt ostensum est, non poterit non forma substantialis ordinari ad illam, vt ad terminum *quo* per eandem suo modo constitutum: ergo natura totalis erit intra lineam termini *quo* primatius terminus in intentione.

§. IV.

Obiectiones contra dicta, & salutio earum.

34 SEd obicies primò contra secundam assertionem, quòd terminus primarius in intentione, debet esse primò intentus ordine intentionis: ergo etiam terminus primarius executionis debet primò executioni mandari: ergo cum tam natura partialis, quàm totalis priùs executioni mandentur, quàm suppositum, fiet inde, vt non hoc, sed illa sit terminus per se primus executionis.

Secundò, contra eandem assertionem nam terminus *qui* generationis accidentalis nequit esse compositum ex subiecto, & accidenti, sed sola forma: ergo nec generationis substantialis.

Consequentia patet ex paritate rationis: antecedens verò probatur, nam generatio per se vna debet terminari ad terminum per se vnum: compositum autem ex forma accidentali, & subiecto non est per se vnum, vt constat, benè tamen forma ipsa accidentalis. ergo hæc, & non illud, erit terminus *qui* prædictæ generationis.

Confirmatur: nam propter quod vnumquodque tale & illud magis; sed suppositum terminat generationem formæ: ergo ipsa potiori ratione terminabit, imò simpliciter dicetur terminus per se primus generationis. Patet consequentia: nam quod continet causæ, & effectui, si simpliciter competiat huic potiori ratione competiet causæ.

35 Tandem contra tertiam assertionem obiicies: terminus *quo* partialis præsupponit esse alium terminum *quo* partialem, quia pars est in ordine ad suam compartem; at repugnat talis terminus: ergo, & cætera.

Minor patet, quoniam cùm sola materia sit altera pars compositi substantialis, & hæc nequeat esse terminus generationis, vt constat, alioqui esset generabilis, sit inde & nullus alius terminus partialis *quo* superest.

36 Ad primum respondetur, satis esse ad terminum primatium executionis, quòd in suo ordine, & eo modo, quo est primatius, non præsupponat alium, ratione cuius hat. Quare cùm suppositum sit terminus primatius *qui*, imò & simpliciter primarius executionis, sufficit non esse alium terminum *qui*, aut genitum, vt *quod*, ac simpliciter priùs quàm illud: forma autem substantialis, vel natura totalis, non habent a iquos ex his modis, esse priùs in executione genitæ, sed solùm cum addito diminuente iam dicto, scilicet, vt *quo*: vnde forma, & compositum mutuò inter se pendent in ratione termini generationis: nam illa si sit materialis, co-generari debet dependenter à composito, tanquam à termino *qui*, quia ipsa per se, & tanquam terminus *quo* ingenerabilis est: & totius suppositum generatur vt *quod*, dependenter ab ea, non quidem tanquam à termino *qui*, sed tanquam à termino *quo*.

Ad secundum respondetur cum Arist. & D. Thom. 7. Metaph. lect. 6. Soncin. ibidem quæst. 23. negando antecedens, & ad probationem satis esse ad generationem accidentalem, quòd terminus formalis *qua* illius sit per se vnus, quamuis terminus totalis, tantùm sit vnum per accidens. Cæterùm, generatio substantialis sicut terminatur ad ens simpliciter, ita etiam ad terminum totalem, quòd sit vnum simpliciter.

Ad confirmationem respondetur iuxta ea quæ in Logica disp. 18. num. 17. diximus, maximam illam esse intelligendam, quando id propter quod aliquid est tale, habet etiam esse tale simpliciter, & vt *quod*. Vnde, quia luna, verbi gratia, est lucida propter solem, & sustineri lucidus vt *quod*, potest fieri hic reflexio: luna est lucida propter solem, qui est lucidus vt *quod*: ergo sol est magis lucidus: quare cùm forma non generetur, vt *quod*, sed tantùm *quo*, non sequitur eam potiori ratione esse terminum *qui* generationis, quamuis ratione illius, vt termini formalis, totum ipsum generetur.

Ad vltimum neganda est maior: ad probationem verò respondetur formam non dici terminum formalem partialem, nisi quia cum alia compartem, scilicet materia, constituit naturam totalem, verbi gratia, equinitatem, quæ respectu totius suppositi per modum formæ totalis significatur. Vnde non obstat alteram compartem formæ, scilicet materiam, esse ingenerabilem ad hoc, vt ipsa forma dicatur genita, tanquam terminus partialis *quo*, sicut, neque id obstat ad hoc, vt totum suppositum sit genitum vt *quod*, seu tanquam terminus *qui*.

§. V.

§. V.

Fit obuium argumentis initio adductis.

36 AD primum primæ sententiæ ea testimonio D. Thom. desumptum, dicendum est S. Doctorem loqui de subiecto denominationis, quia totum suppositum est, quod denominatur genitum vt *quod*. Quare cùm inquit, formæ, aut naturæ totali attribui generationem tanquam termino, loquitur de termino formali *quo*, non verò de termino *qui*, quia idem prorsùs debet esse respectu generationis subiectum denominationis, & terminus *qui*, quandoquidem iste terminus solus, absolutè & simpliciter denominatur genitus, & ita prædictum testimonium potiùs est pro nobis, quàm contra nos.

Ad secundum ex ratione petitum patet ea dictis, compositum ex materia, & forma præcisè, seu naturam totalem, non existere, vt *quod*, sed vt *quo*, & ideò non fieri, vt *quod*, sed vt *quo*. Ad probationem verò in contrarium respondetur, prædictam naturam non esse completam, & terminatam in ordine essentiæ, & intra lineam substantiæ, vsque dum terminetur per subsistentiam: vnde homo, verbi gratia, non verò humanitas, pertinet directè ad tertiam lineam prædicamentalem.

Ad confirmationem negandum est antecedens quoad primam eius partem, quatenus, inquit, suppositum esse terminum *qui* remotum generationis nam vt ex dictis constat, reverà est terminus *quo* proximus, & principalis, quandoquidem ante illud nihil est capax existendi vt *quod*. Et deinde ad secundam eiusdem antecedentis partem, dicendum est subsistentiam resultare, à natura, vt a termino *quo*, non verò vt à termino *qui*, & ideo neganda est consequentia: nam ad hoc vt suppositum non esset terminus *qui* proximus executionis, desiderabatur vt resolueret ab alio termino *qui* in hoc ordine anteriori. Vnde falsum est id, quod ibidem additur, scilicet subsistentiam supponere existentiam, ea eo quòd illa est modus peculiaritèr existendi, scilicet existendi per se: nam subsistentia non pertinet ad ordinem existendi, sed ad ordinem essentiæ substantialis, per modum termini illius, & ideo debet in creaturis præcedere existentiam.

37 Ad tertium concedendum est antecedens, si intelligatur de attingentia effectiua, secùs verò si de attingentia materiali: nam reuera B. Virgo præparauit materiam, & eam ministrauit, vt virtute actiua Spiritus Sancti formaretur Corpus Christi, & eius humanitas assumeretur à Verbo, quod sufficit ad hoc, vt absolutè dicatur attigisse generationem Christi: nam vt in Logica disp. 14. num. 86. & 87. innuimus, & in lib. de Anima ex Aristot. & D. Thom. ea professo dicemus, Fœmina tantùm enocuitit passiuè, & ministrando materiam ad generationem prolis.

Et ad probationem dicendum est, quòd licet vnio hypostatica, ratione suæ eminentiæ, non possit effectiuè, & directè attingi ab aliqua creatura, bene tamen ministerialiter modo explicato, & vt sic dicamus, indirectè, factaque aliqua suppositione, quatenus nimirùm propria subsistentia, quæ ex vi illius generationis ponenda erat in rerum natura, impeditur per subsistentiam Verbi supplentis munus illius, & loco eiusdem terminantis naturam: nam sicut tunc subsistentia Verbi supplet munus subsistentiæ humanæ, quæ generationem illam terminatura erat, & propterea generatio illa Christi Domini fuit eiusdem speciei cum aliis generationibus humanis, ita etiam ipsa subsistentia Verbi ... nidùm munus dictum eandem generationem terminat, & consequenter munus illud, quod in conceptione Christi Beata Virgo exercuit, non fuit completum, & terminatum in facto esse priùs tempore, imò nec natura, quàm quòd Verbum Diuinum vnitetur humanitati, alioqui non esset dicenda vera Mater Dei, vt ea se constat. Et ideò Augustinus lib. de fide ad Petrum, cap. 18. inquit: *Firmissimè tene, & nullatenus dubites, eam quam Christus non fuisse concipiam in utero Virginis prius quam susciperetur à Verbo.*

Ex quo fit, duplicitèr posse generationem aliquam attingere suppositum, vel quia suppositum illud, aut eius vnio ex potentia subiecti educatur, aut effectiuè aliquod horum attingatur: vel quia prædictum suppositum loco proprij suppositi quod ex vi illius generationis attingendum erat, substinetur terminando illam naturam: nam hoc ipso non censetur terminata generatio, nisi ratione illius, & consequenter prædicta generatio aliquo modo suppositum illud tanquam terminum sui attingit. Videatur tamen D. Thom. 3. part. quæst 31. art. 5. & quæst. 32. art. 4. ac q. 33. art. 3.

Ad probationem eiusdem sententiæ quoad secundam eius partem, patet ea dicta in secunda & tertia assertione.

38 Ad fundamentum secundæ sententiæ, concedendum est antecedens, & neganda consequentia, quoad vtramque illius partem: & ad probationem contra primam negandum est antecedens, satis enim est formam, seu terminum *quo* communicari, licèt nec per generationem, imò nec per vllam actionem producatur. Vnde D. Thom. 1. p. q. 39. art. 5. & in 1. dist. 5. q. 3. art. 1. inquit, essentiam diuinam esse terminum formalem *quo* generationis filij, & nihilominùs non esse in illo genitam, nec per se, nec per accidens, quia eadem essentia est in genetante, & genito: & ita etiam in generatione hominis totus homo generatur, quamuis anima non generetur, sed per creationem producatur.

Nec refert quod ibidem additur, scilicet terminum *qui* debere esse genitum vt *quod*, ac proinde terminum *quo* generandum esse etiam vt *quo*. Nam etiamsi admittatur antecedens, neganda est consequentia, nam terminus *qui* per se producitur, quia per se habet esse vt *quod*, forma autem non producitur (vt sic dicamus) nisi per accidens, quatenus eius productio est necessaria ad hoc, vt communicetur suppositum: vnde si semel præsupponatur producta, vt in generatione hominis, vel sit incapax producibilitatis, non verò communicabilitatis, vt in essentia diuina, tunc potest esse terminus *quo* generationis, quamuis vel nullo modo, vel tunc non producatur.

39 Nec obstat, si obiicias, tùm formam vt communicatam, nihil esse aliud, quàm eandemmet vt vnitam, quandoquidem per vnionem communicatur: ergo iam vnio erit formalissimus generationis terminus: tùm etiam, quòd forma ipsa secundùm se est terminus formalis *quo* creationis, vt in anima nostra contingit, & ita nequibit esse terminus formalis *quo* generationis, aliàs actiones essentialiter diuersæ haberent idem specificatiuum formale.

Non itaque hæc obstant: non quidem primum, nam forma, vt communicata, dicit ipsam, vt id, quod per modum formæ communicatur, & vnionem, vt exercitium, medio quo communicatur: vnde ipsa est, quæ per modum formæ specificat, & terminat: vnio autem erit exercitium talis specificationis, & terminationis: & ita (vt per hoc maneat solutum id, quod in fine fundamenti huius sententiæ, ad probandam secundam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

secundam partem illius consequentiæ, quam negauimus, additur) si agens naturale posset producere formam, & non eam vnite subiecto, deesset ibi vera ratio generationis, non quidem ex defectu termini formalis *quo* in actu primo considerati, sed ex defectu exercitij eiusdem termini.

Nec etiam obstat secundum illud, quod de creatione animæ rationalis secundùm se sumptæ adducitur: nam adhuc gratis admisso, creationem esse actionem formaliter transeuntem, & animam esse terminem formalem *quo* illius, posset nihilominùs terminate per modum termini *quo* generationem, quoniam licèt semper sit eadem in esse rei, est tamen diuersa in esse termini: nam creationem terminat, vt est facta ex nihilo, generationem verò, quatenus, per se loquendo, est communicabilis materiæ, & tuti, media transmutatione eiusdem materiæ, ita vt communicabilitas, quæ est idem prorsus cum essentia animæ, sit ratio formalis specificatiua, communicatio autem sit exercitium talis communicabilitatis, vt dictum est. Nos autem in hac quæstione terminum formalem *quo*, in esse rei, id est constitutiuum termini totalis *quo*, præcipuè inuestigamus, & assignare intendimus.

40 Ex quibus patet solutio ad secundum eiusdem secundæ sententiæ fundamentum: generatio namque substantialis, quamuis sit idem cum vnitione, non tamen vtramque hanc denominationem à termino formali sumit, sed solùm priorem illam, nempè generationis: posteriorem verò, scilicet vnitionis, solum ab exteriorio sui termini formalis: multoties enim in eadem actione, vel productione diuersæ denominationes per ordinem ad diuersa desumptæ reperiuntur: vt, verbi gratia, in ipsa generatione est denominatio eductionis, quæ per ordinem duntaxat ad formam: & nominatio generationis, quæ etiam per ordinem ad totum compositum, tanquam ad terminum *quo* desumitur: similiter actus voluntatis diuinæ denominationem amoris, & denominationem productionis creaturarum sortitur: illam quidem per ordinem ad obiectum, tam formale, quàm materiale, hanc verò solùm per connotationem obiecti materialis, nempè creaturarum: quia hæc secunda denominatio non est imposita ad significandam habitudinem illius actus ad suum obiectum formale, & primarium, sed solùm illum quasi ordinem ad secundarium, & materiale: cuius rei plura alia exempla adduci possent. Ad hunc ergo sensum concessa maiori, neganda est minor, quia denominatio vnitionis ab vnione quidem, non tamen tanquam à specificatiuo formali, sed tanquam ab exteriorio modo dicto desumitur: & ita non tenet similitudo illa de calefactione & illuminatione in argumento adducta.

Ad confirmationem vt respondeamus, præmittendum est vnionem posse dupliciter accipi. vno modo in ratione exercitij formæ in esse rei considerata; alio modo in ratione exercitij eiusdem sumptæ in esse termini formalis. Quo supposito diximus, numquam variari vnionem in ratione exercitij formæ, quin proportionaliter modo ipsa forma varietur, vel scilicet in esse rei, vel in esse termini. Vndè in exemplo in confirmatione adducto, tam forma, quàm vnio specificè variantur, non quidem in esse rei, sed in esse termini: nam reproductionem terminat forma secundùm potentiam obedientialem ad reunionem cum materia, generationem verò secundùm suam connaturalem habitudinem ad communicandum se illi, & toti, media transmutatione eiusdem materiæ: ita vt forma ipsa, vt sic, vel sic communicabilis, seu vnibilis materiæ, sit ratio formalis terminatiua, & specificatiua: communicatio verò sic, vel sic tacta, sit exercitium formale illius.

QVÆSTIO IV.

Vtrùm Generatio substantialis subiectetur in materia prima, vt informata forma corporeitatis eidem coæua.

41 POstquam egimus de quidditate generationis substantialis, & de eius specificatiuo, seu causa formali extrinseca, restat vt de causa materiali eiusdem disseratur. Sed quia de tribus tantummodò soler communiter dubitari, an sint prædictæ generationis subiecta, scilicet de materia prima, vt informata forma corporeitatis eidem coæua, & de composito per generationem producto, ac tandem de materia prima nudè sumpta, absque omni forma, tam substantiali, quam accidentali, ideò maioris claritatis gratia in hac quæstione solùm agemus de primo, dicturi de aliis in sequentibus.

Quamuis autem posset in hac eadem quæstione hoc ipsum inquiri de quouis composito coalescente ex materia prima, & ex forma tribuente quemcumque alium gradum superiorem præter vltimum, nihilominus, quia idem prorsus quoad prædicta composita, & quoad compositum ex materia, & forma corporeitatis, aliter dicendum est, vt ex dicendis constabit, ideò vt breuitati, & claritati studeamus, quæstionem hanc de prædicto enmposito solùm excitamus.

§. I.

Proponitur prior opinio.

PAtrem affirmantem tuentur omnes hi, qui materiæ primæ formam corporeitatis eidem coæuam concedunt. Hi sunt Auicenbron, vt refert D. Thom. in præsenti lect. 9. Auicenna lib. 1. sufficientiæ cap. 1. Albertus 2. Met. tract. 2. Licon. 1. Physic. Nimphus 1. de Generat. comm. 28 Ocham quodlib. 2. quæst. 6. & 10 idémque etiam tenet Scotus in 4. dist. 11. q. 3. art. 2. respectu generationis viuentium. Probatur.

Primo: generatio substantialis essentialiter præsupponit materiam informatam forma corporeitatis: ergo petit subiectari in illa, vt informata prædicta forma, seu in composito ea vtrapue coalescente. Patet consequentia, quia ex pertinentibus ad essentiam compositi, id, quod præsupponitur ad genetationem, habet rationem subiecti respectu illius, & formæ per illam productæ, vt ex se satis constat: ergo si prædictum compositum supponitur necessariò ad generationem, signum est, illud esse generationis subiectum. Antecedens verò probatur: nam ad generationem necessariò desiderantur, vt generans & passum sint similia in ratione corporis, & ideò vnum corpus non potest agere nisi in aliud: ergo generatio essentialiter præsupponit formam corporeitatis, & esse corporeum ab illa procedens.

Confirmatur generatio solùm tendit ad dissimulandum passum cum generante in his, quæ ànteà dissimilia erant: ergo per illam nunquam introducetur forma tribuens esse corporeum: ergo talis forma præsupponetur, atque adeò erit simul cum materia subiectum generationis, per quam introducitur forma particularis. Vtraque consequentia patet ex dictis: antecedens verò ex illo axiomate communiter à Philosophis receptо, scilicet, simile non agere in simile.

42. Secundò: illud, in quod resoluitur corruptio tanquam in subiectum, seu quod manet transacta corruptio


image
not
available

quantumuis sint incompletæ: nam effectus formales prouenientes à formis realiter diuersis non possunt non realiter distingui.

Deinde: nam vel quælibet ex his formis iocompleris affert suum esse existentiæ par tale, vel non, sed vnicum, & indiuisibile. Primum dici nequit, quia vt 1. Physic. disp. 3 à num. 52. vsque ad 55. latè ostendimus, implicat dari in eodem composito multiplicem existentiam substantialem, etiam incompletam, & consequenter quòd vna habeat se per modum determinabilis respectu alterius. Si autem secundum dicatur, apertè sequitur, non esse ibidem nisi vnicam, & simplicissimam formam: nam sicut existentia est vltima actualitas in ratione terminandi, & actuandi, ita forma est vltima actualitas essentialis in ordine essentiæ: ergo sicut vnica, & simplicissima existentia, est satis ad hoc, vt omnes gradus superiores, & inferiores existant per illam, ita vnica, & simplicissima forma sufficiet ad essentialiter constituendos prædictos gradus.

Tandem: quia forma corporeitatis, vel nullum compositum constituit, vel illud debet esse completum: ergo vel non erit forma substantialis, vel erit completa intra lineam formæ, & consequenter, ex illa, & alia forma non poterit vnum per se resultare. Vtraque consequentia est satis aperta: antecedens verò patet, quia non potest constituere aliud compositum prætet corpus, quod sicuti est directè ponibile in prædicamento substantiæ, ita dicit compositum substantiale completum.

Confirmatur: forma corporeitatis non potest in ipsa constituere solùm secundam substantiam, sed etiam primam directè ponibilem in prædicamento: ergo nequit esse forma incompleta intra lineam formæ. Consequentia ex se constat. Antecedens verò etiam liquet: nam cum prædicta forma sit singularis, & à parte rei inuenta, non potest solùm constituere secundam substantiam, quæ est aliquid vniuersale præscindens à singulatitate: ergo debet etiam constituere primam directè ponibilem in prædicamento. Patet consequentia, quia solæ secundæ, & primæ substantiæ directè ad illud pertinent: ergo si prædicta forma constituit aliquid vltra secundam substantiam per se ad illud pertinens, constituet vtique primam.

46 Secundò probatur ratione eiusdem S. Doctoris locis relatis: generatio simpliciter, seu substantialis, per se tendit ad dandum actiuè modo suprà explicato esse simpliciter & sine addito; sed non potest tribuere prædictum esse, si in materia præsupponatur forma substantialis corporeitatis: ergo generatio illa ab intrinseco petit non esse ibidem talem formam, & consequenter etiam ab intrinseco habebit non posse in illa subiectari. Vtraque consequentia est manifesta: maior verò declaratur, & suadetur ex discrimine, quod versatur inter formam substantialem, & accidentalem vt 1. Physic. disp. 4. num. 65. tetigimus: nam cùm materia recipit formam substantialem, dicitur de ea saltim, vt est in suo toto, quòd simpliciter, & sine addito habet esse, cùm verò in toto, & simul cum illo recipit formas accidentales, non dicitur de illa, etiam in toto, quòd habeat simpliciter, & sine addito esse, sed solùm quod habet esse tale, nempe album, vel nigrum, quod est habere esse secundùm, quid secundarium, & cum addito, sicut etiam cùm primo aduenit forma substantialis, dicitur totum fieri simpliciter, quia habet esse simpliciter, & sine addito; cùm verò aduenit forma accidentalis, non dicitur fieri sine addito. sed fieri album, vel nigrum: vnde cum generatio substantialis det actiuè illud esse, quod forma substantialis dat formaliter, fit inde, vt sicut hæc formaliter dat esse simpliciter, ita prædicta generatio actiuè commuoicet idem esse.

Minor verò probatur: nam cùm forma illa corporeitatis sit forma substantialis, tribuet materiæ modo dicto esse simpliciter primam, ac proinde esse simpliciter, & sine addito, & ita non poterit generatio communicare illud per introductionem subsequentis formæ: si namque iam simpliciter, & sine addito est, non tribuetur illi, quòd simpliciter sit, sed ad summum, quòd habeat esse cum addito, scilicet esse tale, vel tale, quod est esse secundùm quid.

47 Nec obstat si cum aduersariis dicas esse æquiuocationem in illo complexo, scilicet *esse simpliciter*: nam quamuis omnes formæ substantiales tribuant esse simpliciter, prout esse simpliciter distinguitur contra esse accidentale, & secundùm quid, quia omnes communicant aliquod esse substantiale, non tamen tribuunt esse simpliciter prout distinguitur ab esse substantiali, & viali, ac defectuoso ad constituendum simpliciter compositum substantiale, ita vt ei nihil desit ad hoc vt absolutè, & simpliciter possit existere: quare licèt forma corporeitatis det esse simpliciter in priori sensu non tamen in posteriori, & ideò per subsequentem formam substantialem potest prædictum esse, quod absolutè, & omnibus modis est esse simpliciter, communicati.

Non itaque hoc obstat, quoniam hæc solutio duo involuit apertè falsa, inter se tamen connexa: primum est, formam ignis, verbi gratia, non posse se ipsa tribuere, nisi speciem atomam ignis, ac proinde non posse à parte rei communicare gradum corporis: secundùm verò formam corporeitatis è contrà non posse se ipsa tribuere, nisi corporis gradum. Vtrumque autem, & primò primum esse omnino falsum indeliquet, nam hoc ipso quòd forma ignis vniatur materiæ primæ, constituit realiter, & se ipsa compositum substantiale, & materiale, quia compositum ex materia, & forma substantiali, & materiali, non potest non esse substantiale, & materiale: ergo tale compositum eo ipso, & absque alio, essentialiter includet esse corpus. Patet consequentia, quoniam idem prorsus est aliquod compositum habere esse substantiale, & materiale, ac esse corpus, & ideò per hoc præcisè distinguitur à substantiis totalibus, & spiritualibus: substantia autem totalis quæ non est spiritualis, debet esse corporea.

48 Secundum autem etiam esse falsum apertè constat: nam cum forma illa corporeitatis, vt à parte rei inuenitur, se ipsa sit realiter entitas quædam singularis, & individua, vt ex se patet, debet se ipsa essentialiter distingui ab omnibus aliis formis, cum quibus in essentia non conuenit, ita vt sit incapax, vt aliqua alia differentia ad eius intrinsecum conceptum pertinens illi superaddatur: ergo eo ipso erit constituta in specie atoma, ac proinde non solùm tribuet gradum geoericum, sed etiam specificum, & atomum. Hæc vltima consequentia patet ex priori: prior verò ex antecedente: nam entitas, cui non potest accrescere vltetior differentia, & specificatio essentialis, non potest non esse constituta in vltima, & atoma specificatione, cùm illa sit vltima & atoma specificatio, postquam nequit sequi alia specificatio simpliciter ac omnino essentialis.

Antecedens autem probatur: tum, quia quidquid realiter aduenit entitati actuali, & singulari, nequit pertinere ad eius intrinsecum conceptum, siquidem specificatio essentialis necessariò præcedit individuationem; tum etiam, quia si quæ specificatio essentialis posset formæ corporeitatis iam individuæ accrescere, esset vtique ea, quæ ei proueniret ab vltetiori, & atoma forma, verbi gratia, ignis, vt ex se patet; hoc

autem

autem est euidenter falsum, siquidem formæ ignis accidentaliter aduenit forma corporeitatis, & tota illius essentia actualis salua consistit, etiamsi prædicta forma auferatur, vel etiamsi loco illius alia subrogetur.

49 Confirmatur ratione desumpta ex D. Thom. in præsenti lect. citata: nam formæ substantiales differunt secundùm perfectius, & imperfectius intra idem genus: ergo omnem gradum superiorem, quem tribuit imperfectior, poterit tribuere perfectior in eadem materia receptibilis, & insuper aliquid aliud excellentius, & nobilius, & consequenter iam eademmet forma tribuens gradum inferiorem, seu atomum, tribuet superiorem, & è conuerso. Antecedens patet: nam cùm essentiæ sint sicut numeri, in quibus vnus excedit alium in perfectione essentiali, sit inde, vt formæ tribuentes diuersam essentiam intra idem genus contentam, debeant se in perfectione essentiali excedere, & consequenter differentes secundùm perfectius, & imperfectius.

Consequentia verò probatur: tùm, quia in essentialiter subordinatis, qualiter gradus superiores, & inferiores, subordinari debent, quidquid tribuit id, quod magis est, potest tribuere id, quod est minus, seu rationem minùs perfectam vnà cum perfectiori: & ideò calor tribuens esse calidum vt octo, potest simul communicare calidum vt quinque, non quidem eum præcisione, & reduplicatione vt quinque, sed vt contentum in octo: tùm etiam, quia ob hanc rationem albedo communicans esse album, non indiget alia forma accidentali realiter distincta, & imperfectiori ad hoc, vt tribuat esse superius, nimirum esse colotatum, vt omnes Philosophi admittunt: & similiter forma, seu actus per se subsistens, & totalis, qualis est Angelus, per eandem indiuisibilem formam, per quam habet esse intellectiuum, verbi gratia, vt quinque, habet rationem superiorem, per quam conuenit in ratione substantiæ spiritualis cum Angelo minus perfecto, alioquin secundùm sua essentialia esset compositus à parte rei, & consequenter secundùm illa non esset forma simplex, & indiuisibilis, cuius oppositum omnes Metaphysici & Theologi docent: ac denique materia prima cœlestis persuammet indiuisibilem entitatem, per quam distinguitur à sublunari, conuenit cum illa in ratione superioris puræ potentiæ.

§. III.

Solutio argumentorum prima sententiæ.

50 AD primum ergo pro prima sententia negandum est antecedens, & ad probationem concesso antecedenti, neganda est consequentia, si intelligatur de forma, corporeitatis distincta ab illa forma, quæ antea tribuebat esse substantiale, & atomum, quod corruptum est: secùs verò si intelligatur de forma corporeitatis, quæ sit realiter idem cum prædicta forma: nam licet ad hoc, vt ignis agat in aërem ad introducendam in eius materia formam igois, requiratur, quòd vtrumque habeat esse corporeum, non tamen quòd aër, V. G. habeat prædictom esse per formam distinctam à forma aëris, vt talis est.

Ad confirmationem transeat antecedens, intellectum de similitudine per se primò intenta à causa particulari, secùs verò de similitudine secundariò intenta: nam licet ignis per se primò solùm intendat producere alium ignem, modò tamen suprà insinuato; nihilominùs, quia nequit communicare hoc prædicatum, nisi simul communicet omnes gradus superiores, quippè prouenientes ab eadem forma, & ab intrinseco postulantes, vt multiplicentur iuxta multiplicationem formæ particularis, quæ introducitur, ideo secundariò assimilat sibi de nouo passum in prædictis prædicatis. Cui solutioni nullatenus obstat assoma illud pro antecedentis probatione adductum, nempè simile non agere in simile: nam ignis, V. G. non agit in lignum formaliter, vt simile sibi in ratione corporis, sed vt dissimile sibi in ratione talis corporis quia tamen nequit talem formam corporis à materia ligni expellere, nisi simul expellat gradum communem corporis, vtpotè identificatum cum illa, propter rationes dictas, ideo vtramque simul, nempe rationem corporis & talia corporis expellere, similémque rationem corporis identificatam cum alia dissimili ratione talis corporis, per generationem de nouo introducere debet.

51 Ad secundum concedenda est maior, & neganda minor: ad probationem enunciata maiori, itetùm negatur minor, quia ad veritatem illius propositionis, satis est Corpus illud Christi Domini fuisse idem triplici identitate, nimirùm materiæ primæ, subsistentiæ, & existentiæ diuinæ: nam eum ad multiplicationem, & diuersitatem nominis substantiui, tequiritur multiplicatio, & diuersitas tam illius, quod de formali, quàm quod de materiali importat, sit inde, vt identitas suppositi, maximè cum identitatu eiusdem materiæ, vt in lib. Summul. cap. de appel. teg. 4 diximus & existentiæ diuinæ sufficiat ad hoc, vt de illo corpore absolutè, & simpliciter enuncietur esse idem numero, quod natum est ex Virgine. Ita D. Thom. 3. part. quæst. 50. art. 5. vbi sic ait: *Simpliciter idem est quod absolute, sicut simpliciter dicitur, quod nullo addito dicitur, vt Philosophus dicit: & hoc modo Corpus Christi mortuum, & non vivum simpliciter fuit idem numero: dicitur enim aliquid esse idem numero simpliciter, quia est supposito idem: Corpus autem Christi vivum, & mortuum fuit supposito idem, quia non habuit aliam hypostasim vivum, & mortuum præter hypostasim Verbi Dei.* Videatur idem S. Doct. loco citato, & Caietanus ibidem.

Ad vltimum negandum est antecedens: ad primam probationem, ex Diu Thom. desumptam, dicimus solùm velle, quòd quæuis forma primò priotitate virtuali tribuat esse corporeum, quàm esse atomum, & quòd destructa qualibet forma, semper subsequens tribuat prædictum esse quòd sufficit ad hoc, vt nunquam denudetur à forma, vt tribuente tale esse, situt materia prima dicitur nunquam denudari ab existentia, licet habeat illam per diuersas formas, quia licet destructa vna forma, amittat esse existentiæ, quòd ab illa habebat, adquirit tamen aliud in eodem instanti per se subsequentem formam.

Ad secundam probationem, dicendum est; formam tribuentem esse generieum corporis, & esse ignem distingui inter se virtualiter, quamuis sint idem realiter. Vndè esse corpus, & esse ignem virtualiter etiam distinguentur, & ita non mirum, quòd licet in igne esse corpus, & esse ignem sint identicè idem, nihilominùs corpus, vt corpus, non sit formalissimè loquendo ignis.

52 Ad confirmationem respondetur negando antecedens, & ad primam probationem, quòd ea negatione plurium vel infinitorum prædictorum essentialium, benè intulit Philosophos, negationem plurium, vel infinitarum formarum, quandoquidem quæuis forma debet ad minus tribuere vnicum essentiale prædicatum, & ita si prædicata hæc non sunt infinita, neque etiam formæ infinitæ erunt: cæterùm è conuerso ex multiplicatione prædicatorum essentialium nequit multitudo formarum colligi: nam

eadem forma potest iuxta varias conuenientias, ac differentias, quas habet cum aliis formis, tribuere plura prædicata quidditatiua.

Ad secundam probationem: Aristotelem posse exponi de diffinitione, quæ datur modo physico, & per partes physicas, qualis esset hæc: homo est compositum ex anima rationali, & corpore. Adde, aliud esse partibus diffinitionis correspondere partes rei, vtcunque, aliud verò partes rei, rerpla distinctas: Arist. autem solum voluit correspondere partes rei, siue re, vt in diffinitione physica iam dicta, siue sola ratione distinctas, vt in diffinitione Metaphysica contingit.

Ad tertiam probationem respondetur, solum colligi multiplicationem formarum ex proprietatibus adæquatis ipsius, non verò inadæquatis: quia sicut ab vna forma possunt sumi plura prædicata quidditatiua & inadæquata, ita ab eadem poterunt plures proprietates inadæquatæ fluere.

QVÆSTIO V.

Vtrùm Generatio substantialis subiectetur in composito denuò genito, an verò in materia prima denudata ab omni forma substantiali.

53 NOmine materiæ ab omni forma substantiali denudatæ non intelligimus materiam, quæ in aliquo instanti reali vt absque prædicta forma, cùm hoc iuxta dicta 1. Phys. disp. 3. a num. 70. vsque ad 76. apertam implicet contradictionem, sed prout in aliquo priori naturæ præsupponitur ad illam, & compositum: an nimirùm in illo priori antequam intelligatur recipere formam, sit subiectum generationis: & consequenter generatio ipsi soli & immediatè, nuo verò toti composito denuò genito inhæreat seu quasi inhæreat; an verò subiectum illius sit totum ipsum compositum, quod tunc generatur, ita vt sicut alia accidentia in eo, non vero in materia prima immediatè recipiuntur, sic generatio non in hac, sed in illo immediatè subiectur: non loquimur autem de generatione prout actio est: nam secundùm istam rationem satis constat ex dictis q. 2. quod sit subiectum illius; sed solum de eadem, prout resultantia quædam naturalis, aut instantanea quædam mutatio est.

§. I.

Refertur prior dicendi modus.

PRima ergo sententia asserit, generationem substantialem subiectari immediate in toto cum posito denuò genito. Ita Bañez 1 de Generat. c. 4. q. 11. Probatur primò: ibi est generatio tanquam in subiecto, cui suam intrinsecam denominationem tribuit; sed generatio non tribuit hanc materiæ, sed composito: ergo in hoc, non verò in illa subiectabitur. Maior ex se videtur patere, imo etiam minus: nam compositum denominatur intrinsecè genitum, non verò materia prima, quæ est ingenerabilis, & incorruptibilis: at esse intrinsecè genitum est propria, & intrinseca denominatio generationis: ergo generatio non materiæ, sed toti suam intrinsecè tribuit denominationem.

Confirmatur: indè colligimus albedinem esse in corpore tanquam in subiecto inhæsionis, quia albedo communicat ipsi suam intrinsecam denominationem, scilicet esse album: ergo cùm generatio communicet suam intrinsecam denominationem composito denuò genito, vt ostensum est, sit inde, vt hoc sit immediatum, & proprium subiectum illius.

54 Secundò: Generatio substantiæ est intrinsecè, & essentialiter accidens, quamuis extrinsecè denominetur substantialis, ex eo quòd attingat substantiam; ergo subiectabitur in toto composito, non verò in sola materia prima. Consequentia patet, quia proprium subiectum accidentium est compositum substantiale, non verò materia prima, vt in sequentibus quæstionibus latè ostendimus. Antecedens verò probatur, tum quia potentia generatiua substantiæ in creaturis est intrinsecè, & essentialiter accidens, vt 2. Phys. disp. 10. fusè diximus: ergo actus ei directè correspondens, scilicet generatio, debet etiam esse accidens. Patet consequentia, nam vt docet S. Thom. 3. part. qua. 77. artic. 1. actus directè correspondens alicui potentiæ, & potentia ipsa debent esse in eadem quasi genere vel accidentis, vel substantiæ: vnde quia potentia generatiua, & spiratiua in Deo sunt substantiæ, ideo ibidem generatio, & spiratio habent rationem substantiæ, econtrà verò, quia omnes potentiæ operatiuæ Angelicæ sunt accidentia, ideo actus eis correspondentes non substantiæ, sed accidentis rationem sortiuntur. Tum etiam quia generatio est mutatio, seu motus quidam; motus autem ob suam imperfectionem non pertinet ad prædicamentum substantiæ, aut ad aliud prædicamentum, sed ad post prædicamenta, vt ex his, quæ in Logicæ post-prædicamentis ex Arist. diximus, constat.

Confirmatur: materia prima quippè potentia substantialis, prius respicit formam substantialem, quàm accidentalem: ergo prius recipit illam, quàm istam, ac proinde quam generationem, (vt diximus) est accidens.

Hæc vltima consequentia patet ex priori, prior verò ex antecedenti: nam cùm eo fine respiciat vtramque formam, vt eam in se recipiat, sit inde, vt eam primò recipiat, quam primò respicit, & consequenter si forma substantialis per se primò respicitur, non poterit non per se primò recipi. Antecedens autem probatur: tum quia quæuis potentia primò respicit actum proprij generis, cum quo habet maiorem commensurationem, quàm actum alieni, & extranei generis; at forma substantialis est actus proprij generis substantiæ habens summam commensurationem cum materia prima idem genus; secùs verò forma accidentalis: ergo, &c. Tum etiam, quia materia prima specificatur à forma substantiali; quæuis autem res prius respicit suum specificatiuum, à quo habet suum esse essentiæ, quàm quodlibet aliud.

55 Tertiò: nùm repugnat aliquid esse terminum alicuius actionis, & simul subiectum illius: ergo nec repugnabit compositum denuò genitum esse terminum generationis, & simul subiectum illius: ergo de facto id habebit. Hæc vltima consequentia patet: nam si semel non repugnat ex hoc capite, non est cur ei denegetur, cùm habeat omnes alias conditiones ad id requisitas, scilicet esse substantiale completum per se subsistens, & existens. Prima verò consequentia ex paritate rationis videtur perspicua. Antecedens autem probatur: tùm quia ad rationem subiecti solùm desideratur prioritas in genere causæ materialis, sicut ad rationem termini tantum exigitur posterioritas in genere causæ efficientis respectu suæ productionis; nihil autem obstat, quo minus aliquid sit prius in genere causæ materialis, & posterius in genere causæ efficientis respectu eiusdem, quandoquidem hæc prioritas, & posterioritas non est in eodem, sed in diuersis genere causæ. Tùm etiam, nam corpus Christi Domini in sacta Eucharistia est terminus conuersionis substantialis panis in ipsum; & tamen conuersio seu transubstantiatio illa

non

non subiectarũ in pane, quippè qui desit, sed in corpore Christi; Dommi ergo non repugnat aliquid esse termineũ alicuius productioois, & simul subiectũ illius.

Qn atiò: materia prima nullum habet esse existentiæ, & subsistentiæ, vt ex his, quæ 1. Physic. disput. 3. diximus, satis constat; sed solum coëxistit, &, vt sic loquamur, consubsistit ad existentiam, & subsistentiam compositi: ergò ipsa sola nequit in se recipere, & sustentare genetatioocm. Patet consequentia, quia quod in se oon potest existere, & subsistere, quomodo poterit alia sustinere.

Confirmatur: nam eo ipso quòd materia prima non habeat esse, vt *quod*, sed solùm vt *quo*, tanquam pars materialis totius habentis esse vt *quod*, nequit etiam esse subiectum *quod*, sed solum *quo*, ergo non poterit recipere vt *quod* geoetationem atque adeò totum ipsum compositum erit subiectum *quod* immediatum receptiuum illius.

§. II.

Aperitur mens Arist. & D. Thomæ.

56 Dicendum tamen est: licet probabile sit, generationem substantialem subiectari in toto composito denuò genito, nihilominùs probabilius esse, eam in sola materia prima subiectari. Prima huius assertionis pars patet ex his, quæ 2. Phys. disp. 10. n. 67. tetigimus, secundam verò tuentur grauiores Thomistæ, Albertus Magous 1. lib. de Generat. tract. 2 Capreolus in 2. dist. q. 1. art. 1. coocluſ. 2 Flandria Thomistarum in Philosophicis Princeps (sicut Capreolus in Theologicis) 7. Meraph. q. 1. art. 4. Cateranus 3 part. qu. 35. art. 5 Soncinas 7. Metaph. qo. 16. Zanard. 5. Physic. lect. 1. notabili quinto, & lib. 2. de Anima, quæst. 3. §. *quad quartum igitur principale*. Eandem satis innuit Ferrara 4. contra Gentes cap. 43. prope finem, & tandem illam tectantur plures alij ex recentioribus Thomistis. Ex aliis verò Venerus 1. de Genetatione text. 24. Tuletus quæst. 5. huius lib. Suarez disp 34. suæ Metaph. sect. 7. n. 19. Conimbricenses in præsenti. Hurtado disp. 1. de Generat. sect 6. Rubio tract. 1. q. 4. asserens hanc esse communem sententiam. Probatur.

Primò duplici testimonio Arist à D. Thom. elucidato: primum desumitur ex hoc lib cap. 4. text. 24. vbi sic inquit: *Verò subiectum ortus & interitus susceptiuum, maximè quidem ac propriè materies est*, quem locum sic explicat D. Th. ibidem lect 10. *Dicit quod, chyle, id est prima materia, est maximè proprium subiectum susceptibile generationis, & corruptionis.*

Secundòm verò ex 8. Metaph. text. 5 his verbis. *Similiter & in substantia id, quod nunc generationi, nunc corruptioni subiicitur, & nunc quidem subiectum est, vt hoc aliquid, rursus autem subiectum, vt sub priuatione*: quæ verba sic explicat D. Thom. ibidem lect. 1. *Dicit quòd necesse est in substantiis sensibilibus ponere materiam, quæ sit substantiam, & subiectum: nam cum sit quædam mutatio secundum substantiam, scilicet generatio, & corruptio, oportet esse aliquod commune subiectum quod subiiciatur contrarijs mutationibus, secundũ generationem, & corruptionem, & hoc positis terminis, qui sunt forma, & priuatio, ita scilicet, vt quandoque sit actus per formam, & quandoque sit subiectum priuationis illius formæ.* Quæ omnia confirmari possont ex his, quæ docet idem Philosophus 1. Phys. c 7. text. 67. & D. Th. ibidem.

Deinde probatur duplici testimonio Angelici Doct. quorum primum habetur 1. p q. 45. art. 2 ad secundum his verbis: *De ratione mutationis est, quod aliquid idem se habet aliter, nunc, & prius: nam quandoque est idem ens actualiter se habens, nunc & prius, sicut in motibus secundum quantitatem, & qualitatem, quandoqua verò est idem ane in potentia tantum, sicut in mutatione secundum substantiam, cuius subiectum est materia.*

Secuodum verò desumitur ex q. 3. de Potent a art. 3 ad quartum, vbi sic asserit. *Dicendum, quod in generatione est & mutatio, & relatio, qua referuntur genitum ad generantem: ratione ergo mutationis non habet pro subiecto ipsum generatum, sed eius materiam: sed ratione relationis habet subiectum ipsum generatum.* Quæ omnia coofirmari possunt ex eodem S Doctan 2 dist 12 q. 1 art ad secundum, vbi ioquit quod sicut 10 1. de Generat. dicitut, maretia est immediatè subiectum generationis, & corruptionis.

57 Nec satisfacere videtur id, quod innuit Magister Bannex, scilicet prædicta testimonia intelligenda esse de subiecto, circa quod exercetur generatio substantialis, non verò de subiecto inhæsioois, seu informationis illius, nam sicut mobile (inquit ipse) est subiectum, circa quod exercetur motus, ita materia est subiectum, circa quod exercetur generatio, non verò io qua recipitur, seu inhæret.

Nam contra hoc est, quòd in primis ex exemplo in hac solutione adducto potiùs colligitur oppositum, quandoquidem mobile non solum est subiectum, circa quod exercetur motus, sed proprium subiectum inhæsionis illius, vt 3. Phys. disp. 16. n. 36. vidimus.

Deinde, quia vterque in primo illo testimonio ex hoc libro desumpto, non vtcumque: inquit, materiam primam esse subiectum generationis & corruptionis, sed maximè subiectum, & insuper esse susceptiuum illius: aut huiusmodi subiectum noo potest non esse subiectum informationis, siquidem illud informatur per genetationem, quod est maxioiè subiectum, susceptiuum illius: ergo, &c.

Præterea in secundo testimonio ex 8 Metaph non vtcunque afferunt materiam subiici generationi, sed etiam vtrique termino illius, scilicet formæ, & priuationi; at hoc verificari nequit, nisi materia sit subiectum inhæsionis, seu informationis respectu generatioois, vt iustè num. 59. expendemus: ergo, & cæters.

Accedit, quòd in testimonio illo ex prima parte adducto apertè S. Doct. docet esse de ratione mutatioois, quòd per eam subiectum, in quo ipsa intrinsecè est, aliter se habeat nunc, quàm priùs: quod confirmat exemplo aliorum motuum, in quibus solum subiectum intrinsecum, oempè inhæsioois, se habet aliter modò, quam antea per illos: ac taodem concludit materiam primam habere se aliter nunc quàm priùs per generationem, & ita esse subiectum illius: ergo plainè videtur sentire eam esse subiectum inhæsionis, seu (quod idam est quoad præsens) subiectum informationis. Quod confirmatur etiam ex Philosopho 5 Phys. text. 12. vbi inquit: *Quoniam cui ens est aliud mutatur.* Cùm ergo certum sit solam materiam per genetationem mutari, sola ipsa erit subiectum, cui inest generatio.

Tandem: nam in loco illo ex qu. 3. de Potentia comparat inter se subiectum genetatioois ratione relationis, & ratione mutationis, dicens, subiectum prædictæ relationis esse tem genitam, murationis verò, materiam: & cooscquenter, vt comparatio sit legitima, sumit subiectum vtriuique in eodem seosu: quare cùm certum sit, relationem illam generati ad genetans esse in genetato, vt in subiecto inhæsionis, ita etiam videtur esse iuxta mentem S. Doct certum, generationem ratione mutationis esse in materia, vt in subiecto inhæsionis, seu informationis.

§. III.

Sententia Ariſt. & D.Thom. rationibus fulcitur.

58. RAtione fundamentales pro noſtra aſſertione non aliunde, quàm ex citatis Ariſtot. & D. Thom. teſtimoniis haut endæ ſunt, & ideo eas, quæ in illis tanguntur, ad formam reducere, & aliquantulum illuſtrare ſupereſt. Prima ergo ratio, quam S. Doct. in hoc lib. c.4. poſt verba ſupra relata tradidit, poteſt ad hanc formam reduci. Forma ſubſtantialis recipitur in ſola materia prima tanquam in ſubiecto informationis: ergo eius generatio, provt eſt inſtantanea acquiſitio eiuſdem in ſola materia prima vt in ſubiecto recipietur. Antecedens ex ſe patet: conſequentia verò probatur: quia loquendo de viis, ſeu acquiſitionibus tranſeuntibus, ibi debet eſſe intrinſecè via, & acquiſitio formæ, vbi eſt ipſa forma; aliàquin quomodo ſine via, & acquiſitione in ipſa exiſtente, poterit illam acquirere?

Confirmatur primò: forma ſubſtantialis ſi ſemel de potentia alicuius educenda eſt, non poteſt educi de potentia compoſiti, ſed de potentia materiæ: ergo eo ipſo eductio, ſeu generatio, non in illo ſed in ista tanquam in ſubiecto intrinſecè recipietur. Antecedens non indiget probatione: conſequentia verò etiam conſtat: quia repugnat eductionem eſſe intrinſecè in ſubiecto, ex quo forma non educitur; vel non eſſe in illo, ex quo educenda eſt: vt ex ipſis terminis ſatis conſtare videtur.

Confirmatur tandem ratione, quam innuit Ariſtot. loco citato ex Metaphyſ. vbi etiam S. Doctor, & 1. part. loco iam dicto: nam ex eo, quod quantitas, qualitas, & vbi educantur immediate ex potentia entis in actu ſcilicet ex alterabili, augmentabili, & localitet mobili: ideo prædicta mobilia ſunt ſubiectum inhæſionis horum motuum, vt ex ſe conſtat: ergo cùm forma ſubſtantialis non educatur de potentia totius compoſiti, ſed ſolius materiæ, vel quoad entitatem, vt in formis ma etialibus, vel quoad vnionem; vt in anima noſtra contingit: fiet inde, vt eductio, ſeu generatio illa, quatenus mutatio eſt, ſolùm in materia, tanquam in ſubiecto informationis ſit.

59. Secunda ratio principalis deſumitur tam ex Philoſopho, quàm ex S. Doctore loco citato ex 8. Metaphyſic. poteſtque ſub hac forma proponi. Generatio, vt mutatio, in eo eſt tanquam in ſubiecto informationis, quod eſt ſubiectum commune vtrique termino mutationis, ſ.d materia prima eſt ſubiectum informationis vtriuſque termini, ſcilicet formæ ſubſtantialis, & priuationis illius, non verò totum compoſitum: ergo illa, non verò iſtud, erit proprium ſubiectum receptiuum illius. Maior patet inductiuè in omnibus aliis motibus: nam in motu locali illud eſt ſubiectum inhæſionis illius, quod nunc eſt hìc, & iterum alibi: & in argumento, quod nunc habet tantam quantitatem, & poſtea maiorem, ac tandem in alteratione, quod nunc eſt ſanum, v.g. & nunc infirmum. Minor verò non indiget probatione, nam certum eſt, ſolam materiam primam eſſe commune ſubiectum ram priuationis, quàm formæ, non verò compoſitum, quia hoc euaneſcente forma ſtatim deſinit eſſe.

§. IV.

Solutiones argumentorum primæ ſententiæ.

60. AD primum primæ ſententiæ concedenda eſt maior, ſi intelligatur de denominatione intrinſeca, quam tribuit generatio in genere cauſæ formalis, & neganda minor: ad probationem dicendum eſt, compoſitum non denominari genitum per intrinſecam denominationem à generatione tanquam à cauſa formali, ſed à propria entitate intrinſeca, ita vt terminus formalis, vt *quo* generationis, ſit etiam forma, à qua habet intrinſecè eſſe genitum, connotando tamen generationem, generatio verò ipſa in genere cauſæ efficientis tribuat illi denominationem geniti. Nam vt 1. Phyſic. diſput. 1. num. 85. diximus, generatio eſt vnus ex actibus, qui multiplicem tribuunt denominationem: aham quidem in genere cauſæ formalis intrinſecæ, reſpectu ſubiecti, ratione cuius dicitur mutari, vel acquirere formam: ham verò in genere cauſæ efficientis, reſpectu termini, ratione cuius dicitur generari.

Ad confirmationem conceditur antecedens, & negatur conſequentia: & ratio diſparitatis patet ex modo dicto: nam ens album eſt denominatio intrinſeca prouenies ab albedine, in genere cauſæ formalis, & intrinſecæ, ſecus verò eſſe genitum reſpectu generationis, vt explicatum eſt.

Ad ſecundum, Rubio in præſenti concedit antecedens, negat verò conſequentiam: quia cenſet, nullum eſſe inconueniens, quòd accidens incompletum, & viale, in ordine ad formam ſubſtantialem, cuiuſmodi ais eſſe generationem, non in toto compoſito, ſed in materia tendente ad prædictam formam ſubiective. Sed hæc ſolutio contra Philoſophum, & D. Th. & contra rationem eſt, vt videbimus duabus ſequentibus quæſtionibus, in quibus oſtendemus nullum accidens in materia prima poſſe immediatè ſubiectari.

61 Vnde hac omiſſa ſolutione, negandum eſt antecedens, & ad primam probationem conceſſo antecedenti, neganda eſt conſequentia, ſi intelligatur de generatione, provt eſt inſtantanea mutatio ad formam ſubſtantialem, de qua loquimur: nam licet generatio compoſiti ſubſtantialis, provt eſt actio, ſeu alteratio ſubordinata ſubſtantiæ generanti, vt principio radicali, ſit eſſentialiter accidens, quia eſt actus primarius diteè, & proximè correſpondens potentiæ generatiuæ, quæ eſt accidens; attamen generatio, provt eſt mutatio quædam inſtantanea ad prædictam formam, vel acquiſitio illius, non correſpondet tali potentiæ per ſe primò, ſed ſecundariò, & per modum naturalis ſequelæ, vt 1 Phyſ. diſp. 10. à n. 68. vſque ad 82. expliquimus: & ideò non eſt neceſſe, vt ſit accidens, ſed poteſt eſſe modus quidam ſubſtantialis.

Et ratio eſt: nam vt ex D. Thoma quæſt. vnica de Anima, artic. 12. diſput. 10. iam citata, vidimus, ſolùm inter potentiam generatiuam, & terminum primarium, ac immediatum illius, debet neceſſariò eſſe conuenientia, & ſimilitudo in ratione ſubſtantiæ, vel accidentis, non verò in terminis ſecundariis, & ex primariò reſultantibus, aut in naturalibus ſequelis eorundem: qualis eſt generatio. Quare ſicut proxima, & immediata productio, aut eductio accidentis, eſt accidens, ita generatio, vt mutatio immediatè terminata ad ſubſtantiam, erit aliquid ſubſtantiale, maximè, quia ſicut præſupponitur ad totum, quod antecedit omnia accidentia, ita non debet rationem accidentis, ſed modi ſaltim ſubſtantialis habere.

Ex quo ad ſecundam probationem ſatis conſtat: nam licet motus, aut mutatio nequeat directè pertinere ad aliquod prædicamentum, ſecùs tamen reductiuè, vt in præſenti contingit. Sed circa hæc videantur ea, quæ diſput. 10. iam citata quæſt. 6. §. vltimo diximus, vbi aliquibus difficultatibus huc pertinentibus ſatisfecimus.

62 Ad confirmationem conceditur antecedens, & prima conſequentia, ſed neganda ſecunda: rùm, quia

quia vt modo dicebamus, generatio substantialis non est accidens: tùm etiam, quia materia prima per se primò respicit suam substantialem, tanquam actum receptibilem vt *quod*, & ideo non inconuenit, vt priùs recipiat intra eundem ordinem substantialem generationem, vt est mutatio, tanquam id *quo* transit ad formam, sicut ad rem receptam vt *quod*, non secùs proportione tamen seruata ac licèt per prius respiciat eandem formam, quam vnionem, nihilominùs, quia vnio est id, *quo* in facto esse recipit eandem formam, ideo priùs affecitur vnione, quàm prædicta forma. vnde semper saluatur materiam illum actum primò recipere, vt *quod* quem per se primò respicit vt *quod*.

Adde, quòd cùm ea, quæ sunt priora ordine intentionis, siue posteriora ordine executionis, & rursus posteriora in intentione soleant esse priora in executione, sis inde, vt licet inter actus receptibiles in materia, sit prior ordine intentionis forma substantialis, vt vnita materiæ, quàm generatio, quâ acquiritur, nihilominùs ordine executionis è contra tes se habeat, & ita priùs erit generatio. vt mutatio, quàm forma & vnita, & educta de potentia materiæ.

Ad tertium respondetur, quòd licet concedatur antecedens (de quo alibi) nihilominùs neganda est vtraque consequentia: nam generatio substantialis petit, & naturaliter loquendo; semper habet adiunctam rationem mutationis physicæ petentis subiectum realiter manens sub vtroque termino, ita vt priùs priori tate reali in *quo* fit sub priuatione formæ genitæ. & posteà sub illa: vnde totum compositum quod tunc primò incipit, quodque non potest esse sine forma, est incapax ad hoc, vt sit subiectum prædictæ generationis: quare eùm hæc ratio non procedat in transubstantiatione sacramentali, quippe quæ est actio altior, & eminentior, ac alterius rationis, ideo licet concedatur eam subiectari in Corpore Christi, nihil inde contra nos.

63 Ad quartum respondet Rubio in præsenti, materiam primam habere propriam existentiam & subsistentiam partialem, & ita posse optimè recipere, & sustinere generationem. Cæterùm, falsitas huius solutionis satis conuincitur ex his, quæ 1. Phys. disp. 3. latè ostendimus, scilicet implicare contradictionem, materiam habere propriam quantumuis partialem existentiam: tum etiam ea dicenda in speciali tractatu de existentia & subsistentia.

Vnde ex dictis loco citato respondetur, quòd sicut ad hoc, vt materia recipiat in se formam, non requiritur eam intelligi existentem in illo priori, sed sufficit habere propriam, & realem entitatem, connotando tamen, quod in eodem instanti reali temporis, & in posteriori naturæ subsequenti intelligatur coëxistere, & consubsistere, ad existentiam & subsistentiam compositi, ea ea, quòd genus causæ materialis omninò primæ, est genus putæ potentialitatis, ac proinde non requirentis in illo priori existentiam, quæ est vltima actualitas, vt lib. 1. Phys. disp. 3 n. 62. & deinceps magis explicauimus: ita etiam ad hoc vt materia recipiat, & sustentet generationem, non est necesse, vt in illo priori intelligatur existens, & subsistens, sed sufficit eam in illo instanti habere existentiam, & subsistentiam modo dicto.

Per quæ satis etiam patet ad confirmationem: nam ad rationem subiecti, & susceptiui etiam vt *quod* omninò primi, & pes modum putæ potentialitatis, cuiusmodi est materia prima, non requiritur, imò repugnat existentia, aut subsistentia, per se, & vt *quod* illi conueniens, sed sufficit coëxistentia, & consubsistentia modo dicto: vt in receptione ipsius formæ substantialis est manifestum.

Nec obstat, si obiicias; tum, quòd forma substantialis est actus primus materiæ; & ita priùs debet recipi in illa quàm generatio, & consequenter materia præsupponetur existens ad illam. Siquidem præsupponitur cum forma, cuius effectus formalis est ipsa existentia: tum etiam, quia aliàs iam materia priùs haberet esse diminutum, & secundùm quid, scilicet ante generationis, quam esse simpliciter, quod in posteriori sequenti diximus illi à forma substantiali communicari.

64 Non itaque hæc obstant, non quidem primum; nam sicut vnio formæ non ponit in numero eum ipsa, quia est communicatio eiusdem formæ, ita nec generatio substantialis, quoniam sicut vnio est ipsa communicatio in facto esse prædictæ formæ, sit generatio est adquisitio in fieri illius, & consequenter quamuis vtraque, scilicet, tam generatio, quàm vnio recipiatur priùs natura vt *quo*, nihilominùs neutra tollit immediationem requisitam inter materiam & formam.

Nec etiam secundum obstat: nam in primis generatio, vt est mutatio substantialis non affert proprium esse existentiæ; sed existit per existentiam totius compositi: eùm enim sit modus substantialis, potest optimè per existentiam substantialem existere. Et deinde licèt esse essentiæ illius sit imperfectius, & diminutum, collatum cum esse essentiæ formæ, nihilominùs, quia vtrumque pertinet ad idem prædicamentum, & vt ad illud pertinentia tendunt ad communicandum esse simpliciter: ideò non inconuenit priùs natura recipi in materia illud esse diminutum, quàm esse simpliciter à forma proueniens sicut neque inconuenit, quòd priùs materia informetur vt *quo* per vnionem, quàm per formam substantialem, licèt vnio secundùm se, & præcisè sumpta, det esse diminutum, & imperfectius, quàm ipsa forma, quia pertinet ad idem prædicamentum, & est ipsa communicatio illius tendens ad esse simpliciter. Quare cum D. Thom inquit, materiam priùs debere habere esse simpliciter, quàm esse secundùm quid, loquitur de esse accidentali, quod hoc ipso quòd tale, necessariò debet subsequi ad esse, tam essentiæ, quàm existentiæ substantiale.

QVÆSTIO VI.

An iuxta mentem Arist & Diui Thom. Generatio substantialis subiectetur in materia prima, vt immediatè affecta quantitate, & aliis dispositionibus accidentalibus: an verò in ea eadem, vt omninò nuda?

65 PRo huius & sequentis quæstionis maiori intelligentia, notandum est primò, titulum illius eodem proportionali modo, ac titulum præcedentis intelligendum esse. Vnde non inquirimus, an generatio subiectetur in materia prima, ita nuda ab omni forma accidentali, vt aliquo instanti reali sit sine illa: sed an in illo priori naturæ, in quo præsupponimus ad generationem, subest illi, vt immediatè affecta quantitate, & accidentibus iam dictis, siue omnia illa accidentia in materia prima recepta sint subiectum *quo* generationis substantialis, siue non, sed tantùm desiderentur ad hoc, vt prædicta generatio in illa subiectetur: an verò accidentia hæc solùm subiectentur immediatè in toto composito, non verò in materia, & consequenter ipsa non substernatur generationi quatenus modo dicto immediatè, & proximè prædictis dispositionibus est affecta: inquirimus autem, quid in hoc dicendum sit, non vtcumque, sed iuxta mentem Arist. & D. Tho. quia mens vtriusque in aliis multis, & grauissimis difficultatibus, ex his, quæ quoad hanc quæstionem dicenda sunt, valdè pendet.

Et licèt res hæc sit in se non parum perspicua, quia tamen non desunt aliqui ex Iuniotibus, qui illam aliquantulùm ambiguam reddere conentur, ideò vt pienius, breuiter tamen, hæc discutiamus, præsentem quæstionem sigillatim excitamus, inquisituri statim, an hoc ipsum ratione naturali conuincatur.

Deinde notandum est, alios aliis verbis quæstionem hanc discutere: an nimirùm accidentia subiectentur immediatè in materia prima, vel in toto composito? Sed reverà vtrumque in idem redit; nam si accidentia solùm subiectentur immediatè in composito, euidens est materiam primam non posse subsistere generationi, vt immediatè affectam quantitate, & aliis accidentibus: si autem materia capax sit recipiendi immediatè prædicta accidentia, non subsistabit vtique generationi, nisi priùs, & immediatè recipiat illa, siquidem sunt dispositiones præuiæ ad eandem generationem.

§. I.

Proponitur prior sententia.

66 PRima sententia affirmat, generationem iuxta Aristot. & D. Thomæ mentem, subiectari in materia prima, vt immediatè affecta quantitate, & aliis dispositionibus accidentalibus. Hanc tenent aliqui ex Iunioribus Societatis, sequuti Franciscum Suarez disp. 14. Met. sect. 3. quam etiam tuentur plures ex Auctoribus, quæstione sequenti pro prima optnione referendis. Probantque.

Primò, ex Arist. 7. Metaph. text. 8. vbi quantitatem primò inesse materiæ, & ob hanc rationem, ipsam solam videri substantiam, his verbis significat: *Quantitas enim substantia rationem non habet, sed eas primò hæ insunt, id potius substantia est; at verò longitudine, altitudine, ac latitudine sublata, nihil præterea, quod ad his diffinitur, restare videmus: quare si hoc consideremus, modò materiam solum substantiam videri necesse est.* Vbi, vt vides, docet Philosophus quantitatem, & consequenter alias dispositiones primò inhærere materiæ: & ita D. Th. ibidem hæc verba exponens, sic inquit: *Quantitas enim, manifestum est, quòd non est substantia; sed illud, cui præsicta dimensiones insunt, vt primum subiectum earum est substantia, hæc autem est materia: quantitas enim dimensiua videtur inesse materiæ immediatè, cùm materia non dividatur ad recipiendam diuersas formas in diuersis suis partibus, nisi per huiusmodi quantitatem, & ideò per huiusmodi considerationem, videtur necessarium, non solum, quod materia sit substantia, sed quòd ipsa sola sit substantia.*

67 Secundò: nam idem Philosophus 3. Phys. sentit quantitatem esse propriam materiæ, & consequenter ipsi immediatè inhærere ante alia, quæ ab ea possunt adesse, & abesse, qualis est generatio. Et lib. 2. de Generat. text. 6. docet dispositiones ad formas substantiales, & alterationem, quæ ad eas fit, proximè versari circa materiam.

Tertiò: nam eodem libro text. 27. asserit, accidentia, in quibus res genita conuenit cùm corrupta, manere eadem, ac proinde subiectari immediatè in materia prima: verba autem illius sunt: *Si verò vtriusque altera qualitatum intereat, horum migratio facilius quidem, sed non ita se se mutuò fiet, sed ex igne quidem, & aqua, terra, & aëre: ex aëre verò, & terra ignis, & aqua orium subibunt: cum enim aqua frigiditas fuerit corrupta, & ignis siccitas, fiet aer: nam huius quidem caliditas, illius verò humiditas relinquitur.*

Confirmatur, tùm ex D. Thom. 1. part. quæst. 5. art. 2. in argumento. Sed contra, vbi inquit: *Omne compositum ex materia & forma est corpus quantum: cum enim dimensiua sit, qua primò inhæret materia:* tùm etiam 1. 2. q. 74. art. 4. ad tertium, vbi asserit, quòd dispositio tripliciter se habet ad id, quod disponit, * Quandoque enim est idem, & in eodem, sicut scientia inchoata dicitur esse dispositio ad scientiam perfectam: quandoque autem est in eodem, sed non idem, sicut calor est dispositio ad formam ignis, &c. * at forma est immediatè in materia: ergo in eadem debet immediatè esse dispositio. Tum denique 3. part. q. 9. artic. 3. ad secundum, vbi sentit eadem accidentia manere in genito, & in corrupto, ac proinde subiectari immediatè in materia, & ita inquit. *Per calorem disponitur materia ad recipiendam formam ignis, qua tamen adueniente calor non cessat sed remanet.*

§. II.

Vera mens Arist. & D. Thom. explicatur.

68 DIcendum tamen est, accidentia in via Arist. & D. Thom. non subiectari immediatè in materia prima, sed in toto composito, & consequenter generationem substantialem non recipi in ea immediatè affecta quantitate, & aliis dispositionibus accidentariibus. Hanc tenent communiter omnes Thomistæ, & plures alij sequenti quæst. referendi. Probatur.

Primò, ex Arist. Metaphys. vbi inquit: *Neque quæ unquam vera natura quidem, non substantia verò, non est hæc materia, sed quod subiicitur substantia.* vbi Ang. Doct. lect. 4. sic asserit; *Ostendit quomodo materia trahitur accidentibus, & dicit, quòd illa, quæ sunt secundum naturam, non tamen sunt substantia, sed accidentia, non habent materiam, ex qua fiant, sed substantia est est subiectum: subiectum autem habet aliquid simile materiæ, in quantum est receptibile accidentis: differt autem à materia, in quantum materia non habet actu esse nisi per formam, subiectum autem non constituitur in esse per accidens.*

Confirmatur ex eodem Philosopho hoc lib. text. 24. vbi docet tunc esse generationem, & corruptionem substantialem, cum nulla forma accidentalis manet in materia, sed ipsa prout est pura potentia nullam includens actum, eidem & formæ substantiali substernitur: vnde inquit: *Cum igitur contrarietatis mutatio in quantitate est, accretio est, atque decretio: cum in loco, latio: cum in affectu, atque qualitate alteratio, et cum id non remanet, in quo affectum alter, aut omnino accidens existit, tunc generatio omnis est, & alterius corruptio.* Quæ verba explicat D. Th. lect. 10. sic: *Dicit ergo primò, quòd alteratio est secundum passiones alicuius permanentis, & hoc idem accidit in aliis mutationibus, qua fiunt secundum accidentia, quæ adueniunt subiecto existenti in actu, &c. quando verò nihil manet actu existens, cuius alterum, quod transmutatur, sit passio, & accidens sit quodcumque est vniuersaliter generatio, & corruptio, eo quod forma substantialis, secundum quam est generatio, & corruptio, non adueniat subiecto actu existenti.*

Confirmatur secundò ex eodem Arist. 5. Physic. vbi discrimen in præcedenti confirmatione adductum non solùm constituit, sed etiam probat, ea eo quòd ad generationem simpliciter requisitum, vt fiat ex subiecto, prout præcisè est in pura potentia, ac proinde vt nudo ab omni forma etiam accidentali. Vnde Angel. Doct. ea ponens ibidem Philosophum sic inquit: *Subiectum verò formæ substantialis non est aliquod ens actu, sed ens in potentia tantum, scil. materia prima, quæ in principio generationis, est subprimatiens, in fine verò sub forma: & ideo secundum generationem substantia fit aliquid simpliciter.*

69 Secun-

69. Secundò probatur ex plurib⁹ aliis testimoniis D. Thom. nam. 1. part. quæst. 76. art. 6. inquit: *Si anima vniatur corpori, sicut iam supra dictum est, impossibile est, quòd aliqua dispositio accidentalis cadat media inter corpus & animam, vel inter quamcumque formam substantialem, & materiam suam.* Et q. de Anima art. 9. dicit: *Inter omnia esse est illud, quod immediatius, & intimius conuenit rebus, vt dicitur in libro de causis: vnde oportet, quòd cùm materia habeat esse actu per formam, quòd forma dans esse materiæ ante omnia intelligatur aduenire materiæ, & immediatius sibi ineſſe: est autem proprium formæ substantialis, quòd det materiæ esse simpliciter: ipsa enim est, per quam res est hoc ipsum, quod est: non autem per formas accidentales habet esse simpliciter: secundum quid, puta esse magnum, vel coloratum.* Et de ente & essentia c. 7. *Illud, cui aduenit accidens, est eius incompletum constitutiuum in suo esse: quod quidem esse naturaliter precedit accidens, quod superuenit.* Ac tandem hoc ipsum docet 1. p. q. 77. art. 6. de spiritualibus creaturis, art. 3. ad 18. de veritate q. 5. art. 9. ad 6. opusc. 32. de natura materiæ c. 46. & 47. & alibi sæpè.

§. III.

Fit obuiam argumentis aduersariorum.

70 AD primum respondetur mirum esse, quòd auctores oppositæ sententiæ testimonium illud pro se adducant, quoniam verba ibi relata non continent propriam Arist. & Diu. Thom. sententiam, sed solùm obiectionem à Philosopho contra se ex Antiquia adductam, & ideo D. Thom. ibidem eam soluens, mentémque Aristot. nemon & suam explicans, sic inquit: *Decepit autem antiquos Philosophos hanc rationem inducentes ignorantia formæ substantialis: non enim adhuc tantum profecerant, vt intellectum eorum se eleuarent ad aliquid, quod est supra sensibilia: & ideò illas formas tantum considerauerunt, quæ sunt sensibilia propria, vel communia, huiusmodi autem manifestum est esse accidentia, vt album & nigrum, magnum & paruum, & huiusmodi: forma autem substantialis non est sensibilis, nisi per accidens; & ideò ad eius cognitionem non peruenerunt, vt scirent eam à materia distinguere, sed totum subiectum, quod nos ponimus ex materia & forma compos, ipsi dicebant esse primam materiam, vt aerem, aut aquam, aut aliquid huiusmodi: formas autem dicebant esse, quæ nos dicimus accidentia, vt quantitates, & qualitates, quorum subiectum proprium non est materia prima, sed substantia composita, quæ est substantia in actu: omne enim accidens ex hoc est quòd substantiæ ineſt, vt habitum est.* Hæc ille.

71 Ad secundum respondetur, Arist. in tæ testimonio solùm velle quantitatem conuenire, & ineſſe toti composito ratione materiæ, ex hoc tamen non sequitur illam ineſſe immediatè materiæ, sicut ex hoc, quòd resibilitas conueniat homini ratione formæ, non benè colligitur ipsam immediatè recipi in anima: quod in Logica disputatione nona, numero 16. magis explicuimus, ad secundùm verò testimonium ibidem adducti patebit ex dicendis quæst. sequenti; quomodò dispositiones accidentales solùm disponant materiam, non verò totum ad recipiendam formam, & nihilominùs recipiantur in toto.

Ad tertium respondet Angel. Doctor. ibidem hæc in verba: *Dicendum, quòd illud accidens, siue illa qualitas non remanet eadem numero, sed eadem specie adhuc tamen videtur dubium remanere, quia non videtur, quòd propter hoc talis transmutatio debeat esse facilior, cum oporteat corrumpi ambas qualitates, sicut in transmutatione non habentium symbolum. Ad huius ergo euidentiam considerandum est, quod qualitates elementorum causantur ab ipsis formis substantialibus ipsorum: illa ergo elementa, quæ materiam conuenientiorem in formis substantialibus habent, & per consequens in dispositionibus materia facilius ad inuicem transmutantur: & licet oporteat ambas qualitates erumpi, tamen quia quælibet symbola minus resistit, imò nullo modo; contraria vero resistit: ideo facilior est transitus.* Hæc ille.

72 Ad confirmationem dicendum est D. Thom. in priori testimonio solùm velle quantitatem priùs quàm alia accidentia inhærere materiæ. non quidem tanquam subiecto *quod*, & immediato, sed vt *quo* & mediato, proximè autem, & vt *quod* ipsi composito ex materia & forma, id enim sufficit, imo est necessarium ad intentum D. Thom. in illo argumento: nam ex probatione illa de inhærentia quantitatis, solùm voluit immediatè inferre omne compositum ex materia & forma esse corpus quantitatiuum, alioquin probatio illa extra tem esset, vt ex se est notum, quamuis ex tali corpore quantitatiuo corpus etiam de prædicamento substantiæ consequenter inferre intenderit, propter vtriusque connexionem, quam illud cum illo sortitur. Cùm igitur toti composito, non autem soli materiæ rationem corporis quantitatiui, quæ est effectus formalis quantitatiuæ dimensiuæ, tribuere voluerit, vt ex litera constat, apertè sequitur, ipsum existimasse quantitatem dimensiuam, non materiæ soli, sed quiuis composito ea materia & forma immediatè, & vt *quod*, priùs quàm alia accidentia inhærere; quamuis ex eo quòd corpori, seu compositio ratione materiæ inhæreat, vt in solutione ad secundum dicebamus, eam materiæ inhærere in sensu vtique explicato, absolutè protulerit.

Ad secundum testimonium in eadem confirmatione adductum respondetur, formam ignis, & calorem, qui ad illam disponit, esse quidem in eodem subiecto, scilicet materia, non tamen eodem modo: nam forma ignis est in illa immediatè, calor verò mediatè.

Ad vltimum verò testimonium eiusdem confirmationis patet ex dictis, D. Thom. solùm velle, quòd aduenientè forma ignis, manet idem calor secundùm speciem, vt constat ex testimonio ipsius numero præcedenti adducto, & ideò post verba, quæ in testimonio huius confirmationis referuntur: statim addidit, calorem remanentem post introductionem formæ ignis esse effectum talis formæ, illius nimirum, quæ nunc introducitur, vt ex contexto constat: ar calor ille, qui præcesserat, non est effectus prædictæ formæ, sed potiùs formæ est effectus illius.

QVÆSTIO VII.

An ratione naturali probetur, Generationem substantialem subiectari immediatè in materia prima ab omnibus accidentibus nuda?

TItulus quæstionis est his, quæ in explicatione tituli præcedentis diximus, satis constat, & ideò nouis expositione non indiget.

§. I.

Adducitur sententia negans.

73 PArtem negantem tuentur Aertoës in lib. de substantia orbis, & 1. Physic. comm. 66. Simplicius lib. 1. Phys. text. 69. Philoponus lib. 1 de Generat. text. 33. & 40. Fanmonius in Prædicamento

Et licèt res hæc sit in se non parum perspicua, quia tamen non desunt aliqui ex Iunioribus, qui illam aliquantulùm ambiguam reddere conentur, ideò vt pleniùs, breuiter tamen, hæc discutiamus, præsentem quæstionem sigillatim excitamus, inquisituri statim, an hoc ipsum ratione naturali conuincatur.

Deinde notandum est, alios aliis verbis quæstionem hanc discutere an nimirùm accidentia subiectentur immediate in materia prima, vel in toto composito? Sed teverà vtrumque in idem redit; nam si accidentia solùm subiectentur immediatè in composito, euidens est materiam primam non posse substare generationi, vt immediatè affectam quantitate, & aliis accidentibus: si autem materia capax sit recipiendi immediatè prædicta accidentia, non substabit vtique generationi, nisi priùs, & immediatè recipiat illa, siquidem sunt dispositiones præuiæ ad eandem generationem.

§. I.

Proponitur prior sententia.

66 PRima sententia affirmat, generationem iuxta Atistot. & D. Thomæ mentem, subiectari in materia prima, vt immediatè affecta quantitate, & aliis dispositionibus accidentalibus. Hanc tenent aliqui ex Iunioribus Societatis, sequuti Franciscum Suarez disp. 14. Met. sect. 3. quam etiam tuentur plures ex Auctoribus, quæstione sequenti pro prima opinione referendis. Probantque.

Primò, ex Arist. 7. Metaph. text. 8. vbi quantitatem primò ineste materiæ, & ob hanc rationem, ipsam solam videri subsistantiam, his verbis significat: *Quantitas enim substantiæ rationem non subit, sed cui primò hæc insunt, id potiùs substantia est, at verò longitudine, altitudine, ac latitudine sublata, nihil præterid, quod ad his diffinitur, restare videmus: quare si hoc consideramus, modò materiam solum substantiam videri necesse est.* Vbi, vt vides, docet Philosophus quantitatem, & consequenter alias dispositiones primò inhærere materiæ: & ita D. Thabidem hæc verba exponens, sic inquit: *Quantitas enim, manifestum est, quòd non est substantia; sed illud, cui prædictæ dimensiones insunt, vt primum subiectum earum est substantia, hoc autem est materia: quantitas enim dimensiua videtur inesse materiæ immediatè, cùm materia non dividatur ad recipiendum diuersas formas in diuersis suis partibus, nisi per huiusmodi quantitatem, & ideò per huiusmodi considerationem videtur necessarium, non solum, quod materia sit substantia, sed quòd ipsa sola sit substantia.*

67 Secundò nam idem Philosophus 3. Phys. sentit quantitatem esse proprietatem materiæ, & consequenter ipsi immediatè inhærere ante alia, quæ ab ea possunt adesse, & abesse, qualis est generatio. Et lib. 2. de Generat. text. 6. docet dispositiones ad formas substantiales, & alterationem, quæ ad eas fit, proximè versari circa materiam.

Tertiò: nam eodem libro text. 27. asserit, accidentia, in quibus tes genita conuenit cum corrupta, manere eadem, ac proinde subiectari immediatè in materia prima: verba autem illius sunt: *Sin verò vtriusque altera qualitatum intereat, horum migratio facilius quidem, sed non in se se mutuò fiet, sed ex igne quidem, & aqua, terra, & aëre: ex aëre verò, & terra ignis, & aqua ortum subibunt: cum enim aquæ frigiditas fuerit corrupta, & igne siccitas, fiet aër: nam huius quidem caliditas, illius verò humiditas relinquitur.*

Confirmatur, tùm ex D. Thom. 1. part. quæst. 3. art. 2. in argumento. Sed contra, vbi inquit: *Omne compositum ex materia & forma est corpus quantitas: enim dimensiua est, qua primò inharet materia:* tùm etiam 1. 2. q. 74. art. 4. ad tertium, vbi asserit, quòd dispositio tripliciter se habet ad id, quod disponit, * Quandoque enim est idem, & in eodem, sicut scientia inchoata dicitur esse dispositio ad scientiam perfectam: quandoque autem est in eodem, sed non idem, sicut calor est dispositio ad formam ignis, &c. * at forma est immediatè in materia: ergo in eadem debet immediatè esse dispositio. Tum denique 3. part. q. 9. artic. 3. ad secundum, vbi fenrit eadem accidentia manere in genito, & in corrupto, ac proinde subiectari immediatè in materia, & ita inquit. *Per calorem disponitur materia ad recipiendam formam ignis, qua tamen adueniente calor non cessat sed remanet.*

§. II.

Vera mens Arist. & D. Thom. explicatur.

68 DIcendum tamen est, accidentia in via Atist. & D. Thom. non subiectari immediatè in materia prima, sed in toto composito, & consequenter generationem substantialem non recipi in ea immediatè affecta quantitate, & aliis dispositionibus accidentalibus. Hanc tenent communiter omnes Thomistæ, & plures alij sequenti quæst. referendi. Probatur.

Primò, ex Atistot. Metaphys. vbi inquit: *Neque quæcunque vestra natura quidem, non substantia verò, non est hic materia, sed quod subiicitur substantia.* vbi Ang. Doct. lect. 4. sic asserit; *Ostendit quomodo materia tribuitur accidentibus, & dicit, quòd illa, quæ sunt secundum naturam, non tamen sunt substantia, sed accidentia, non habent materiam, ex qua sint, sed substantia est eis subiectum: subiectum autem habet aliquid simile materiæ, in quantum est receptibile accidentis: differt autem à materia, in quantum materia non habet actu esse nisi per formam, subiectum autem non constituitur in esse per accidens.*

Confirmatur ex eodem Philosopho hoc lib. text. 24. vbi docet tunc esse generationem, & corruptionem substantialem, cum nulla forma accidentalis manet in materia, sed ipsa prouest est puta potentia nullum includens actum, eidem & formæ substantiali substernitur: vnde inquit: *Cum igitur contrarietatis mutatio in quantitate est, accretio est, atque decretio: cum in loco, latio: cum in affectu, atque qualitate alteratio, at cum id non remanet, in quo affectuum alter, aut omnino accidens existit, tunc generatio omnis est, & alterius corruptio.* Quæ verba explicat D. Th. lect. 10. sic: *Dicit ergo primò, quòd alteratio est secundum passiones alicuius permanentis, & hoc idem accidit in aliis mutationibus. qua sunt secundum accidentia, quæ adueniunt subiecto existenti in actu, &c. quando vero nihil manet actu existens, cuius alterum, quod transmutatur, sit passio, & accidens sit quodcumque est vniuersaliter generatio, & corruptio, eo quod forma substantialis, secundum quam est generatio, & corruptio, non aduenit subiecto actu existenti.*

Confirmatur secundò ex eodem Atist. 5. Physic. vbi discrimen in præcedenti confirmatione adductum non solùm constituit, sed etiam probat, ex eo quòd ad generationem simpliciter requiritur, vt fiat ex subiecto, provt præcisè est in puta potentia, ac proinde vt nudo ab omni forma etiam accidentali. Vnde Angel. Doct. exponens ibidem Philosophum sic inquit: *Subiectum verò forma substantialis non est aliquod ens actu, sed ens in potentia tantum, scil. materia prima, quæ in principio generationis, est sub privatione, in fine verò sub forma: & ideo secundum generationem substantia fit aliquid simpliciter.*

69 Secun

69. Secundò probatur ex plurib⁹ alijs testimonijs D. Thom. nam. 1. part. quæst. 76. art. 6. inquit: *Si anima vnitur corpori, sicut iam supra dictum est, impossibile est, quòd aliqua dispositio accidentalis cadat media inter corpus & animam, vel inter quamcumque formam substantialem, & materiam suam.* Et q. de Anima art. 9. dicit: *Inter omnia esse est illud, quod immediatius, & intimius conuenit rebus, vt dicitur in libro de causis: vnde oportet, quòd cum materia habeat esse actu per formam, quòd forma dans esse materiæ ante omnia intelligatur adunire materiam, & immediatius sibi inesse: est autem proprium formæ substantialis, quòd det materia esse simpliciter: ipsa enim est, per quam res est hoc ipsum, quod est: non autem per formas accidentales habet esse simpliciter: sed secundum quid, puta esse magnum, vel coloratum.* Et de ente & essentia c. 7. *Illud, cui aduenit accidens, est ens incompletum constituens in suo esse: quod quidem esse naturaliter præcedit accidens, quod superuenit.* Ac tandem hoc ipsum docet 3. p. q. 77. art. 6. de spiritualibus creaturis, art. 3. ad 18. de veritate q. 5. art. 9. ad 6. opusc. 32. de natura materiæ c. 46. & 47. & alibi sæpè.

§. III.

Fit obiectam argumentis aduersariorum.

70 AD primum respondetur mirum esse, quòd auctores oppositæ sententiæ testimonium illud pro se adducant, quoniam verba ibi relata non continent propriam Arist. & Diu. Thom. sententiam, sed solùm obiectionem à Philosopho contra se ex Antiquis adductam, & ideò D. Thom. ibidem eam soluens, mentémque Aristot. necnon & suam explicans, sic inquit: *Decepit autem antiquos Philosophos hanc rationem inducentes ignorantia formæ substantialis: nemo enim adhuc tantùm profecerat, vt intellectu eorum se eleuaret ad aliquid, quod est supra sensibilia: & ideò illas formas tantùm considerauerunt, quæ sunt sensibilia propria, vel communia, huiusmodi autem manifestum est esse accidentia, vt album & nigrum, magnum & paruum, & huiusmodi: forma autem substantialis non est sensibilis, nisi per accidens, & ideò ad eius: cognitionem non peruenerunt, vt scirent eam à materia distinguere, sed totum subiectum, quod nos ponimus ex materia & forma compem, ipsi dicebant esse primam materiam, vt aerem, aut aquam, aut aliquid huiusmodi: formas autem dicebant esse, quas nos dicimus accidentia, vt quantitates, & qualitates, quarum subiectum proprium non est materia prima, sed substantia composita, quæ est substantia in actu: omne enim accidens ex hoc est quòd substantiæ inest, vt habitum est.* Hæc ille.

71 Ad secundum respondent, Arist. in testimonio solùm velle quantitatem conuenire, & inesse toti composito ratione materiæ, ex hoc tamen non sequitur illam inesse immediatè materiæ, sicut ex hoc, quòd risibilitas conueniat homini ratione formæ, non benè colligitur ipsam immediatè recipi in anima: quod in Logica disputatione nona, numero 16. magis explicatimus, ad secundùm verò testimonium ibidem adductum patebit ex dicendis quæst. sequenti, quomodò dispositiones accidentales solùm disponant materiam, non verò totum ad recipiendam formam, & nihilominùs recipiuntur in toto.

Ad tertium respondet Angel. Doctor. ibidem hæc in verba: *Dicendum, quòd illud accidens, sine illa qualitas non remanet eadem numero, sed eadem specie adhuc tamen videtur dubium remanere, quia non videtur, quòd propter hoc talis transmutatio debeat esse facilior, cum oporteat corrumpi ambas qualitates, sicut in transmutationibus non habentium symbolum. Ad huius ergo euidentiam considerandum est, quod qualitates elementorum causantur ab ipsis formis substantialibus ipsorum: illa ergo elementa, quæ materiam conuenientiorem in forma substantiali habent, & per consequens in dispositionibus materiæ facilius ad inuicem transmutantur: & licet oporteat ambas qualitates corrumpi, tamen quia qualitas symbolum minus resistit, sic hoc modo; contraria vero resistit: ideo facilior est transitus.* Hæc ille.

72 Ad confirmationem dicendum est D. Thom. in principi testimonio solùm velle quantitatem priùs quàm alia accidentia inhærere materiæ. non quidem tanquam subiecto *quod*, & immediato, sed vt *quo* & mediato, proximè autem, & vt *quod* ipsi composito ex materia & forma, id enim sufficit, imò est necessarium ad intentum D. Thom. in illo argumento: nam, ex probatione illa de inhærentia quantitatis, solùm voluit immediatè inferre omne compositum ex materia & forma esse corpus quantitatiuum, alioquin probatio illa extra rem esset, vt ex se est notum, quamuis ex tali corpore quantitatiuo corpus etiam de prædicamento substantiæ consequentes inferre intenderit, propter necessariam connexionem, quam illud cum illo sortitur. Cùm igitur toti composito, non autem soli materiæ rationem corporis quantitatiui, quæ est effectus formalis quantitatis dimensiuæ, tribuere voluerit, vt ex dicta constat, aperè sequitur, ipsum existimasse quantitatem dimensiuam, non materiæ soli, sed cuiuis compositi ex materia & forma immediatè, & vt *quod*, priùs quàm alia accidentia inhærere; quamuis ex eo quòd corpori, seu composito ratione materiæ inhæreat, vt in solutione ad secundum dicebamus, eam materiæ inhærere in sensu vtique explicatu, absolutè protulerit.

Ad secundum testimonium in eadem confirmatione adductum respondetur, formam ignis, & calorem, qui ad illam disponit, esse quidem in eodem subiecto (scilicet materia, non tamen eodem modo: nam forma ignis est in illa immediatè, calor verò mediatè.

Ad vltimum verò testimonium eiusdem confirmationis patet ex dictis, D. Thom. solùm velle, quòd adueniente forma ignis, manet idem calor secundùm speciem, vt constat ex testimonio ipsius numero præcedenti adducto, & ideò post verba, quæ in testimonio huius confirmationis refertuntur: statim addidit, calorem remanentem post introductionem formæ ignis esse effectum talis formæ, illius nimirum, quæ tunc introducitur, vt ex contextu constat: at calor ille, qui præcesserat, non est effectus prædictæ formæ, sed potiùs forma est effectus illius.

QVÆSTIO VII.

An ratione naturali probetur, Generationem substantialem subiectari immediatè in materia prima ab omnibus accidentibus nuda?

TItulus quæstionis ex his, quæ in explicatione tituli præcedentis diximus, satis constat, & ideò noua expositione non indiget.

§. I.

Adducitur sententia negans.

73 PArtem negantem tenent Aoctroës in lib. de substantia orbis, & 1. Physic. comm. 66. Simplicius lib. 5. Phys. text. 69. Philoponus lib. 1 de Generat. text. 33. & 40. Ammonius in Prædicamento

quantitatis, Gregorius in 2. distin. 12. quæst. 2. art. 1. Aureolus apud Capreolum dist. 23. q. 1. in argumento contra 3. conclusionem. Marsilius 1 de Generat. q. 7. Venetus in summa de generat. cap. 54. Ægidius 7 Metaph. q. 4. Nyphus 8. Met. disput. 4 Zimara Theorem 46. Suarez disput. 14. suæ Met. sect 3. & plures Iuniores Societatis, qui etiam referunt Toletum in præsenti qu. 7. Pereir. lib. 5. Phys. c. 18. Conimbric. lib. 1. de Generat. c. 4. qu 4 art. 1. concl 4. Rationes autem, quibus ecredunt suam sententiam sufficienter fulcire, sunt istæ.

Prima: nam generatio substantialis est aliquid corporeum, & consequenter extensum: ergo debet præsupponere in materia quantitatem, quâ reddatur extensa, ac proindè & cæteras alias dispositiones. Antecedens satis patet: quia sicut potentia generativa est aliquid corporeum, & media quantitate extensum, sic actus eis correspondens, scilicet generatio, debet eodem modo esse corporeus, & extensus. Prima verò consequentia non indiget probatione, siquidem extensiu, tam substantiæ, quàm cuiusuis alterius entis corporei, est effectus formalis quantitatis: ex quo etiam secunda manet perspicua: nam sicut quantitas quia est dispositio ad generationem substantialem, præsupponitur in materia ad illam, ita ob eandem rationem dispositiones accidentales ad illam præsupponentur.

74 Confirmatur primò ratione, quia D. Tho. 7. Metaph. text. 7. contra se, & in fauorem huius sententiæ vtitur: nam materia præsupponitur hæc, & indiuidua ad generationem substantialem, alioqui generatiu non subiectaretur à parte rei, in illa siquidem nihil potest esse à parte rei, in aliquo non singulari, & indiuiduo: ergo materia præsopponetur quanta ad eandem generationem, ac proindè affecta alijs dispositionibus accidentalibus. Hæc vltima consequentia patet ex dictis. Prima verò, ea cõmuni illo pronunciato, scilicet, materiam ex eo esse indiuiduam, & principium radicale indiuiduationis, quia est sigillata quantitate.

Confirmatur secundò ratione ex eodem S. Doct. ibidem desumpta: nam prius est materiam esse diuisam in diuersas partes, quàm quod subiiciatur diuersis generationibus, & formis substantialibus: ergo prius, & immediatius erit, quòd sit affecta quantitate, quàm quòd subiiciatur prædictis generationibus. Antecedens videtur euidens, alioqui diuersæ formæ sobstantiales, & generationes earum reciperentur simol in eadem parte materiæ. Consequentia verò etiam constat: nam materia ex se non est vna, vel plures, vt 4. Physic. disp. 3. n. 35. ostendimus, sed pluificatur, & diuiditur per quantitatem, quæ est prima ratio cuiusuis diuisionis materialis, sicut est prima ratio tribuendi materiæ, & substantiæ materiali, quòd habeat in se distinctionem partium, vt in Logica disp. 13. n. 30. & deinceps diximus.

75 Secunda: quantitas, & aliæ dispositiones accidentales disponunt materiam, non verò compositum in ordine ad receptionem formæ substantialis: ergo in materia, non verò in composito recipientur, & consequenter materia non subsistabit generationi, nisi vt immediatè affecta prædictis accidentibus Antecedens est euidens, quandoquidem euidenter constat formam substantialem non subiectari in toto composito. Prima verò consequentia etiam liquet, nam dispositiones requisitæ ad introductionem formæ debent subiectari in subiecto recipiente illam, alioqui non redderent illud dispositum pro introductione talis formæ. Secunda autem constat: nam materia non nisi vt disposita recipit formam substantialem. & consequenter non nisi vt disposita prædicta accidentia subsistabit generationi illius.

Confirmatur: nam vel dispositiones, quæ tempore antecedenti ad instans generationis introduuntur, pereunt in prædicto instanti, vel non Si non pereunt, habetur intentum, scilicet materia, vt affectam prædictis dispositionibus præcedere generationé, & subesse illi. Si pereunt: ergo tunc non manebit materia magis disposita, quàm si nunquam introductæ fuissent: nam implicat manere effectum formalem formæ in eo instanti, in quo non est ipsa forma. Vnde frustrà tales dispositiones introductæ fuissent: frustraque natura in productione, V. G. hominis tanto tempore circa organizationem corporis elaboraasset, siquidem tota illa organizatio ab accidentibus illis pendens deberet in prædicto instanti, in quo forma introducenda est, perire: imò hinc etiam fieret materiam non manere determinatam ad aliquam formam; & consequenter non erit maior ratio, ob quam potiùs hæc forma substantialis, quàm illa introducatur, eùm determinatio materiæ ad formam fiat per dispositiones, quibus proindè corruptis corrumpetur prædicta determinatio.

§. II.

Vera D. Thomæ sententia, & primum eius fundamentum.

76 Dicendum tamen est, sufficienter probari ratione naturali dispositiones ad introductionem formæ substantialis requisitas recipi immediatè in toto composito, ac proindè materiam non subesse generationi, vt immediatè illis affectam. Ita Albertus in summa de homine, quæstione, ao nutritio fiat ex simili, art. 1. Flandria 7. Met. q. 17. art. 1 o. & 11. Durandos in 1. dist. 8. 2. p. q. 4. Capreolus in 2. dist. 13. q. 1. concl. 2 & 3. ac dist. 18. q. 1. conel. 6. Hetuæos quodlib. 2. q. 10. Caietan de ente, & essentia c 7. q. 16 Ferrara 4 contra Gentes c. 81. Iabellus 8. Met. q. 2. Sonain. q. 7. 15. 17. & 18. Soto 1. Phys. qu. 7. Banez in præsenti c. 4 qu. 9. & 10. vbi satis fusè plora huc spectantia optime colligit Fonseca 5. Met. cap. 28 qu. 10. sect. 2. Zanardus 8. Met. q. 7. Rubio in præsenti cap. 4. tract. 3. quæst. 7. & alij plures, tam ex discipulis D. Tho. quàm ea aliis Probatúrque.

Primò ratione, quam innuunt Aristot. & D. Thom. 5. Physic. & capit. 15 hûius operis, textu 41. nam quantitas non subiectatur immediatè in materia prima, sed in toto composito: ergo neque aliæ dispositiones accidentales in eadem materia prima immediatè recipientur, & consequenter ipsa non subsistabit generationi substantiali, vt immediatè affecta prædictis accidentibus. Hæc vltima consequentia ex se est satis perspicua. Prima verò ex antecedenti apertè sequitur. nam qualitates corporeæ recipiuntur in substantia media quantitate tanquam ratione recipiendi, vt in Logica disp. 12 n. 43. ostensum est: & ita oportet, vt sint in eodem subiecto, in quo est quantitas. Antecedens verò probatur: nam per motum augmentationis producitur maior quantitas, sicut per motum localem nouum *vbi*: aut si quantitas subiectaretur immediate in materia prima, non posset per augmentationem produci noua quantitas, quia iuxta hanc sententiam eadem quantitas, quæ erat in materia prima alimenti, manet postea in ea, corrupto eodem alimento: & ita sicut non producitur noua materia, quia præexistens ibidem manet, ita ob eandem rationem nec noua quantitas: ergo, &c. 77. Occurrit Suarez loco citato nu. 18. per motum augmentationis non produci denuò nouam quantitatem, aut nouam partem illius, sed tantùm vnicam quantitatem adiungi alteri, ita vt quæ erat alia, fiat propria per specialem actionem

nem per se tendentem ad prædictam vnionem.

Sed contrà, repugnat saluari latitudinem, & continuitatem motus augmentationis, si per illum non producitur noua quantitas, sed solùm noua vnio vnius ad alteram: ergo, &c. Antecedens probatur: nam vnio vnius quantitatis ad aliam fit per quoddam indiuisibile continuatiuum vtriusque; at latitudo, & diuisibilitas motus, quæ desumenda est ex termino formali quo formaliter producto, nequit accipi ex te indiuisibili, vt tali, quale est continuatiuum, secundum quod formaliter cõtinuat, vt ex se cõstat: ergo iam latitudo motus nequit iuxta hunc dicendi modum saluari: ac proinde, neque etiam continuitas eiusdem. Patet hæc vltima consequentia, tum quia continuitas motus suppoit latitudinem ipsius, & termini per illum producti: tùm etiam, quia cum vnum indiuisibile non sit immediatum alteri, vt 6. Phys. disp. 25. à n. 14. vsque ad 30. latè diximus, consequens est, vt motus ipse non possit esse continuus, siquidem eius continuitas stare non potest, quoties post vnum terminum partialem illius, qui iuxta hanc solutionem est indiuisibile continuatiuum, non sequitur immediatè alius, sicut continuitas motus localis perit hoc ipso, quòd post vnam vbicationem partialem productam per illum, non subsequatur immediatè alia.

Confirmatur, nam iuxta communiorem sententiam, indiuisibile non potest per se alterari, nec sola localis, & indiuisibilis præsentia potest per se motum localem successiuum, & vi terminus formalis illius producere: ergo neque etiam indiuisibile quantitatiuum poterit eodem modo per motum augmentationis efficere. Patet consequentia, quia in omnibus his motibus procedit eadem ratio scilicet successionem, & continuitatem motus debere etiam desumi ex termino formali, & partiali quo producto, quia nequit motus successiuè, & continuè attingere terminum totalem, nisi eodem modo attingat formalem, & partialem, & consequenter nisi in illis fit sua latitudo, & dabitur, vt sic dicamus, continuitas.

§. III.

Expenditur secundum, & potissimum vera sententia fundamentum.

78 Secundò, & potissimùm probatur assertio ratione desumpta ex D. Thom. loco citato ex 3. part. q. 76. art. 6. & alibi sæpè, quæ potest ad hanc formam reduci. Quandocunque aliquid est in potentia ad plures, & diuersas formas ordine quodam, prius recipit formam, ad quam est primò in potentia, quam reliquas alias; sed materia prima est in potentia ad formas substantiales, & accidentales ordine quodam, ita vt prius sit in potentia ad illas, quàm ad istas: ergo prius recipit formas substantiales, quàm accidentales, ac proinde non subsisterent generationi, vt immediatè affecta dispositionibus accidentalibus. Vtraque consequentia cum maiori non indigent probatione.

Minor autem videtur etiam aperta, tum quia materia prima specificatur à forma substantiali, non verò à formis accidentalibus, & consequenter per se primò est in potentia ad solam illam, & secundariò ad istas, quandoquidem potentia quælibet est per se primò potentia ad ordine ad actum, quo specificatur, quemque per se primò respicit: tum etiam, quia sicut forma aeris denotat, est ens, & actus secundus, è contra verò substantialis, est ens, & actus primus, quippè quæ constituit ens simpliciter primum, nempè subsistentiam: ita materia, quæ est in potentia ad vtrumque, est per se primò in potentia ad actum primum, scilicet substantialem, & deindè actum per illum, & quatenus est in toto substantiali iam constituto per talem formam, erit in potentia ad formam secundam, nimirum accidentalem tum denique quia materia prius est in potentia ad esse simpliciter, & sine addito, quàm ad esse secundùm quid, & cum addito, scilicet ad esse tale, siquidem esse tale, & cum addito præsupponit esse, at forma substantialis dat esse simpliciter, & sine addito, scilicet esse substantiale, forma verò accidentalis tribuit esse secundùm quid, & cum addito, scilicet esse accidentale, vt esse album, vel nigrum: ergo, &c.

79 Occurrunt huic rationi aduersarij dupliciter: primò namque respondet Suarez loco citato n. 56. materiam primam esse per se primò in potentia ad formam substantialem ordine intentionis, & ita in hoc ordine per se primò respicere illam, secundariò verò accidentia: sed quia ea, quæ sunt priora in intentione, sunt posteriora in executione, ideò ordine executionis prius est in potentia ad dispositiones accidentales, priúsque recipit illas, quàm formam substantialem, non secus ac eadem forma substantialis prius respicitur ordine intentionis à materia, quàm generatio instantanea illius, & nihilominus vt nos in hac eadem disputatione n. 62. diximus, ordine executionis prius materia subest generationi, quàm prædictæ formæ.

Alij verò aliter respondent, nimirum, quòd licet prius vt ordine genetationis, esse in actu absolutè, & sine addito, quàm cum addito, nempè esse tale, & secundùm quid, non ideo sequitur, quòd illud esse sine addito debeat necessariò communicari à forma substantiali, quoniam esse in actu commune est omnibus prædicamentis, teste Philosopho 1. Phys. text. 5 vndè intimè includitur in esse accidentali, ac proinde quantitas, aut qualitas constituendo esse quantum, aut quale, faciunt esse in actu absolutè, quia prius natura dat ly *esse*, quam ly *quantum*.

80 Sed vt solutiones istæ meliùs, & radicitùs impugnentur, & vis rationis D. Thom. magis appareat, præsupponendum est ex Caiet. 1. part. quæst. 76. art. 6. quòd esse absolutè potest dici dupliciter: primò quidem, prout abstrahit ab esse simpliciter, & ab esse secundùm quid: secundò verò, prout excludit esse secundum quid, & includit esse simpliciter: illo primo modo calor tribuendo esse calidum, dat prius esse quàm calidum quia esse sic sumptum dicitur de esse in omnibus generibus inuento: cæterùm hoc posteriori modo forma substantialis, non verò accidentalis dat esse simpliciter, & absolutè, quòd non sit esse secundùm quid: vndè ignis, verbi gratia, per ealorem non habet *esse*, prout ly *esse* excludit esse secundùm quid, benè tamen per formam substantialem eiusdem ignis.

Hinc ergo contra vtramque solutionem rationis D. Thom. sequens conficitur argumentum, nam iuxta mentem S. Doct. & veritatem ipsam, materia non solùm ordine intentionis, sed etiam ordine executionis, & generationis est per se primò in potentia ad esse simpliciter & sine addito, seu ad esse, quod non est esse secundùm quid: deindè ad esse, quod ita est absolutè esse, vt sim ul sit esse secundùm quid ergo etiam ordine executionis erit per se primò in potentia ad actum substantialem & deindè ad actus accidentales: ac proindè vtraque solutio ruit. Hæc vltima consequentia per se patet, prima verò etiam constat: nam solus actus substantialis potest tribuere esse simpliciter, & sine addito, & non secundùm quid: nam sicut solum esse substantiale, est hoc modo esse simpliciter, ita à solo actu substantiali potest prouenire, vt in Physic. disput. 1. quæst. 5. latè ostendimus: ergo sic materia ordine generationis est per se primò in potentia

ad

ad actum substantialem. Antecedens autem suadetur, quoniam esse secundùm quid, essentialiter pendet ab esse simpliciter, nempè substantiali, & ordine executionis præsupponit illud: nam sicut accidens pendet à substantia, & præsupponit illam in hoc ordine, ita esse secundùm quid, quippè accidentale, dependebit eodem modo ab esse simpliciter, id est substantiali, & præsupponet illud: ergo etiam materia ordine generationis, & executionis, erit per se primo in potentia ad hoc esse simpliciter, & sine addito.

82 Deinde, nam potentia ad formam, & esse secundùm quid, debet esse potentia secundùm quid, & consequenter non pura in ratione potentiæ, sed admixta cum actualitate simpliciter: ergo materia non poterit, ordine generationis, recipere actum, aut esse secundùm quid, scilicet accidentale, nisi prius recipiat formam, & esse simpliciter, scilicet substantiale per quod sit admixta cum actualitate simpliciter. Consequentia videtur legitima: antecedens autem probatur, tum quia potétia & actus debèt habere inter se proportionem: tum etiam, quia quò actus minùs affert actualitatis, eò minorem potentialitatem præsupponit in subiecto, & ita actus secundùm quid non præsupponet summodò putam, & omnimodam potentialitatem in subiecto, sed potentiam admixtam cum actualitate simpliciter, quæ proindè solum sit potentia secundum quid.

83 Nec duo illa, quæ pro se affert hæc solutio aliquid obstant. Non quidem primum, quia maxima illa, scilicet prius in intentione, est posterius in executione. & è contra. debet intelligi de his, in quibus id; quod est posterius intentione, est aliqualiter medium ad consequendum tantum prius intentum, secùs verò de illis, in quibus id non repetitur, quia hæc possunt esse posteriora, etiam ordine executionis, ex eo, quòd sint talis naturæ, vt ad id, quod in intentione est primum, subsequi etiam in executione postulent, sicut in generatione hominis, V. G. licet prius intendatur homo, quàm risibilitas, nihilominùs propter rationem dictam, prius ille, quam ista executioni etiam mandatur: quare cum esse secundùm quid subsequatur ad esse simpliciter, vt ostensum est, fit inde, vt esse simpliciter tam ordine intentionis, quam ordine executionis debeat esse prius.

Nec etiam secundùm illud, nempè iostantia de generatione substantiali, ex doctrina nostra ibidem adducta obest: nam hoc ipso, quòd actus substantialis sit prius ordine executionis & generationis, ibidem involuntur ipsa executio, & generatio, quæ sit prior, vt & talis introducat prædictum actum in materiam, quippè quæ est quasi medium per se requisitum ad illum finem, maximè quia generatio substantialis subsequuta ad alterationem non ponit in numero cum ipsa forma, pertinetque ad idem prædicamentum, & ita non affert ex se proprium esse existentiæ, sed existit per existentiam totius substantialis, & consequenter non impedit quominus forma ipsa det esse existentiæ simpliciter tanquam omninò primum, secus verò forma accidentalis, quæ hoc ipso, quòd talis, pertinet ad diuersum prædicamentum, ac proindè ponit in numero cum forma substantiall, & propter esse existentiæ, quod affert, impediret quominus forma substantialis tribueret esse existentiæ primum, & sine addito. Sed circa hæc videantur ea quæ loco citato dicta sunt.

***

§. IV.

Vltimum D. Thom. sententiæ fundamentum.

83 VLtimò probatur assertio nostra ratione alia, sæpiùs à D. Thom. locis quæst. præcedenti relatis adducta: solum compositum substantiale est subiectum *quod* accidentium materialium: ergo materia prima non substabit generationi, vt immediatè affecta prædictis accidentibus. Consequentia est euidens: antecedens verò constat: tum, quia illud solùm recipit vt *quod* prædicta accidentia, cui competit existere, & subsistere vt *quod*: nam sicut ad sustinendum vtcumque illa, requiritur proportionatum esse subiectiuum ad sustinendum vt *quod*, dè quo dicatur esse vt *quod*: at compositum existit & subsistit vt *quod*, secùs verò materia prima, vt 1. Physicadisput. 3. quæst. 5. satis fusè probauimus: ergo prædicta accidentia in solo composito immediatè, & tanquam in subiecto *quod*, recipiuntur: tum etiam quia, vt disput. 5. Logicæ à n. 20. vsque ad 28. latè ostendimus, accidentia debent diffiniri per proprium subiectum, ac diffiniuntur per substantiam, seu compositum substantiale, non verò per materiam primam, vt constat: ergo proprium & immediatum subiectum illorum non erit materia prima, sed prædictum compositum.

84 Occurrunt aduersarij negando antecedens, & ad eius primam probationem dicunt satis esse, quòd materia habeat suum partialem existentiam & subsistentiam, ad hoc vt possit sustinere accidentia, sicuti hæc sufficit ad sustinendam formam substantialem: imò in sententia Thomistarum, sola materia, etiam sine propria existentia, & subsistentia, potest in se sustinere actum substantialem, ac proindè meliùs poterit accidentalem, qui minoris longè entitatis, & ponderis est.

Addi verò potest ex Astudillo in hoc lib. quæst. 2. quòd etsi materia tenera non subsistit accidentibus, vt præcedit formam substantialem, non tamen sequitur illa recipienda esse in toto composito, tanquam in subiecto primo, & immediato, sed in materia vt actuata forma substantiali, quatenùs ita recto dicit se ipsam, eunnotando tamen prædictam formam, & esse ab illa proueniens, quia cùm materia sit prima, & potissima potentia, poterit hoc ipso, quòd cognoscet esse, seu existentiam, subesse cuilibet actui.

85 Ex quo etiam ad secundam probationem eiusdem accidentis respondet Iunior quidam, satis esse ad diffinitionem accidentis, vt diffiniatur per subiectum denominationis: quare cum totum compositum sit subiectum denominationis illius, licet materia sit subiectum inhæsionis, inde est, vt meliùs per illud quippè notius, quàm per hanc, vt potè per se innotissimam diffiniatur.

86 Cæterùm solutio, quæ ad 1. probationem huius rationis adhibetur, falsò nititur fundamento: doctrina namque illa de existentia, & subsistentia partiali, lib. Phys. disp. 3. n. 50. & deinceps satis à nobis est falsitatis conuicta. Vndè malè etiam in eadem solutione colligitur, posse materiam immediatè recipere formas accidentales, quæ minoris entitatis, & ponderis sunt, ex eo quòd possit immediatè suscipere formam substantialem. Nam contra hoc est, quòd cùm forma accidentalis det esse secundùm quid præsupponens esse simpliciter, præexigit in materia formam substantialem tribuens prædictum esse simpliciter: at verò cùm forma substantialis det hoc esse simpliciter, atque adeò primam actualitatem ad tale esse præquisitam, non præexigit in materia aliquid actualitatis,

tatis, sed puram & nudam potentiam suam: & ita potest optimè materia nuda illi substerni, connotando tamen, quòd in eodem instanti coëxistat, & vt sic dicamus, consubsistat ad existentiam, & subsistentiam totius.

Ex quo vlteriùs illud, quòd ex Astudillo additur, cotruit, tum quia materia connotando formam non existit, aut subsistit vt *quod*, sed tantùm vt *quo* ad existentiam & subsistentiam totius: nam sicut solummodò totum fit vt *quod*, vt in hac eadem disput. num. 30. 31. & 32. & alibi sæpè diximus, ita etiam illud tantummodò existit vt *quod*: & consequentet istud, non verò materia connotando formam recipiet immediatè, & vt *quod* accidentia: tum etiam, quia si materia modo dicto considerata esset subiectum immediatum illorum, quid quæso obesset, quominus ipsa principaliter, & vt *quod* operaretur per illa? siquidem operatio accidentis tribuitur vt operanti *quod* suo subiecto principali, & vt *quod*: quare cùm certum sit, materiam non esse, quæ principaliter, & vt *quod* operatur, manifestum etiam erit, illam non esse subiectum *quod* accidentium. 85. Tandem id, quod ad secundam probationem eiusdem confirmationis respondetur, facilè infringitur ratione, quam innuunt Arist. & D. Thom. Metaph. text. 41. & 1. & nam cùm esse accidentis sit inesse, & ob hanc rationem diffiniatur per sunm subiectum, consequens est, vt potiùs sit diffiniendum per subiectum inhæsionis, quam per subiectum denominationis: ac proindè si materia prima esset subiectum vt *quod* inhæsionis illius, deberet per illam potius quàm per compositum substantiale diffiniri, maximè, quia si semel accidentia sunt in materia, tanquam in subiecto *quod* inhæsionis, non sit potissimum subiectum denominationis eorumdem: nam quodvis accidens potissimè denominat proprium subiectum *quod* ipsius.

Nec refert id, quod ibidem dicitur, scilicet, materiam esse ignotam: tùm quia si haberet actualitatem ad sustentanda accidentia, esset notior, quàm modò est, vt in statu puræ potentialitatis constituitur: tum etiam, quia non obstante, quòd materia sit ignota, nihilominùs forma substantialis diffinitur per illam, tanquam per additamentum, vt si dicas, forma est actus primus materiæ; hoc autem non ob aliud contingit, nisi quia est primum, & immediatum subiectum illius: ergo, & cætera.

§. V.

Diluuntur argumenta initio posita.

86 AD primum primæ sententiæ dicendum est, quòd licet generatio, provt est motatio substantialis, fit quid corporeum, seu, vt clariùs dicamus, quid materiale, & in eodem instanti extendatur per quantitatem nouì compositi denuò genetati, nouiterque tunc acquisitam, non tamen est necesse, vt pro illo priori, in quo præsupponitur ad formam substantialem, intelligatur extensa: quia illud, quod in illo priori circa generationem intelligitur, tantùm est esse viam naturalem ad esse simpliciter: & ita satis est intelligere illam secundùm suum esse materiale, id est, solùm provt pendet à materia, non verò provt pendet à quantitate, seu secundùm quod ab illa habet esse extensam.

Vndè in sensu explicato concedendum est antecedens, cuius probatio nihil amplius conuincit, quàm id, quod diximus, maximè, quia generatio, vt est mutatio substantialis, non est actus per se primò, & immediatè correspondens potentiæ genetatiuæ, sed resultat ex vi alterationis præcedentis præsupponentis materiam quantam per quantitatem compositi corrumpendi, & ideo non est necesse, quod inter generationem, & prædictam potentiam sit proportio illa in argumento petita, sed potiùs oppositi ùdebeat tatur: quia sicut generatio provt mutatio est immediatus transitus ad formam substantialem dantem esse simpliciter, ita non recipitur in materia, vt actuata per esse secundum quid: quare vtraque consequentia neganda est, & ad earum probationem patet ex dictis.

Ad primam & secundam confirmationem constabit ex dicendis in disp. de principio individuationis: pendet enim earum solutio ex his, quæ circa principium individuationis in eadem disp. dicenda sunt.

87 Ad secundum, concesso antecedenti, neganda est vtraque consequentia & ad probationem prioris, quæ sola peculiari solutione indiget, dicendum est, satis esse, quòd materia recipiat mediate, & vt quo, accidentia disponentia ad formam substantialem, ad hoc, vt ex vi illorum maneat disposita pro receptione illius: nam cùm nequeat habere esse secundum quid, priùs quàm esse simpliciter, vt ostensum est, non potest aliter per illa disponi: vndè dispositiones omnino antecedentes ad instans generationis subiectantur immediatè in toto composito corrumpendo; illæ verò, quæ illud concomitantur, recipiuntur in composito denuò genito & mediatè, & vt quo in materia prima illius.

Ad confirmationem, eligenda est prior pars illius dilemmatis, nimirum prædictas dispositiones perire illo instanti, sed neganda est consequentia statim illata, scilicet materiam non manere in illo instanti magis dispositam, quàm si dispositiones illæ nunquam introductæ fuissent: & ad probationem dicendum est, materiam solùm remotè, & mediatè denominari in illo instanti dispositam à dispositionibus illis accidentalibus: nam sicut in tempore immediatè præcedenti ad instans generationis habuerint esse, & non vltra, ita solùm eo tempore potuerunt immediatè formaliter, & per propriam entitatem disponere materiam: vndè id, a quo in instanti denominatur immediatè dispositum est sigillatio quædam ex præcedentibus dispositionibus relicta, per quam materia sigillatur, & determinatur ad certam, & peculiarem formam.

Adde, quòd sicut in hac sigillatione virtualiter manent prædictæ, dispositiones, ita etiam potest dici, quòd virtualiter, licet non formaliter preseuerat earum effectus, & ideo communiter dicunt Thomistæ materiam virtute dispositionum præcedentium manere in illo instanti dispositam, & determinatam ad certam formam, & consequentet virtute illarum prædictam formam introduci. Vtrum autem materia disponatur etiam in eodem instanti per dispositiones subsequentes, quas secum affert forma substantialis, ita vt licet hæc sit prior in genere causæ efficientis, nihilominus illæ sint priores in genere causæ materialis, & dispositiuæ: dicemus ex professo qu. sequenti.

88 Nec obstat si cum Suarez loco citato num. 26. & disput. 5 sect. 3. nu. 22. & aliis Auctoribus obiicias, tum sigillationem istam nihil posse in materia, si prorsus manet denudata prioti quantitate, & omnibus accidentibus: nam ex quo capite materia manet denudata ab omni esse accidentali, non potest esse accidens, & ex quo capite in sententia Thomistarum forma recipitur in eadem materia, provt est puta potentia in genere substantiæ, ac proinde carens omni alio ab illa distincto, non potest etiam esse aliquid substantiale: tum etiam, materiam esse ex se indifferentiam ad hanc sigillationem, & ad innumeras alias, vt ex se constat: ergo vel debet esse in materia aliquid, per quod determinetur ad prædictam

dictam sigillationem,& sic in infinitum. vel non erit ratio, ob quam habeat hanc sigillationem potiùs quàm aliam: tum denique nec sigillationem illam, nec introductionem formę substantialis in illo instanti aduenientis posse in aliquo generare causæ à dispositionibus præcedentibus causari,quippe in eodem instanti non existentibus & per consequens virtute illarum non introducetur forma substantialis, nec materia manebit sigillata ad illam.

Non itaque hæc obstat:nam ad priorem obiectionem saltim pro nunc dicendum est,sigillationem non esse aliquid accidentale, aut substantiale distinctum ab ipsa entitate materiæ.sed solùm puram, & nudam potentialitatem ipsius materiæ, vt radicaliter præhabentem hanc quantitatem compositi denuò producendi potiùs quàm aliam:ad hoc autem satis est prædicta potentialitas illius, connotando tamen si compositum illud fiat per generationem,quòd in tempore immediatè antecedenti præcesserint hæ numero dispositiones,& non aliæ,& quòd fuerint introductæ ab hoc potiùs agente, quàm ab illo: si verò fiat per creationem, quòd subdatur Deo actu creanti per actus infinitos sui intellectus, & voluntatis, vt vitualiter, & eminenter continet hoc compositum, potiùs quàm illod: nam hispositis connotatis, materia se ipsa absque aliquo alio iuxtinseco superaddito dicit habitudinem ad illam formam,pro qua dispositiones introductæ fuerunt, vel in ordine, ad quam agens infinitum illam sibi actiue subdidit, potiùs quàm ad aliam: atque adeò manebit sigillata hac potiùs quantitate, quàm illa,seu tadicaliter præhabebit hanc magis quàm aliam.

89 Itaque aliud est id,quod hæc sigillatio importat in recto,aliud verò,quod pro connotato affert: in recto quidem dicit puram potentialitatem materiæ:in obliquo verò, & pro connotato, quod præcesserint prædictæ dispositiones, vel illud quod iam explicuimus: & licet rectum illud semper ibi in actu signato fuerit, non tamen in actu exercito. & sub conceptu recti innititur, nisi in eo instanti, quia ad hoc exercitium, & ad rectum sub conceptu recti desideratur aliquod ex prædictis connotatis: & ita eo ipso quòd aliquod eorum ponatur, habebit materia prædictum exercitium per suam puram potentialitatem, & hæc potentialitas babebit rationem recti, vt talis,& consequenter materia manebit sigillata per modum puræ potentiæ ad prædictam formam. Sed hæc ampliùs loco citato pluribus exemplis elucidabuntur.Cur autem cùm compositum generatur, sufficiat prædictom connotatum,vt immediatè præcedens,non verò vt in eadem duratione concomitans,in solutione tertiæ obiectionis modò propositæ explicabitur.

Ad secundam obiectionem respondetur satis esse ad hoc,vt detur hæc potiùs sigillatio,quàm illa,quòd in tempore immediatè antecedenti ad instans generationis hæc potiùs alterario,quàm illa. & ista numero dispositiones,potius quàm illæ præcesserint:cùm enim sigillatio importet omnia prædicta, saltim in obliquo,& pro connotato, oportet, vt in eo ipso quòd detur hoc potiùs connotatum,quam illud,reperiatur etiam ibidem hæc sigillatio, & non illa.

90 Ad vltimam, negandum est antecedens pro vtraque parte. Pro prima quidem,quia cùm sigillatio ista coalescat,tam ex hoc connotato,quàm ex potentialitate materiæ,non potest non pendere ab vtroque. Pro secunda verò parte,quia hæc causalitas, ratione cuius dispositiones præcedentex causant introductionem formæ substantialis, tantùm est resultantia quædam naturalis,quatenus ex illis,vt ex termino primatio alterationis precedentis resultat forma substantialis.

Ad hanc autem naturalem resultantiam,& dependentiam modò dictam, non requiritur existentia dispositioum, quia ob specialem rationem suam fundantur in naturali ordine vnius post aliud,ex eo quòd ita sint ex natura sua res inter se cónexę,& colligatæ, vt post vltimam dispositionem introductiuam necessatio receptam in composito corrumpendo,non verò in sola materia debeat statim in instanti immediatè sequenti subsequi expulsio formæ præexistentis, & introductio subsequentis. Sed circa hæc videantur ea, quæ in lib. Phy disp.26.à n. 24 vsque ad 27. & disp. 12.n.69.& 80. diximus,vbi explicuimus, quomodo ad hoc, vt terminus secundarius subsequatur per naturalem resultantiam post primarium non est indispensabiliter requisitum, quòd sint in eadem duratione ex eo quòd ordo, connexio, & subsequutio vnius post alium sufficienter ialuatur in hoc, quòd vnus sit in vna duratione immediatè sequenti,quoties vnus illorum est ex natura sua incompossibilis cum alio in eadem duratione, vt in præsenti contingit: nam sicut forma generanda est incompossibilis cum forma corrumpenda, ita etiam cum accidentibus, quæ ob rationes dictas petunt subiectari in composito per illam constituto.

Nec refert id,quod idem Suarez disp. 54. sect. 3. num. 33. obiicit, scilicet totam alterationem præcedentem, & consequentet terminum eius. nempe dispositiones introductiuas esse per accidens requisitas ad tollenda solummodò impedimenta, quæ sunt ex parte passi,& consequenter ordinem, ac successionem inter illam alterationem,& eius termionm primarium ex vna parte,& sequentem actionem substantialem ex alia,non posse esse per se &, ita inde non sumi sufficientem rationem prædictæ determinationis.

Nam contra hoc est, quòd, vt ex dictis in hac disput. à num.15. vsque ad 19 constat, alteratio præcedens,vt subordinatur igni generanti,V.G.est vera, & propria actio generatiua compositi substantialis denuò generati, quæ per se primò terminatur ad vltimam dispositionem, & per se secundò ad formam ignis,ita vt repugnet ignem propria virtute elicere aliam actionem genetatiuam: vndè inter eam,& terminum eius primarium, scilicet vltimam dispositionem ex vna parte, & formam substantialem inde resultantem ex alia, non potest non esse ordo, & successio per se vnius post aliud ex naturis rerum petitus,vt explicatum est,

QVÆSTIO VIII.

Vtrùm accidentia recepta in toto composito denuò genito,& dimanantia à forma substantiali illud constituente, disponant materiam ad generationem, & receptionem illius.

POstquam explicuimus, an generatio substantialis recipiatur in materia disposita per dispositiones putè introductiuas, restat vt dicamus, an accidentia concomitantia formam substantialem,& abea in genere causæ efficientis ortum ducentia,& consequenter recepta in toto composito denuo generato, vt ex dictis constat, proxime disponat materiam pro generatione & receptione substantiali prædictæ formæ, ita vt in aliquo genere causæ sint priora, quàm generatio,& receptio illius.

Hæc autem quæstio secutatè à nobis tractaoda est, quia plures,& graues Theologicæ difficultates ab ea pendent,maximè verò illa,an contritio, & aliæ dispositiones gratiam in instanti infusionis ipsius concomitantes ab eadem gratia efficienter oriantur,& simul

in

in genere cauſæ materialis diſpoſitiuæ priores, quàm illa ſint.

§. I.

Refertur prior dicendi modus:

92 PArtem negantem mentiur auctores pro priori ſententia qu. præcedenti relati, eamque probant. Primò, nam accidentia iſta præſupponunt formam iam receptam in materia: ergo non poſſunt diſponere pro generatione, & receptione illius. Antecedens patet, quoniam præſupponunt totum compoſitum, vt ſubiectum illatum, & conſequenter formam ſubſtantialem iam receptam in materia. Conſequentia verò videtur apertæ: nam repugnat formam iam eſſe receptam, & requiri aliquam diſpoſitionem pro eductione, & receptione illius: ſicut repugnat tem iam eſſe productam, & deſiderari aliquid ad productionem eiuſdem.

Confirmatur, & explicatur primò: prius eſt, quòd diſpoſitiones ſint, quàm quòd cauſent, quia quod nihil eſt, nequit cauſare; ſed priùs quàm ipſæ ſint adeſt forma recepta in materia, imò totum compoſitum iam conſtitutum: ergo non poterunt cauſare receptionem formæ. Conſequentia videtur legitima: minor autem etiam conſtat, quoniam priùs eſt quòd forma, & compoſitum cauſent actiuè ſaltim per naturalem dimanationem prædicta accidentia, quàm quòd ipſa ſint; ſiquidem ante cauſalitatem ſuæ cauſæ efficientis nihil ſunt, cùm per illam habeant eſſe: ſed antequam forma & compoſitum actiuè influant, præſupponitur forma recepta in materia, & compoſitum conſtitutum; alioquin non poſſent agere, vt ex ſe conſtat, ergo priùs quàm diſpoſitiones ſint, adeſt forma recepta in materia, & compoſitum iam conſtitutum.

Confirmatur ſecundò, quia vel in illo priori, in quo accidentia iſta diſponunt ad generationem, & receptionem formæ ſubſtantialis, ſunt recepta in materia, vel non? Primum dici non poteſt, quia aliàs priùs eſſent recepta in illa, quàm generatio, & forma ſubſtantialis: ſiquidem in illo priori nondum hæ intelligerentur eſſe receptæ, ſi ſemel accidentia diſponunt pro receptione illatùm, cùm omne receptibile præſupponat ſubiectum diſpoſitum: ſi verò ſecundum aſſeratur, ergo in illo priori non diſponent materiam, quia non poteſt intelligi accidens tribuens ſuum effectum formalem in aliquo priori, niſi in eodem intelligatur efficiens ſuum ſubiectum, & conſequenter receptum in illo.

93 Secundò: quia aliàs forma ſubſtantialis attingeret effectiuè ſeipſam, at hoc implicat, vt ex ſe conſtat: ergo, &c. Probatur ſequela, quia quod actiuè attingit vltimam diſpoſitionem ad aliquam formam, attingit etiam eodem modo eductionem illius: vndè ideo ignis generans producit alium, quia vltimatè diſponit materiam pro generatione ipſius, ergo ſi accidentia effectiuè dimanantia à forma ſubſtantiali diſponunt proximè pro generatione eius, ſier inde, vt eadem forma attingat productionem ſui.

Tertiò repugnat tem aliquam eſſe veram cauſam ſuæ cauſæ efficientis; ſed accidentia iſta dimanant in genere cauſæ efficientis à forma ſubſtantiali denuò genita: ergo nequeunt habere aliquam cauſalitatem tequiſitam ad eſſe illius, & conſequenter nec diſponere pro generatione, aut receptione eiuſdem. Vtraque conſequentia eſt ſatis aperta: minor verò ſupponitur, & ex dictis 2. Phil. diſput. 10. quæſt. 7. conſtat: maior verò ſuadetur, nam eum cauſa efficiens agat quatenus eſt in actu, ac proindè quatenus præſupponitur exiſtens, non poteſt pendere in proptio eſſe à ſuo effectu, aliàs eſſet, & operaretur antequam haberet exiſtentiam: quod implicat.

94 Confirmatur primò: quia aliàs diſpoſitiones iſtæ præſupponerentur ad formam, vt habentes, & vt non habentes eſſe in eodem genere cauſæ, quod implicat. Sequela, quoad priorem partem conſtat, quia omnis cauſa in eo genere, in quo eſt cauſa, præſupponitur vt cauſans priùs ordine naturæ quàm ſuus effectus, vt talis habeat eſſe: ergo in eodem genere præſupponitur, vt habens eſſe, quia ante omnem cauſalitatem realem præter finalem præſupponitur aliquod eſſe cauſæ à parte rei. Quoad ſecundam verò partem etiam conſtat, quia impoſſibile eſt, aliquid habere eſſe in aliquo genere cauſæ, quod etiam in eo genere ſit priùs ordine naturæ, quàm concurſus ſuæ cauſæ efficientis ad ipſum, aliàs illud eſſe in illo genere, eſſet improductum: ergo id, quod præſupponitur in aliquo genere vt cauſa reſpectu ſuæ cauſæ efficientis, quantum ad eius eſſe præſupponitur in illo genere, vt non habens eſſe. Patet iſta conſequentia, quia præſupponitur ad eſſe ſimpliciter ſuæ cauſæ efficientis, & conſequenter ad eius concurſum.

Confirmatur ſecundò: quia aliàs forma, & totum compoſitum non præſupponerentur cum exiſtentia ad ſua accidentia; ſed hoc eſt falſum, vt conſtat: ergo, &c. Pater ſequela, nam tunc aliquid eſt exiſtens, quando eſt omninò extra cauſas, & omnes dependentiæ modos, qui ad eſſe illius deſiderantur, vt 1. Phyſ. diſput. 3. num. 55. diximus, & conſequenter non ſupereſt illi vlteriùs alia dependentia, extra quam non ſit: at ſi accidentia iſta eſſent cauſa materialis prædictæ formæ, ſupereſſet illi vlteriùs dependentia, extra quam in illo priori non eſſet, nempè dependentia ab his accidentibus diſpoſitiuis, quæ pro illo priori adhuc non intelligunturi eſſe, quippè quæ non intelliguntur cauſata: ergo pro illo priori antecederet ad huiuſmodi accidentia non præſupponerentur forma, & totum compoſitum cum exiſtentia.

96 Quarò: nam hoc ipſo, quòd hæc accidentia fluant à forma immediatè, & forma à generante, debet generans ſimpliciter inchoare actionem ſuam ab introductione formæ, ita vt non attingat actiuè accidentia, niſi per formam: ergo talia accidentia non poſſent diſponere ad introductionem, & generationem ipſius formæ. Antecedens ex ſe conſtare videtur: conſequentia verò probatur, quia diſpoſitio determinat generans ad introductionem formæ, non verò è contra: ideò namque genetans introducit hanc numero formam ſubſtantialem, quia materia eſt diſpoſita ad illam, & non ad aliam: at ſi generans inchoat actionem ſuam à forma, & per illam attingit accidentia, determinabitur ab eadem forma ad productionem illorum, & non è contra: ergo talia accidentia nequeunt eſſe diſpoſitiones pro generatione illius.

Tandem, repugnat aliquid eſſe prius & poſterius in eodem genere cauſæ, reſpectu eiuſdem, vt communiter docent omnes Philoſophi: at ſi accidentia iſta eſſent diſpoſitiones requiſitæ ad formam ſubſtantialem, & conſequenter ad generationem illius, iam eſſent priora, & poſteriora in eodem genere cauſæ reſpectu eiuſdem formæ: ergo, &c. Minor patet, nam ex quo capite accidentia iſta ſubiectantur in toto compoſito, ac proinde etiam in forma ſubſtantiali illud conſtituente, præſupponeretur eadem forma in genere cauſæ materialis ad illa, imò etiam in hoc eodem genere erit ipſa generatio prior, quatenus eſt conditio requiſita ex parte ſubiecti ad hoc, vt in illo inſtanti poſſit recipete accidétia, & ex quo capite

runt habere priotitatem secundùm quid requisitam, & sufficientem ad hoc vt munus causæ dispositiuæ respectu ejusdem formæ sortiantur. Consequentia patet, quia ex nullo alio capite poterat hæc mutua causalitas repugnare, nisi ex eo, quòd causa efficiens respectu sui effectus, atque adeò forma respectu horum accidentium, necnon & causa receptiua eotundem, debeat esse non solùm in vno ordine, sed absolutè, & simpliciter priores, cum qua priotritate posteriortatem in alio ordine non rectè cohærere videri posset.

100 Antecedens autem potest ex his quæ 2. Phys. disp. 15. qu. 2. fusiùs diximus, quoad omnes causas, vsque ad dispositiuam exclusiuè sic explicari: nam hæc prioritas, absolutè, & simpliciter vnius causæ collatæ cum alia, non consistit in hoc quòd sit omnibus modis prior: sed in eo, quòd vna det alteri, quòd causet, vel ex eo quòd tribuat illi, vel eius causalitati propriam entitatem, & non è contrà: vnde quia finis tribuit efficienti, vt agat, & materiæ vt recipiat, formæ verò vt informet, quia omnes istæ causæ propter finem causant, & consequenter habent ab eo, vt in ptoptiis generibus influant, non verò è contrà: indè finis est absolutè, & simpliciter prior aliis, solétque causa causarum nuncupari, quamuis sit etiam suo modo posterior, quatenus secundum suum esse reale exercitum ab efficienti causatur.

Quia verò licet efficiens non tribuat causæ materiali, vt materializet, cum hoc non conueniat ei, vt efficientis, sed vt in tuo genere est causa, attamen communicat illi propriam entitatem, saltim per modum conieruantis eam, vt 1. Physic. disput. 4. num. 36. diximus; non tamen è conuerso, causa materialis communicat enitatem suo efficienti, inde fit, quòd efficiens absolutè, & simpliciter sit prior causa materiali, quamuis etiam ipsum efficiens, quoad suam causalitatem, vt potè materialem, ab ipsa materia in suo genere causæ materialis tanquam ab aliquo simpliciter posteriori, & secundum quid priori dependeat.

101 Similiterque quia efficiens, licèt non tribuat causæ formali vt formalizet, cùm id non competat illi vt effectus efficientis, sed vt in suo genere est causa; tamen communicat illi, vel suam entitatem, vt in formis materialibus contingit, vel saltim entitatem suæ causalitatis, nempè informationis, vt in anima rationali euenit, non tamen è contrà ipsa forma per modum causæ intrinsecè (in quo sensu de illa loquimur) tribuit efficienti suam entitatem, vel entitatem suæ causalitatis: inde est, quòd efficiens absolutè, & simpliciter sit prior causa formali, quamuis ex eo quod dependeat quoad suam causalitatem quodammodò, licet non adeò strictè à forma secundùm rationem dictam considetata, quatenùs scilicet non erit causalitas formæ respectu sui effectus, ideò efficiens est secundùm quid posterior ipsa causa formali.

Deinde: quia forma non tribuit materiæ in genere causæ formalis propriam entitatem, aut vnionem, scilicet receptionem, per quam causatura est, sed tantùm esse essentiæ specificum, & esse existentiæ. è contra verò materia tribuit in genere causæ materialis formæ materiali propriam entitatem, per quam formalizet, & spiritualì realitatem informationis, per quam informet, quia hæc ex eius potentia educuntur, itèò materia est absolutè prior, quàm forma. De his tamen videantur omninò ea, quæ loco citato ex 2. Physic. diximus.

102 Ex quo etiam idem antecedens, quoad vltimam causam, scilicet dispositiuam, quæ ad materialem reducitur, manet explicatum, quia tam forma, quàm compositum tribuunt his accidentibus, ab eis-

dem in genere causæ efficientis, & receptiuæ profluentibus propriam entitatem; secus tamen vice versa, quandoquidem non desierantur necessariò ad hoc, vt forma absolutè, & simpliciter recipiatur, sed ad hoc, vt connaturaliter ibidem sit, & ita posse manere forma, vt recepta in hac numero materia, & consequenter hoc numero compositum, quamuis forma actu nullam secum afferret dispositionem, essétque in statu præternaturali. aut miraculoso. Vndè prædictæ dispositiones sunt absolutè & simpliciter posteriores, quàm forma; habent tamen prioritatem in proptio genere, quæ collata cum aliis prioritatibus est prioritas secundùm quid.

§. IV.

Soluuntur fundamenta priorij sententiæ.

103 VT meliùs, & radicitus aduetfariorum fundamenta (quæ adeò Franciscum Suarez conuicerunt, vt asserat ea non posse probabiliter solui) conuellantur, recolendum est id, quod 2. Physic. disput. 8. n. 28. notauimus, scilicet prioritatem naturæ non esse prioritatem in *quo*, ita vt vnum sit sine alio, sed tantum à *quo*, seu *quia*: vnde dispositiones esse priores in genere causæ materialis, non denotat eas esse sine forma, sed quòd forma introducatur, quia illæ dispositiones sunt in materia saltim, tanquam in subiecto remoto, seu quod receptio formæ modo iam dicto pendeat à prædictis dispositionibus.

Ex quo fit, quòd licet dependentia essẽctuum à suis causis, & causarum, ad inuicem sit realis, ac proindè sicut ibi sunt quatuor reales causalitates, ita debeant esse totidem dependentiæ reales, nihilominùs illa instantia, in quibus intelligimus istas naturæ prioritates, seu dependentias non sunt distincta instantia realia, sed à nostro intellectu, cum fundamento tamen in re multiplicata, ideóque solent signa rationis nuncupari, & ita idem instans indiuisibile temporis in quatuor instantia, seu signa rationis iuxta quatuor genera causalitatis partimur, & vnum instans damus causæ efficienti, & eius causalitati, & aliud causæ formali, & eius influxui, & sic de reliquis: & in quolibet horum instantium, & in quauis prioritate naturæ solùm debent per præcisionem purè præcisiuam concipi ea, quæ pertinent ad illud genus, siue per modum causæ, siue per modum effectus, vt talis, non tamen per præcisionem negatiuam neganda sunt ea, quæ spectant ad alia causarum genera, in quibus illud, quod aliàs est prius, potest esse posterius.

104 His ergo suppositis, ad primum, si propriè, & in rigore loquamur, negandum est antecedens: nam cùm hæc instantia sint instantia, & signa rationis, non sunt instantia in *quibus* essendi, id est in *quibus* vnum sit sine alio, sed solum in quibus intelligendi, id est in quibus vnum potest intelligi, non intellecto alio: vnde, quia per hoc, quòd absolutè dicatur vnum esse prius alio, denotatur, si in rigore loquamur, prioritas essendi in *quo*, non verò sola prioritas intelligendi: ideò sit cum eodem rigore loquendum sit debet negari illud antecedens scilicèt accidentia ista præsupponere formam iam receptam in materia.

Si autem intelligatur de præsuppositione intelligendi, ita vt sit sensus, quòd priùs intelligatur forma recepta in materia, quàm prædicta accidentia intelligantur esse, aut dis ponere: tunc distinguendum est, & concedendum de receptione formæ, quoad ea quæ essentialiter important; secùs verò quoad illa, quæ tantùm connaturaliter affert.

Itaque licèt possimus intelligere formam esse receptam in materia, quoad ea, quæ talis receptio indispensabiliter importat, absque eo,quòd intelligamus accidentia consequuta ad ipsam, quod satis est ad hoc,vt totum compositum ex materia & forma sit subiectum illorum; non tamen possumus intelligere eam esse connaturaliter receptam,non conceptis prædictis accidentibus, quoniam connaturalis receptio illius pendet ab istis,atque adeò talia accidentia possunt optimè disponere pro connaturali receptione talis formæ.

105 Ex quo etiam fit, quòd forma vt recepta sit absolutè, & simpliciter prior, quam prædictæ dispositiones, secundùm quid verò posteriot illis, & consequenter quòd ab illis non dependeat nisi tanquam ab aliquo simpliciter posteriori, & solùm secundùm quid prioti. Nam cùm in quauis re id,quod essentiale est, sit simpliciter prius quouis alio non essentiali, inde fit, vt forma, quæ quoad essentialia suæ receptionis non pendet ab his accidentibus, sed potiùs est, vt sic prior illis, prioritatem simpliciter, & absolutè, respectu illorum sibi vendicet;eadem verò propter dependentiam ab eisdem accidentibus, in modo non quidem essentiali, sed connaturali suæ receptionis, posteriorem duntaxat secundùm quid, scilicet in genere causæ materialis dispositiuæ respectu eorum iortiatur.

Ex quibus ad primam confirmationem respondetur,admissa maioti,concedendo minotem,intellectam de prioritate intelligendi, ac de forma vt recepta quoad essentialia talis receptionis; negando verò eandem de forma,vt intelligitur connaturaliter recipi. Et ad probationem concessa maioti de priotitate intelligendi putè præcisiua, distinguenda est minor eodem modo, ac præcedens, quia in illo ptiori tantùm iotelligitur forma vt recepta secundùm essentialia receptionis, non verò quoad ea, quæ receptio connaturalis importat.

106 Explicatur magis hoc ipsum ; licèt prædicta receptio quoad sua essentialia possit intelligi per cognitionem putè præcisiuam non intellectis dispositionibus,cùm vt sic ab illis non dependeat,vt dictum est;non tamen potest præcisionem negatiuam intelligi sine illis, id est, negata absolutè & simplicitet dependentia ab ipsis:nam ea quæ essentialiter desiderãtur ad receptionem non possunt, naturaliter loquendo, atq; adeò absolutè,& simpliciter esse sine illis,& consequentet illa prioritas,qua forma præsupponitur receepta ante dispositiones, uon est prioritas libera ab omni posteriotiate in alio genere, alioqui non esset putè præcisiua,sed est talis conditionis,vt licèt primò possit, & debeat concipi forma vt recepta, quoad sua essentialia, & dependentia dispositionum ab ea, non concepta dependentia, seu posteriotitate, quam à suis dispositionibus habet ; nihilominus ad hoc vt concipiatur quidquid ibi debet concipi, si res adæquatè, quoad omnes dependentias concipienda est, non potest non intelligi alia prioritas in genere causæ materialis dispositiuæ,quæ concipiatur esse aliquo modo simul cum ptioritate compositi,& formæ,in qua prædicta accidentia concipiuntut esse secundùm quid priora, ne ptioritas illa intelligendi, qua forma & compositum intelliguntur ptiora,sit prioritas intelligendi negatiua.

107 Nec obstat si obiicias, formam in illo ptiori, in quo simpliciter præcedit dispositiones, esse connaturaliter causam effectiuam illarum: ergo pro illo priori antequam ipsæ dispositiones intelligantur, est connaturaliter recepta in subiecto: nam sicut nequit caulare, nisi vt recepta, ita non potest connaturaliter caulare,nisi vt coonaturalitet recepta:ergo connaturalis receptio formæ non dependet in genere causæ dispositiuæ à prædictis accidentibus.

Non itaque hoc obstat: nam concesso antecedenti distinguendum est primum consequens, & concedendum de receptione connaturali, connaturaliiate debita pro illo duntaxat priori causalitatis effectiuè prædictorum accidentium, negandum verò de connaturalitate simpliciter quæ in illo instanti ipsi formæ debetur, atque adeò absolutè neganda est vltima consequentia. Etenim ex quo capite forma pro illo priori habet quidquid requiritur ad hoc, vt per naturalem dimanationem sit causa effectiua prædictorum accidentium, est etiam connaturaliter in materia connaturalitate ad hoc munus, & pro tali priori requisita: ex quo verò capite absolutè, & simpliciter loquendo, non posset esse in toto illo instanti reali, sine eisdem accidentibus, quia talis essendi modus esset miraculosus, fit inde vt talia accidentia desiderentur ad receptionem simplicitet & absolutè connaturalem eiusdem formæ.

108 Ad secundam confirmationem respondetur accidentia in eodem instanti, in quo disponunt esse teuera recepta in composito vt in subiecto immediato, in materia verò, vt in subiecto mediato, & remoto. Cæterùm in illo priori causæ dispositiuæ, in quo intelliguntur disponere, & per consequens materiam dependere ab illis quoad receptionem iam dictam formæ non intelliguntur receptæ; quia eùm illud prius intelligendi causam dispositiuam, tantùm sit prius intelligendi illam secundùm quod est prior eadem materia, ita vt materia intelligatur pendere à causa dispositiua, non verò è contrà: fit inde, vt dispositiones istæ non intelligantur in illo ptiori receptæ in materia, ratione cuius receptionis ipsæ sunt effectus materiales illius, sed solùm concipiantur per conceptum putè præcisiuum, vt informantes totum, & materiam, vt in eo ineluſam, quamuis quia hæc informatio desideratur ad præparandum prædictam materiam in ordine ad receptionem formæ,ideò causalitas hæc dispositiua, licèt proueniens ab his accidentibus, vt informantibus reducatur ad causam materialem.

Ad secundum neganda est sequela, & ad probationem transeat pro nunc antecedens, intellectum de illo quod attingit vltimam dispositionem,& simul ac distinctam à forma in ordine, ad quam est talis dispositio; secùs verò, quando id,quòd attingit vltimam dispositionem, non est distinctum ab ipsa forma, vt in præsenti contingit. Adde, quòd ad minus id, quod tantùm est causa vltimæ dispositionis per modum naturalis sequelæ, nequit esse causa effectiua formæ, quia naturalis sequela harum dispositionum petit, quod sit à forma, & consequentet quòd ipsa intelligatur præsupponi.

109 Ad tertium distinguenda est maior,concedenda de causalitate effectiua respectu propriæ causæ efficientis, neganda verò de causalitate in alio genere, & simpliciter posteriori, scilicet in genere causæ dispositiuæ necessariò desideratæ ad connaturalem receptionem formæ actinè influentis. Per quod etiam ad probationem in contrarium adductam satis patet. Ad id verò, quod vltimo loco additur, dicendum est, nequaquam sequi ex hoc, quòd forma pendeat à dispositionibus, vt à causa materiali, quòd opetetur antequam habeat existentiam, vt in solutione ad secundam confirmationem huius argumenti magis constabit.

Ad primam confirmationem neganda est sequela, quoad secundam eius partem, & ad eius probationem

nem negandum est antecedens, intellectum de ptioritate secundùm quid, & in genere causæ materialis dispositiuæ, quæ sit ptiotitas intelligendi purè præcisiua, quia benè possunt intelligi hæc accidentia, vt habentia suum esse, & secundùm illud actuantia totum & materiam, quin intelligantur habere illud esse à sua causa efficienti, licèt teneràillud in eo instanti ab ea participent: vnde non sequitur, quòd esse illud sit imptoductum, sed solùm, quòd per cognitionem purè præcisiuam intelligatur in illo ptioti non intellecto quòd sit productum.

Imò licèt illud esse possit, & debeat ptiùs ptioritatè simpliciter intelligi, vt habens esse ptoductum à sua causa efficienti, nihilominùs ptovt intelligitur esse causa dispositiua, non potest intelligi vt effectus, licèt non intelligatur esse causam dispositiuam negatà ratione effectus: quia illa accidentia quatenus sunt causa dispositiua, non sunt teduplicatiuè, & formaliter effectus efficientis: & ita repugnat, quòd præcisè in illo genere, in quo sunt causæ, scilicet in genere causæ materialis, intelligantur esse aliquid productum, & consequenter vt effectus causæ efficientis. Vndè neganda est consequentia illatiua subsumpta, ad cuius probationem satis constat ex dictis, quomodo licèt in nulla ptioritate, etiam intellectionis, possit aliquid præsupponi, vt non habens esse à sua causa efficienti, id est intelligi negata dependentia ab illa, possit tamen præsupponi ptioritate intellectionis ad esse suæ causæ efficientis, id est intelligi non intellectà suà causà efficienti actu causante illud, licèt teneràin eodem instanti abea causetur.

110 Ad secundam confirmationem neganda est sequela iuxtà iam dicta, quia teneràforma substãrialis, & totũ vt existentia, simpliciter, intelliguntur ptiora ptioritate simpliciter, quàm dispositiones: & ad probationem patet ea his, quæ 1. Phys. disp. 3. n. 59. diximus, scilicet sufficere ad hoc, vt totum substantiale sit existens, esse extra omnes causalitates, & dependentiæ modos ptoprij generis, & extra causam efficientem qnoad eosid quod ex natura ipsius existentiæ substantialis satis colligitur: nam hæc est vltimum complementum essentiæ, & perficit illam in ptoprio genere, scilicet substantiæ. Vndè sicut ea qno capite est complementum ptoprij generis, debet aduenire ante alia extranei generis, ac ptoindè ante accidentia: ita ea quo capite est vltimum complementum, debet statim esse post omnia alia ptoprij generis: maximè, quia dependentia totius ab accidentibus, est dependentia ab alio, vt à re inexistente, & consequenter innitente inalio, vt in re, quæ priùs, & simpliciter existere intelligitur.

Ad quartum concedendum est antecedens: iuxta dicta, & neganda consequentia ad probationem verò dicendum est, quòd forma substantialis, quippè prior, quàm accidentia, intelligitur in genere causæ efficientis quasi determinate priùs simpliciter agens ad hoc, vt attingat actiuè dispositiones: cæterùm dispositiones ipsæ, vtpotè priores priuritate intelligendi in genere causæ materialis, & secundùm quid, quàm ipsa forma intelliguntur disponere, & in hoc genere determinare idem agens ad productionem eiusdem formæ.

111 Ad vltimum, distinguenda est maior: repugnat aliquid esse prius, & posterius in eodem genere causæ proximo, verum est; in remoto verò falsum: & eodem modo concedendi, vel negari debet minor: contra quodnihil obest probatio, quia tantùm conuincit compositum, & formam, vt in eo inclusam, esse causam materialem receptiuam dispositionum: at verò dispositiones esse tantùm causam materialem dispositiuam respectu formæ, vt modo dicto recipiendæ vndè, licèt vtraque pertineat ad genus causæ materialis remotum, non tamen proximum, quia causa materialis vt sic, bipartitur tanquam in diuersas species in causam materialem, receptiuam, & dispositiuã.

Potestque hoc explicari exemplo causæ finalis, quæ in opinione probabili multorum diuiditur in diuersa genera, scilicet in finem, *cui & cuius gratia*, & ideò potest vnum, & idem esse prius, & posterius in eodem genere causæ finalis remoto, secus tamen proximo: Quare, vt plures docent Thomistæ Incarnatio Christi est prior in ratione finis *cuius*, quàm genus humanum, quia hoc ad ipsius gloriam ordinatum fuit: in ratione tamen finis *cui* fuit posterior eodem genere humano, quia illa ad vtilitatem, & redemptionem huius voluta est.

§. V.

Occurritur alia via eisdem argumentis.

112 QVia ex D. Th. doctrina duplici via solet argumentis aduersariorum satisfieri: prima quidem, quæ non minùs procedit in dispositionibus requisitis ad alias formas, qualis est gratia sanctificans, quam in his, quæ pro receptione formæ substantialis delidetantur, de qua satis §. præcedenti diximus: secunda verò, quæ specialius in dispositionibus pro receptione substantialis, & in forma ipsa, vt dependenter ab illis recepta militat, quæque in hac materia valdè fundamentalis est: ideò in gratiam doctrinæ S. Doctoris ad maiorem illius intelligentiam placuit aliter iuxta hanc secundam viam eadem argumenta aduersariorum diluere.

Quod vt clariùs præstemus, præmittenda est doctrina quædam D. Th. valdè notanda, qu. de Anima, art. 9. in corpore, & in solutione ad quantum & ad decimum septimum & 1. part. q. 76. artic. 6. ad primum, vbi sic ait: *Dicendum, quòd sicut ex præditis patet, forma perfectior virtute continet quidquid est inferiorum formarum, & ideo vna, & eadem existens perfectè materiam secundùm diuersos perfectionis gradus: vna enim & eadem forma est per essentiam, per quam homo est ens actu, per quam est corpus, per quam est viuum, per quam est animal, & per, quam est homo: manifestum est autem, quod vnumquodque genus consequuntur propria accidentia: sicut ergo materia praintelligitur perfecta secundùm esse ante intellectum corporeitatis, & sic de aliis: ita praintelliguntur accidentia, qua sunt propria entis ante corporeitatem: & sic praintelliguntur dispositiones in materia ante formam, non quantam ad eius nemetius effectum sed quantum ad posteriorem.*

113 Et licet ex his solis D. Thom. verbis benè intellectis omnia primæ sententiæ fundamenta maneant soluta, nihilominùs maioris perspicuitatis gratia singula percurremus. Ad primum ergo, & eius confirmationes satis constat, quia iuxta hunc modum dicendi forma substantialis non priùs recipitur, secundùm quod eget dispositionibus, quàm dispositiones ipsæ; sed priùs, & absq; aliqua dispositione intelligitur recipi, secnndùm quod dat ptiorem gradum, quia materia seipsa est determinata & consequenter sufficienter præpatata, ad recipiendam formam substantialem, secundùm rationem generalem formæ substantialis, quia semel secundùm hanc rationem receptà intelliguntur subsequi accidentia ptopria huius gradus, & hæc disponere, non quidem pro receptione prædicti gradus, sed tantùm pro receptione secundi, qui ordine generationis intelligitur esse posterius, & sic de aliis. Non secùs, proportione tamen seruata, ac voluntas seipsa absque habitibus est determinata

minata, & inclinata ad bonum in communi, quamuis ad hoc vt sit peculiariter determinata ad bona particularia, egeat habitibus, quibus in hoc potiùs bonum quàm in aliud inclinetur.

114 Ad secundum etiam patet, nam vt forma substantialis effectiuè attingeret se ipsam, oportebat, quòd attingeret dispositiones illas ordine durationis præcedentes, & signillantes materiam ad hanc potiùs formam, quàm ad illam. Et ratio est aperta: nam cùm forma substantialis proeedat effectiuè per naturalem resultantiam ex alteratione præcedenti, & termino eius primario, fit inde solum illud agens attingere effectiuè præfatam formam, quod effectiuè attigerit alterationem illam, & eius terminum primarium, scilicèt dispositiones ordine durationis antecedentes: cumque nihil istarum in præsenti inueniatur, vt ex dictis patet, ideò omnia quæ in argumento adducta sunt, euanescunt.

Ad tertium etiam constat, quomodò non colligatur, ex hoc, quòd accidentia subsequuta per naturalem dimanationem ad primum gradum disponant ad secundum, quòd prædicta accidentia habeant rationem causæ, respectu suæ causæ efficientis, quandoquidem non disponunt ad illum gradum, à quo actiuè dimanant.

Per quod etiam prima confirmatio manet soluta. Ad secundam verò dicendum est, quòd licèt ad hoc, vt equus, V. G. & forma in illo ineluſa intelligatur existens secundùm rationem peculiarem, & atomam suæ existentiæ, desideretur esse extra omnes causas, & dependentiæ modos proprij generis, vt n. 110. dicebamus, nihilominùs, vt sic existens secundùm rationem generalem existentis substantialiter, satis est, vt intelligatur esse extra causalitatem causæ efficientis, & aliorum quæ ad primum gradum desiderantur, ac tandem extra causalitatem eiusdem existentiæ secundùm rationem generalem existentiæ substantialis.

Ad quartum, & quintum constat ex dictis, quia vtrumque innititur in hoc, quòd forma secundùm eandem formalitatem, secundùm quam est causa efficiens respectu suorum accidentium, egeat illis, vt dispositionibus materiæ pro receptione illius, cuius oppositum iuxta hanc secundam D. Thom. viam dicendum est.

115 Cæterum, doctrinam hanc S. Doctoris, & argumentorum solutiones (inquit Suarez numer 29.) numquam sibi placere, aut satisfacere potuisse, * Primò quia illa distinctio formæ secundùm diuersos gradus, est distinctio rationis per nostros conceptus præcisos, aut confusos: ergo nihil refert potest ad realem causalitatem, & inhæsionem accidentium in materia, vel composito: tum etiam quia si loquamur de forma secundùm primum gradum formæ substantialis, introducitur in materiam determinata forma, & distincta à reliquis; non enim introducitur forma in communi ergo antecedit dispositio præparans materiam: tum præterea, quia forma quæ corrumpitur, non prius expellitur sub gradu generico, quàm specifico: nam est impossibile intelligere gradum specificum sine generico, quia hoc est quasi fundamentum illius: vnde, si aliquis ordo deberet intercedere, inchoandum esset ab inferioribus gradibus: ergo nec forma opposita introducitur prius secundùm gradum generieum. Tum denique falsum est, agens prius disponere materiam ad gradum generieum; nam ignis, V. G. non disponit ad formam elementi, nisi disponendo ad formam ignis, & sic de aliis. * Huc vsque Suarez.

116 Quibus addi potest primò, quòd dispositiones pro aliquo gradu debent peculiariter determinare pro illo eodem gradu, alioqui non essent magis dispositiones pro illo determinato gradu, quàm pro alio, ai quantitas subsequuta ad gradum corporis, & accidentia propria illius, non magis determinant materiam pro receptione formæ tribuentis gradum mixti, quàm oppositum: ergo, & cæt. Minor patet, nam sicut corpus est indifferens ad hoc, vt contrahatur per simplex, & mixtum, quæ sunt differentiæ diuisiuæ illius, ita accidentia ad illud subsequuta non magis disponunt, & determinant materiam ad formam tribuentem esse corporis simplicis, quàm mixti.

Addi secundò potest, existentiam esse iuxta nostram, & D. Thom. sententiam, vltimam actualitatem intra lineã substantiæ, ergo nequit aduenire vsquedũ adsint omnia prædicata essentialia, & consequenter in illo priori, in quo intelliguntur dimanare accidentia propria vnius gradus superioris, non intelligetur talis gradus existens: maximè, quia, vt communiter docent Philosophi, existentia quippè accidens prædicabile respectu essentiæ, non conuenit gradibus superioribus, nisi ratione individui: vnde quia homo existit, ideò Petrus existit, sed potiùs è contra, quia Petrus est existens, ideò homo existit: ac proinde, vsque dum intelligantur omnia prædicata essentialia, & individuum illa includens, nondum intelligetur aliquod ex illis existere.

117 Ad hæc tamen facilè respondetur, ad primam quidem impugnationem, quod licèt gradus. V. G. viuentis non distinguantur, nisi solùm virtualiter à gradu animalis, nihilominus accidentia subsequuta ad viuens distinguuntur realiter ab animali: & ita quamuis facta collatione inter viuens, & animal tantùm detur virtualis dependentia, nihilominùs facta comparatione inter prædicta accidentia, & gradum animalis, reperietur realis dependentia, realisque causalitas, & ideò ex hoc capite nihil deest, quominùs accidentia dimanantia à forma secundùm gradum viuentis disponat ad eandem secundùm gradum animalitatis.

Ad secundam dicendum est, quòd loquendo de forma secundùm primum gradum formæ substantialis, tunc intel igitur introduci in materiam determinata forma, non quidẽ in specie stoma, sed vt individuum quasi geneticum immediatè contentum sub forma substantiali, vt sic, atque adeò secundùm istam rationem distincta à reliquis aliis. Vnde concesso antecedenti, iuxta hunc sensum distinguendum est consequens, & negandum de dispositionibus dimanantibus ab eadem forma, & concedendum de dispositionibus ordine durationis antecedentibus ad illam: nam materia ratione dispositionum antecedentium instans generationis, & in eo desinentium, manet primò signillata ad hanc numero substantialem formam. prout est individuum quasi geneticum immediatè contentum sub forma substantiali vt sic.

Ad tertiam, concesso antecedenti, neganda est consequentia: nam sicut ordo resolutionis est diuersus ab ordine compositionis, & generationis, ac propterea domus incipit à fundamentis, vsque ad tecta, & destruitur ordine inuerso, ita quando forma aëris, V. G. intelligitur expelli, secundùm quod est aëris, tunc potest intelligi, quòd forma ignis, V. G. introducatur ordine inuerso, sed necessariò commutato, scilicet secundùm primum, & superiorem gradum, qui quatenùs prouenit à forma ignis, opponitur etiam formæ aëris, & gradibus ab ea prouenientibus. Vndè (vt ita obiter soluatur obiectio, quæ hîc fieri poterat) licèt quatenùs intelligitur expelli forma aëris secundùm vltimum, seu specificum gradum, non intelligatur expelli secundum alios superiores; numquam tamen potest cum fundamento intelligi

telligi hos gradus, vel aliquem eorum esse simul cum aliquo gradu formæ ignis denuò aduenientis, sed solùm per cognitionem potè præcisiuam potest concipi exclusio vnius, nihil concipiendo de expulsione aliorum.

118 Ad quartam, negandum est antecedens, & ad probationem dicendum est, quòd licèt ignis agens disponat materiam per easdem illas dispositiones simpliciter antecedentes, de quibus in argumento fit sermo, ad formam ignis, & elementi; nihilominùs, quia illæ qualitates dispositiuæ intelliguntur, priùs habere rationem qualitatis elementalis, quàm rationem talium qualitatum, ideò priùs intelliguntur disponere ad formam elementi; quamuis quia non vtcumque sunt qualitates elementares, sed participantes talem portionam qualitatis elementaris, quæ sit calor, & non frigiditas, vel siccitas, & non humiditas; ideò disponunt, non solùm pro forma elementi, vt sic, sed pro forma, quæ participet talem portionem formæ elementaris: vt sit potiùs forma ignis, verbi gratia, quàm alterius elementi.

Ex quo ad id, quod primo loco additur, dicendum est, probate intentum quoad quantitatem, vt sic, non verò quoad illam sumptam secundùm suam individuam rationem sub ratione illa generali contentam: nam hæc sic considerata petit oriri à forma tribuente hoc numero esse corporeum, provt est individuum immediatum corporis vt sic potiùs quàm ab alia forma dante aliud numero esse corporeum, quod sit etiam individuum immediatum eiusdem corporis vt sic, ac proinde talis quantitas, vt est hæc, & individua, exigit formam, quæ petat potiùs coniungi, seu identificari cum gradu, verbi gratia, mixti, quam cum opposito: & ita quantitas ista, secundùm hanc considerationem potiùs disponit pro forma corporis mixti, quàm pro forma corporis simplicis.

Itaquè ad hanc formam equi, verbigratia, provt est individuum quoddam quasi generícum immediatè contentum sub forma substantiali, vt sic, ac proinde provt tribuit huic primum gradum substantialem, quatenùs eodem proportionali modo habet rationem individui immediatè contenti sub primo gradu substantiali vt sic, seu, quod in idem redit, vt est hæc portio substantiæ, & non alia, solùm requiruntur dispositiones ordine dutationis antecedentes, vt nuper num. 117 diebamus, ab hoc autem esse substantiali sic individuato, seu ab hac portione substantiali intelliguntur proximè dimanare hæc potiùs accidentia, quàm alia; quæ magis intelliguntur disponere pro hac forma corporis, provt est individuum quasi generícum, & immediatum formæ corporis vt sic, quàm pro alia: & rursus ab hac numero forma sic sumpta, & ab hoc esse corporeo ab ea prouenientе, provt est eodem proportionali modo individuum, intelligitur oriri hæc potiùs quantitas, quàm illa, quæ magis intelligatur disponere pro hac forma mixti, &c. quàm pro alia, quamuis totum hoc ortum habeat, tanquam ex radice, ex figillatione iam dicta.

119 Ad id, quòd secundo loco additur, dicendum est iuxta hanc D. Thom viam admittentem accidentia quasi mediantia inter primum & secundum gradum, necessariò concedendum esse, quòd materia provt recipit primum gradum, & antequam adueniant accidentia disponentia pro secundo, existat per existentiam substantialem secundùm rationem generalem existentiæ considerata: ne priùs habeat esse secundùm quid, quàm esse simpliciter. Vndè ad probationem in contrarium dicendum est, ex hoc quòd existentia, verbi gratia, Petri sit vltima actualitas, solùm colligi illam, vt facit existere eundem Petrum, quatenùs talem, esse vltimum, quod intelligitur aduenire in tota linea substantiæ, & eandem, vt constituentem gradum corporis in ratione existentis, non actuari, aut determinari per gradum mixti, sed semper remanere in ratione vltimæ actualitatis, quatenus & semper est vltima in quouis gradu, & ita actuat, vt vlteriùs non actuetur per aliquid à se distinctum.

Ad illud denique, quod vltimo loco ibidem subiungitur, dicendum est, quòd licèt existentia intelligatur conuenire gradui magis superiori ratione individui, non tamen ratione individui, vt contrahit rationem atomam, sed ratione differentiæ individualis, vt intelligitur determinare gradum illum magis superiorem, verbi gratia, corporis ad hanc specialem proportionem, quæ potiùs petat coniungi cum gradu mixti, verbi gratia, quàm cum opposito. Nec inconuenit per intellectus considerationem, cum fundamento tamen in re admitti individuum generis, dummodò reipsa non detur tale individuum, quin sub aliqua atoma specie contineatur.

DISPVTATIO III.

De corruptione simpliciter, seu substantiali.

GENERATIO, & corruptio substantialis, habent inter se aliquem nexum, iuxta illud commune axioma, Generatio vnius est corruptio alterius: ita tamen vt generatio sit per se primò intenta; & ideò meritò post disputationem de Generatione simpliciter, statim de corruptione simpliciter, seu substantiali sermonem instituimus.

QVÆSTIO I.

An, & quid sit corruptio simpliciter, seu substantialis, & quis eius terminus.

1 DEcisio huius quæstionis ferè constat ex his, quæ præcedenti disp. dicta sunt, & ideò paucis absoluenda est, prænotando tamen, quod ea, quæ circa explicationem generationis simpliciter, & secundùm quid, & diuersos modos, quibus hi termini vsurpantur, loco citato num. 1. & 2. diximus, debent proportionabiliter ad corruptionem applicari: & ideò ea iterùm in præsenti ineuitare supervacaneum esset.

Dicendum est ergo primò verè dari corruptionem substantialem. Assertio hæc satis constat ex testimoniis tam Aristot. quàm Diu. Thom. & omnium Philosophorum, nec non & rationibus satis firmis, quibus loco citato nomer. 5. 6. & 7. ostendimus dari generationem substantialem; ex quibus hæc breuis, efficax tamen potest desumi ratio.

Certum est dari generationem substantialem: ergo etiam corruptionem. Pater consequentia, nam cùm materia sublunaris sit capax recipiendi plures, & diuersas formas, vt 1. Physic. disput. 3. num. 91. diximus, nec valeat esse sub duplici, vt ibidem disp. 4. num 51. ostensum est: oportet, vt ad ingressum vnius formæ, & generationem noui compositi, expellatur alia

forma, & consequenter compositum præexistens corrumpatur.

Confirmatur ratione, quam innuit D.Tho. 1.part. quæst.75.art.6. nam tunc compositum corrumpitur, quando forma desinit esse in materia; at forma potest desinere esse in materia: ergo, &c. Minor probatur, nam materia sublunaris in hoc distinguitur à cœlesti, quòd hæc respiciat formam inamissibiliter, illa vero amissibiliter, & consequenter forma, quam respiciat, poterit desinere esse in materia, quando alia aduenit.

Nec refert, si dicas omnem mutationem identificari realiter cum suo termino; sed cum non esse simpliciter, quod potetat esse terminus corruptionis, nulla realis mutatio potest identificari: ergo, &c. Non itaque hoc obest, quoniam corruptio non est realis mutatio positiua, sed tantùm ptiuatiua, & ideò non mirum, quòd sit in materia per modum remotionis in fieri, & quod identificetur saltim cum non esse formæ substantialis, quæ composito præcedenti tribuebat vt *quo* esse simpliciter, si verum est, omnem mutationem debere identificari cum suo termino *ad quem*, de quo alibi.

2 Dicendum est secundò: corruptio substantialis est transitus materiæ ab esse formæ substantialis ad non esse illius in ipsa materia. Ita Aristot in hoc lib. cap. 3.vbi D. Thom. & communiter Philosophi. Probatur ratione desumpta ex eodem D. Thom. de potentia quæst. 5. art. 3. in corpore ad quartum & nonum: nam generatio & corruptio sunt oppositæ mutationes, & ita sicut in generatione res reducuntur de potentia in actum, ita è conuerso in corruptione de actu in potentiam, quia totum compositum resolnitur in materiam primam, quæ est pura potentia: ergo sicut generatio est transitus materiæ à non esse formæ, ad esse illius in ipsa materia, ita corruptio erit transitus materiæ ab esse sub forma ad non esse sub illa, seu ad non esse illius in eadem materia.

Sed inquites, an corruptio substantialis sit formaliter vera actio identificata cum actione generatiua, ita vt in vna, & eadem entitate, saltim modali generationis sint duæ actiones distinctæ ad minùs formaliter, quarum vna formaliter attingat formam, & compositum genetandum, alia verò terminetur ad formam, & compositom corrompendum.

3 Affirmant aliqui ex Iuniotibus, probántque tum ex Angel. Doctor. 1. 2. qnæst. 113. art. 6 ad secnndum asserente generationem, & corruptionem esse eandem actionem identicè, & secundùm substantiam actionis, distingui verò ex parte obiectorum: sed distinctio ex parte obiectorum est saltim formalis: ergo, &c. Tum etiam, nam generatio, & corruptio sunt duæ veræ mutationes qnippè habentes diuersos terminos ad *quos* & à *quibus*; sed omnis mutatio, vt egreditur ab agente, est vera actio, quia est id, quo agens attingit terminum illum in ordine ad quem est talis mutatio: ergo si generatio, & corruptio sunt duæ mutationes, erunt vtique duæ actiones saltim formaliter distinctæ. Tum denique quia non solùm produeere hominem, verbigratia est agere, sed etiam corrumpere illum, sicut hominem corrumpi est verè pati: ergo, &c.

Alij verò, de quorum numero sunt Suarez disp. 18. Metaph. sect. 11., cui subscribere videntur Conimbricenses in præsent quæst. 17. art. 5. partem negantem tuentur, quia liceat alias admittant generationem, seu immediatam, & instantaneam introductionem formæ substantialis, esse veram actionem, negant tamen esse in ea aliquam formalitatem, cuius munus solum sit terminare ad expulsionem formæ, & destructionem compositi præexistentis: tum quia omnis vera actio transiens, est vera efficientia, & productio, & consequenter secundùm omnem formalitatem, secundùm quam habet rationem prædictæ actionis, debet esse fieri alicuius facti esse, non verò sola expulsio rei præexistentis: tum etiam quia sic proportionabiliter se habet corruptio ligni, verbi gratia, sicut se haberet annihilatio eiusdem ad non esse illius, sed annihilatio ligni formaliter sumpta non est vera actio, cùm fiat per suspensionem concursus Dei conseruantis illud: ergo nec corruptio formaliter sumpta erit vera actio distincta aliquo modo à generatione.

4 Ex his autem duobus dicendi modis hic posteriot magis placet, quatenùs asserit in actione generatiua non esse duplicem formalitatem, quarum vna per se primò tendat ad compositum denuò generandum, & alia ad formam, & compositum præexistens destruendum, quamuis displiceat in hoc, quod constituit nouam actionem generatiuam in instanti introductionis formæ substantialis, distinctam à tota alteratione præcedenti subordinata substantiæ generanti, per quam compositum denuò genetandum producatur: cuius oppositum disp. præced. à num. 55. vsque ad 59 & 2. Physic. disp. 10. num. 68. & deinceps ostendimus.

Nec obstant, quæ in fauorem primi modi dicendi adducta sunt; non quidem primum, quia minus solùm est vera de distinctione penes obiecta, vel terminos per se primos, non verò penes obiecta, aut terminos per accidens, aut ad summum secundariò subsequutos. vt in præsenti contingit, de quo in hac eadem disp. num. 14 latiùs dicemus. Nec etiam secundum: quia ad summum conuincit intentum de mutationibus positiuis, qualis non est corruptio formaliter sumpta. Vtrum autem omnis mutatio positiua sit vera actio, an verò solæ illæ, quæ non resultant per naturalem emanationem ab alia priori mutatione, constat ex dictis 2. Physic. disp. 10. num. 82. Nec tandem vltimum, nam corrumpere hominem, verbi gratia, est agere ex eo præcisè, quia est actio introductiua formæ oppositæ, ad quam per accidens sequitur expulsio præexistentis, & quia vera passio habet ex natura sua necessarium nexum in eodem instanti cum vera actione. vt in Logica disp. 16. num 15. diximus: ideò sicut non datur vera actio in expulsione actiua præexistentis formæ, prout distincta ab introductione denuo aduenientis, ita nec in expulsione passiua datur vera passio.

5 Dicendum est tertiò, corruptionem habere pro termino *quod* non esse compositi præexistentis, verbi gratia equi, pro termino verò formali *quo*, & vt sic dicamus totali, intra lineam formalis *quo*, non esse naturæ totalis illius, scilicet equinitatis, pro formali verò, & partiali *quo*, non *esse* formæ equi, verbi gratia in materia Hæc est D.Thom. in 2. distinct. 19. art. 1. ad secundum in 3. distinct. 21. quæst. 1. art. 3. ad quintum, & in aliis locis disp. præcedenti num. 30. relatis, cui subscribunt omnes eius discipuli, quos propterea sigillatim recensere non est necesse: quæ quidem satis conuincitur, tum testimonijs Aristot. tum rationibus, quæ loco citato à num. 30. vsque ad 34. pro ostendendo termino generationis substantialis adduximus, ex quibus hæc breuis, efficax tamen ratio potest desumi.

Nam eum corrumpi sit amittere esse, sicut generari acquirere illud, fit inde, vt solum corrumpatur vt *quod*, id quod habet esse vt *quod*, scilicet suppositum, sicut ob istam rationem solùm suppositum generatur

vt

vt *quod*, ac proinde cùm tam forma partialis, quàm forma vt sic dicamus, totalis habeant esse vt *quo*, consequens est, vt illæ tantùm corrumpantur vt *quo*, illa quidem per modum formæ partialis: hæc verò per modum formæ totalis, & ita non esse illius erit terminus *quo* formalis, & partialis corruptionis, non esse verò huius terminus formalis *quo*, & vt sic dicamus, totalis intra lineam prædicti formalis termini.

QVÆSTIO II.

Vtrùm corruptio sit mutatio naturalis?

6. NOn inquirimus, an corruptio sit naturalis, prout naturale distinguitur contra supernaturale, artificiale, vel id, quod ex principiis naturæ non oritur: ac tandem contra violentum, quia certum est corruptionem substantialem esse mutationem inductam ab agente naturali, & consequenter non debere esse naturalem, & similiter non prouenire ab arte, ac proinde non esse mutationem artificialem, & deinde oriri ex materia non satiata forma, ac ex forma non satiante materiam: vt docet D. Thom. 2.2. quæst. 164. art 1. ad primum & diximus 1. Physic. disp. 3 n. 101. atque adeò oriri ex principiis naturæ, & per consequens non esse violentam, sed iuxta naturam rei corruptibilis: nam sicut est iuxta naturam entis generabilis, quòd generetur: ita etiam erit iuxta naturam corruptibilis, quòd corrumpatur. Vndè corruptio erit simul naturalis, & non naturalis, sed potiùs contrà naturam rei corrumpendæ, si ratio naturalis secundùm diuersam considerationem sumatur: nam ex quo capite per corruptionem destruitur esse rei, est contra naturam ipsius: at ex quo capite est suo modo actus correspondens corruptibilitati rei, habet secundùm hanc considerationem esse quid naturale ipsi, si quidem, vt dicebamus, est iuxta naturam esse destructibilis, vt destruatur. Quare tota controuersia est, an ista sit mutatio naturalis respectu materiæ, vt ipsa naturaliter inclinetur in illam, & per consequens ly naturalis solùm pro termino naturalis inclinationis sumitur.

7 Non defuerunt aliqui ex Iunioribus, qui, vt testatur Rubio in præsenti, partem negantem tueantur. Fundamentum est, quia terminus inclinationis naturalis materiæ est illud, ad quod inclinat per se appetitus eiusdem materiæ; sed appetitus materiæ solùm inclinat ad introductionem, & conseruationem formarum: ergo, &c.

Probatur minor, quia materia solùm respicit per se formas, vt possidendas, & idcò solùm per ordinem ad illas diffinitor: ergo appetitus sibi proportionatus solùm debet tendere ad illas recipiendas, & iam receptas conseruandas; & consequenter solùm tendet in generationem & conseruationem illarum.

Confirmatur: appetitus naturalis solùm tendit ad bonũ, ergo non ad corruptionẽ. Antecedens satis constat, quia vt communiter docent omnes Philosophi, bonum, & appetibile idem sunt: consequentia verò etiam liquet, quia corruptio habet rationem mali.

Confirmatur secundò: materia habet esse actu à forma, à qua informatur, vt 1. Physic. disp. 3. n. 48. diximus: ergo non potest appetere corruptionem illius. Patet consequentia, nam sicut nihil potest naturaliter appetere suum non esse, ita nec priuationem illius, à quo prædictum esse participat.

8 Dicendum tamen est, corruptionem substantialem esse mutationem naturalem respectu materiæ, ita vt ipsa secundariò inclinetur in illam. Hæc est D. Thom. 1.2. quæst. 85. art. 6. vbi inquit: *Corruptiones, & defectus rerum sunt naturales, non quidem secundùm inclinationem, qua est principium essendi, & perfectionis, sed secundum inclinationem materiæ.* Idem tenet Martioex ibid. dub. 2. Curiel in annotationem eiusdem articuli, Coimbric. in præsenti cap. 4. q. 1. & alij quamplores, quod etiam innuit Baõez in hoc libro cap. 4. folio nobis 52.

Ratio fundamentalis desumitur ex natura ipsius materiæ sublunaris de qua plura 2. Physic. disp. 3. ex Arist. & D. Thom. diximus: ex quarum doctrina potest hæc breuis, efficax tamen deduci ratio. Nam essentia prædictæ materiæ consistit in pura quadam potentialitate in ordine ad plures, & diuersas formas amissibiles, & inter se incompossibiles: ergo sicut inclinatur per se primò in illas: ita saltim secundario inclinabitur in amissionem, & corruptionem eius, quam possidet.

Antecedens satis constat ex dictis: nam in hoc distinguuntur materia cœlestis, & sublunaris, quòd illa vnicam tantùm, & inamissibilem formam respicit: hæc verò plures, & amissibiles, ac inter se incompossibiles, & ideo compositum ex materia & forma cœlesti, est incorruptibile, secùs verò compositum ex materia, & forma sublunari.

Consequentia verò probatur, quia quod respicit plura: quæ non possunt simul haberi, sed successiuè, & vnum post aliud, respicit saltim secundariò successionem vnius ad aliud, ac proinde, quòd ad ingressum vnius aliud destruatur, alioqui non respiceret illa plura, vt incompossibilia sunt. Sed de his iterum quæst. sequenti n. 14. sermo tedibit.

9 Ad fundamentum pro prima sententia respondetur, conuenire materiam non inclinari per se primò in corruptionem alicuius formæ, secùs tamen secundariò, quatenus corruptio vnius formæ est necessaria ad acquisitionem aliarum, in quas propendet.

Per quod etiam patet ad primam confirmationem: nam corruptio, vt conducens ad acquisitionem formarum, quas materia appetit, habet suo modo rationem boni, & ideo saltim secundariò potest appeti: nam sicut id, quod per se, & ratione sui est appetibile, potest per se primò appeti, ita id, quod ratione alterius, & vt ad illud conducens habet suo modo rationem boni, & appetibilis poterit saltim secundariò sub appetitu cadere.

Ex quo tandem ad secundam confirmationem concedendum est antecedens, & neganda consequentia, si intelligatur de appetitu per se secundò terminato ad corruptionem. Et ad probationem dicimus, materiam non appetere immediatè, & directè non esse formæ, quam habet: sed quia hæc non potest illi tribuere esse perfectum, & fixum, ideò appetit aliam, & aliam, vt ita perpetuò fit. Cæterùm, quia plures formæ substantiales sunt incompossibiles in eadem materia, ideo secundariò appetit non esse formæ, quam habet, vt acquirat esse per aliam, & aliam, quas non habet.

***

QVÆSTIO III.

An corruptio sit per se intenta à natura?

10 PRo tituli intelligentia notandum est, intentionem, propriè loquendo, tantum in creaturis intellectualibus inueniri, est enim actus voluntatis tendentis in finem: quia tamen hæc voluntatis intentio est quædam ipsius inclinatio consequens apprehensionem vel per modum finis propositæ, ideo nomen intentionis translatum est ad significandam inter alia inclinationem alicuius formæ naturalis, seu alicuius virtutis actiuæ in aliquid, ita vt illud dicatur esse secundùm intentionem agentis, quod est secundùm inclinationem ipsius: vnde in hoc sensu inquirimus, an corruptio sit per se intenta à natura, id est, an sit secundùm inclinationem alicuius formæ, vel virtutis actiuæ, ita vt virtus, & influxus illius per se inclinetur in illam.

Et meritò post præcedentem quæstionem, in qua discussimus, an corruptio sit secundùm inclinationem materiæ, modò inquirimus, an sit secundùm inclinationem alicuius formæ, seu virtutis actiuæ: nam sicut materia, & inclinatio illius præcedit formam, & inclinationem eius, ita prius de propensione eiusdem materiæ in corruptionem, quàm de appetitu formæ in ipsam, ratione cuius est suo modo causa efficiens illius, dicendum erat.

§. I.

Duplex recentiorum opinio.

11 PRima sententia asserit, corruptionem nullo modo esse per se intentam à natura, seu (quod idem quoad præsens est) ab aliqua causa efficienti. Ita Coninbricenses in præsenti q.q.16. art.5. pro eadem refertur Henricus in summa art.41 Probatur primò testimonio D.Thom.1.par.q.19.art.9.& alibi sæpè, vbi inquit: *Malum appetitur per accidens, in quantum consequitur ad aliquod bonum, & hoc apparet in quolibet appetitu: non enim agens naturale intendit privationem, vel corruptionem, sed formam cui coniungitur privatio alterius forma, & generationem vnius, qua est corruptio alterius: leo enim occidens cervum intendit cibum, cui coniungitur occisio animalis.* Et infrà q.49.art.1.3. contra Gentes c.4.5.& 6.docet corruptionem & alios defectus esse per accidens intentos.

Confirmatur ex eodem S.Doct in q.19.modò citata in solutione ad primum, vbi affirmit: *Malum non ordinatur ad bonum per se, sed per accidens*: ergo corruptio, quæ est malum, non ordinabitur per se ad bonum generationis, sed per accidens, & consequenter, neque etiam secundariò poterit per se intendi à natura. Patet hæc vltima consequentia, quia malum ad summum secundariò, & quatenùs sequitur, aut conducit ad aliquod bonum, potetat per se intendi.

Secundò probatur satione, quia natura per se intendit esse rerum naturalium tanquam naturale bonũ, vt ex se constat: ergo cum corruptio tendat ad non esse earum, non poterit per se cadere sub intentione eiusdem naturæ: sicut quia calor intendit producere calidum, & frigus est destructiuum illius, ideo frigus non cadit sub intentione calotis.

Confirmatur ex illo communi axiomate, scilicet, *Nemo respuendo ad malum operatur*: ergo corruptio, quæ est malum, nequibit per se intendi. Patet consequentia, quoniam ad illud, quod per se aliquo modo intenditur, respicit intendens, & operans: ac proindè si agens intendit per se corruptionis malum, iam ad prædictum malum respiciens operabitur.

12 Secunda sententia absolutè docet, corruptionem, & malum esse de intentione saltim secundaria naturæ: ita Rubio in præsenti c.4.tract 2.q.2 Probat primò testimonio D.Th.in 4.dist.36 q.1.art.1.ad 2.vbi habet hæc verba: *Nihil prohibet esse aliquid contra naturam quantum ad primam intentionem ipsius, quod non est contra naturam, quantum ad secundam eius intentionem, sicut omnis corruptio, & defectus, & senium est contra naturam, vt dicitur in fine de Cœlo, & Mundo: quia natura intendit esse, & perfectionem: non tamen est contra secundam intentionem naturæ, quæ ex quo natura non potest conservare esse in vno, conservat in altero, quod generatur corruptione alterius: & quando natura non potest perducere ad maiorem perfectionem, intendit ad minorem, sicut quando natura non potest facere masculum, facit fœminam.*

13 Secundò: nam vt ex dictis quæst. præcedenti constat, materia prima saltim per se secundò inclinatur in corruptionem vnius formæ, vt acquirat aliam: ergo debet dari aliquod agens, quod eodem modo intendat eandem corruptionem. Patet consequentia, nam cuilibet potentiæ passiuæ naturali propensæ in aliquem actum debet correspondere aliqua potentia actiua naturalis in eundem actum propensa: ergo si materia saltim per se secundò inclinatur in corruptionem, dabitur aliquod agens, quod eodem modo eandem intendat, & consequenter iam corruptio erit per se intenta saltim secundariò à natura.

§. II.

Vera Angel. Doct. sententia.

14 PRo huius quæst.decisione notandum est, ex D.Th.1.part quæst 85.art.6.& aliis locis statim referendis, duplicem esse naturam, aliam particularem, aliam verò vniuersalem. Prior est propria virtus actiua agentis particularis: posterior verò est virtus actiua in aliquo vniuersali principio, puta in aliquo cœlestium corporum, vel aliqua superiori substantia residens, ex quibus illa prior sicut particularis est, ita particulare bonum respicit; hæc verò sicut est vniuersalis, sic vniuersale bonum intendit.

15 His ergo suppositis, dicendum est corruptionem nullo modo intendi per se à natura particulari, benè tamen ab vniuersali intentione per se secunda. Hæc est D.Th.3. contra Gentes, c.94 vbi sic ait: *Ad aliud igitur tendit intentio particularis agentis, & vniuersalis: nam particulare agens tendit ad bonum partis absolutè, & facit eam quantò melius potest: vniuersale autem agens tendit ad bonum totius: vnde aliquis defectus est præter intentionem particularis agentis, qui est secundùm intentionem agentis vniuersalis, & eodem modo corruptio, & diminutio est de intentione naturæ vniuersalis, non verò naturæ particularis.*

Et 1.part.q.22.art.ad 2.asserit: *Corruptiones, & defectus in rebus naturalibus dicuntur esse contra naturam particularem, sed tamen sunt de intentione naturæ vniuersalis, in quantum defectus vnius cedit in bonum alterius, vel etiam totius vniuersi.* Et consequenter non sunt intenta per se primò, & ratione sui, sed solùm secundariò, quia quod est per se intentum, & solùm quia conducit ad bonum alterius, non intenditur ratione sui, sed ratione alterius, ac proindè non per se primò, sed per se secundò. Idem etiam docet de potentia q.3.art.6. ad 19.de malo q.1.art.3.in solutione

ad

ad 19.prima secundæ quæst. 85.art. 6.& alibi sæpe: quem sequuntur Ferrara 3. contra Gentes capite citato.Flandria 5. Metaphysic. qu.4.art.2. ad quintum, Bañez vbi supra quæst. præcedenti, & communiter eius Discipuli.

15 Ratio fundamentalis desumitur ex eadem S. Doctore locis citatis. Natura vniuersalis intendit bonum totius vniuersi, natura verò particularis bonum partis: id namque postulat proportio, & commensuratio, quæ inter naturam, & bonum ab ea intentum, debet intercedere: ergo illa per se intendit corruptionem, huius verò ista, ergo cùm corruptio non possit pertinere ad intentionem primariam, quia hoc excedit eius naturam, ex eo: quòd ob maximam sui imperfectionem est valdè imperfecta in ratione appetibilis, fit inde, vt solùm pertineat ad intentionem secundariam eiusdem naturæ. Hæc vltima consequentia ex se videtur patere: antecedens verò etiam constat ex dictis.

Prima autem consequentia probatur: quia ad bonum naturæ particularis non pertinet per se corruptio alterius, sed per accidens ei coniungitur; secùs verò ad bonum totius vniuersi: quoniam melius est vniuersum, quod sit in eo distinctio, & inæqualitas partium, ac proinde quod quædam sint ingenerabiles, & incorruptibiles, secus verò aliæ, & ita quòd vna corrumpatur, & alia generetur, quàm quòd omnes sint in æquali gradu perfectionis, quandoquidem ordo, & pulchritudo eius ex hac varietate & diuersitate coalescit: ergo corruptio erit præter intentionem per se naturæ particularis, & de intentione naturæ vniuersalis.

16 Sed obicies primò contra hanc rationem, ex ea non solùm colligi corruptionem esse de intentione naturæ per se secundò, sed etiam per se primò: nam ordo, pulchritudo, & distinctio vniuersi, constat ex bono & malo, & ex alteratione generationis & corruptionis rerum, alioqui non esset in eo diuersi gradus rerum corruptibilium, & incorruptibilium suæ naturæ relicti: ergo corruptio ita debet pertinere ad intentionem naturæ vniuersalis, sicut pertinet speciei conseruatio, & consequenter per se primò. Patet vtraque consequentia, quia quod pertinet ad pulchritudinem totius vniuersi, debet eodem modo ac per se primò intendi.

Secundò obicies, non esse per accidens ad bonum naturæ particularis corruptionem alterius: nam id, quod necessariò desideratur ad generationem naturæ particularis, non est per accidens ad bonum talis naturæ, & productionem ipsius; sed corruptio vnius formæ necessariò desideratur ad generationem alterius naturæ particularis: ergo, &c. Minor probatur: nam cùm materia, ex qua generanda est, non possit esse sine aliqua forma, neque habere duplicem, necesse est vt ad generationem vnius expellatur alia.

Confirmatur: effectus, qui sunt aliquo modo per accidens, contingunt vt in paucioribus, vt patet in monstris, quæ suot ratò contingentia; at corruptio non contingit ita, vt in paucioribus, sed vt plurimum, cum generatione, & bono naturæ particularis: ergo non est per accidens respectu illius.

Ad primam ex his obiectionibus respondetur ex D.Thom.1.part.q.19.art 9. ad 4.& q. 22. art. citato, necnon qu. 1. de malo, vbi supra, aliter pertinere ad perfectionem, & decorem vniuersi generationes, & species tam rerum corruptibilium, quàm incorruptibilium, & aliter corruptiones, & defectus corruptibilium: nam illa per se pertinent tanquam ea, quæ immediatè, & per se præstant ad decorem & perfectionem vniuersi: ista verò tanquam ea, ex quorum comparatione bona illa priora magis elucescunt. & ita omnia illa possunt per se primò cadere sub intentione naturæ, secùs verò ista, quia non sunt per se bona, sicut nec quæ entia, sed tantùm dicuntur bona ea, quòd conducunt ad generationem, & ostensionem boni.

Vnde S.Doct. loco citato ex quæst. de malo explicans quo ratione corruptio cadat sub intentione naturæ vniuersalis, sic inquit. *Corruptio dicitur mutatio naturalis secundum naturam vniuersalem, quæ mouet ad generationem vel corruptionem: ad generationem quidem propter se, ad corruptionem autem in quantum generato fine corruptione esse non potest.*

17 Ad secundam, negandum est antecedens, & ad probationem dicendum est, aliud esse, an ex alia capitibus desideretur necessariò ad generationem naturæ particularis, & ab agente particulari causatam, quòd ad productionem illius corrumpantur alia: aliud verò, an huc ex vi generationis intra propriam eius lineam petatur. Illud primum est verum, vt obiectio concludit; secùs verò hoc posterius, quia ad prædictam generationem secundum ea, quæ præcisè ex propriis petit, per accidens est, quòd materia prius fuerit informata alia forma, quamuis ex aliis capitibus sit necessarium, saltim naturaliter loquendo, quòd talis forma præcesserit, & ideo, teste Philosopho, principia per se generationis tantùm sunt materia, forma denuò introducta, & priuatio: vnde, quia generatio particularis, & agens particulare tantùm intendit per se id, quod per se ad generationem illam particularem requiritur, ideò per se non intendit corruptionem formæ præexistentis, sed per accidens illi secundùm propriam lineam consideratæ coniungitur: & ita licet nulla præcederet forma in illa materia, vt contingit in vermibus genetatis ex speciebus sacramentalibus, fieret generatio substantialis præexistens.

18 Ad confirmationem concedenda est maior, si arrendatur præcisè ad ea quæ ex vi illius lineæ, respectu cuius effectus illi dicuntur per accidens, desiderantur, cum quo stare potest, vt ex vi alterius lineæ, respectu cuius effectus illi sunt per se, oppositum contingat: quemadmodum licet peccata sint effectus per accidens, & mala naturæ rationalis, vt talis; nihilominus ex coniunctione illius cum natura sensitiua viriata, vt in pluribus contingunt, quia plures sunt hominum, qui magis sequuntur delectabilia sensus, quàm dictamen rationis, vt docet D.Thom. quæst. 1. de malo, art. 3. cuius doctrinam latè prosequitur Flandria 1. Metaph. q. 9. art. 2. ad 3. quod etiam multis aliis exemplis constat. Quia igitur lineæ formæ, & agentis particularis, respectu cuius corruptio est per accidens, coniungitur tam linea materiæ modo dicto considerata, quàm linea formæ, & agentis vniuersalis, respectu quarum talis corruptio est aliquo modo per se: inde fit, vt cum generatione & bono naturæ particularis cuniungatur vt in plurimum corruptio.

§. III.

DILVVNTVR ARGVMENTA primæ, & secundæ sententiæ.

19 AD primum ergo pro prima sententia respondetur S.Doct. in primo loco ex quæst. 19. de sumpto loqui de malo, vt habet rationem mali, & ideò ante verba ibidem relata inquit: *Quod cum ratio boni sit appetibile, malum autem opponatur bono, impossibile est, quod aliquod malum in quantum huiusmodi appetatur, nec appetitu naturali, nec animali, neque intellectuali, qui est voluntas.* Et ita secundum hanc consideratio

detationem, solùm pet accidens se habet respectu intentionis, & inclinationis naturæ; nos autem loquimur de malo, & privatione, provt modo dicto conducit ad bonum, secundùm quam rationem habet suo modo rationem boni, & sic potest cadere secundariò sub intentione, seu inclinatione naturæ vniuersalis, quamuis non sub intentione particularis propter rationem dictam.

20 Per quod etiam patet ad secundum testimonium ex q. 49. adductum, quamuis tam ad hoc, quàm ad alia ex 3. contra Gentes desumpta possit dici, quòd esse aliquid intentum per accidens stat dupliciter.

Primò largè, ita vt ly per accidens idem valeat, ac per aliud, secundùm quam rationem quidquid est intentum secundariò, ac proindè non ratione sui dicitur esse intentum per accidens respectu eius, quod intenditur primaria intentione.

Secundò verò, ita vt ly per accidens sumatur omnino strictè, vt excludit hoc, quod est cadere sub intentione agentis, siue per se immediatè, siue per aliud: vt constat ex his, quæ in Logica disp. 13. n. 56. diximus: vnde D. Th. ibidem inquit corruptionem, & alios defectus esse per accidens intentos, sumit ly per accidens in priori sensu, non in posteriori, vt constat ex locis pro assertione adductis, & ex 4. sententiarum disp. 36. quæst. 1. art. 1. ad 2.

Quibus omnibus addi potest, quòd aliquando loquitur S. Doct. de intentione agentis particularis, respectu cuius secundùm nullam considerationem corruptio est per se, vt iam diximus.

21 Ad confirmationem respondetur D. Thom. loqui ibidem de malo culpæ in quantum tale, quod non per se, sed per accidens ordinatur ad bonum, id est, coniungitur per accidens cum eo, quod ad bonum ordinatur.

Ad secundum, concedo intentum de intentione per se primaria, non verò de secundaria naturæ vniuersalis terminata ad corruptionem non præcisè, vt est malum. sed vt modo dicto conducit ad bonum, & ad hoc, vt magis splendeat esse, & perfectio totius vniuersi. Vndè exemplum ibidem adductum nihil probat: quia frigus non conducit ad id, quod calor intendit, corruptio verò satis prodest ad id, quod sub intentione naturæ vniuersalis cadit, vt explicatum est.

Ad confirmationem patet ex dictis concedendum esse antecedens, & negandam consequentiam, si intelligatur de corruptione non vt est malum quoddam, sed vt conducit ad bonum totius vniuersi, & respectu naturæ vniuersalis: contra quod nihil obest probatio ibidem adducta, quoniam tantùm conuincit corruptionem præcisè, vt est malum quoddam, non cadere etiam secundariò sub intentione naturæ vniuersalis, non tamen vt est bona bonitate extrinseca finis, ad quem per se conducit: nam sicut ad alia media appetenda, satis est, quòd sint bona bonitate extrinseca finis, ad quem conducunt, vt constat in sumptione potionis amaræ, ita hoc ipsum sufficit in corruptione respectu boni vniuersi, ad cuius pulchritudinem modo iam dicto prodest.

22 Ad primum secundæ sententiæ respondetur, D. Th. ibidem loqui de intentione per se, & secundaria, tam naturæ vniuersalis, quàm particularis, ita tamen vt defectus, qui est pura priuatio, qualis est corruptio, cadat sub intentione naturæ vniuersalis defectus vero, qui non est vera priuatio, sed aliquid positiuum deficiens, à maiori perfectione, quàm primò intendebat agens particulare, possit cadere sub intentione naturæ particularis. non quidem quatenus præcisè est quid deficiens, sed quatenus saltem importat aliquam perfectionem, & bonitatem intrinsecam, quamuis illa sit minor ea perfectione, quam per se primò prædictum agens intendebat.

Et ideo S. Doct. plura adduxit exempla, quorum aliqua deseruiunt ad explicanda ea, quæ cadunt sub intentione secundaria naturæ vniuersalis, alia verò ad denotanda illa, quæ secundariò intenduntur a natura particulari, vt sensitio. & productio fœminæ: nam ex quo capite natura particularis non potest se diu conseruare in ætate virili, appetit conseruationem sui in senili, quia ibidem habet suum esse, & perfectionem, quamuis minorem illa, quam habebat in priori statu: quod idem in productione fœminæ proportionabiliter dicendum est.

23 Ad secundum respondetur, materiam dupliciter posse considerari, vel vt est suo modo causa vniuersalis intra propriam lineam, vel vt habet rationem causæ particularis, & determinatæ; nam secundùm se sumpta, & vt non magis respicit hanc, quàm illã formam, habet suo modo rationem causæ vniuersalis respectu illarum: at vt est figillata & determinata ad hanc potiùs formam, quàm ad illam, vel vt incipit ad eam figillari, & determinari, est causa particularis respectu illius: quare vt est potentia passiua, respectu omnium formarum, correspondet naturæ, & agenti vniuersali, & è contra: vt verò est figillata ad hanc potiùs formam, quàm ad illam, vel ad eam incipit figillari, correspondet agenti, & naturæ particulari, & è conuerso & ideo secundùm illam priorem considerationem per se secundò inclinatur, & intendit corruptionem, sed secundùm posteriorem non nisi per accidens: & ita corruptio cadit sub intentione per se, & secundaria naturæ vniuersalis, non verò naturæ particularis.

QVÆSTIO IV.

An, & quomodo verum sit generationem vnius esse corruptionem alterius.

24 Titulus non intelligitur de generatione, & corruptione, vt facto, quia vt ex dictis quæst. huius disputationis constat, generatio, & corruptio in ratione actionis non distinguuntur, quandoquidem eadem met actione, per quam introducitur vna forma, expellitur alia; sed de eisdem, vt mutationes sunt: sicque neque etiam intelligitur de generatione, & corruptione accidentali, sed substantiali, quamuis nonnihil de illa ob connexionem doctrinæ dicemus.

§. I.

Rationes dubitandi.

ET sanè videtur, nullo modo posse prædictum axioma verificari, quia generatio vnius, nec formaliter, nec identicè, nec concomitanter, nec causaliter, aut illatiuè potest esse corruptio alterius: ergo axioma illud nullo sensu erit verum. Consequentia patet, quoniam in antecedenti referuntur omnes sensus, secundùm quos poterat verificari. Antecedens, quoad primam, & secundam partem constat: quia corruptio est mutatio quædam priuatiua, generatio verò positiua: at priuatio, quæ nihil est, non potest esse formaliter, aut identicè idem cum eo, quod est verum, & reale ens, alias ens, & non ens, essent idem: ergo, &c.

Quoad secundam verò, imò & quoad vltimam partem de tertia namque in sequenti argumento dicetur etiam liquet: tum in nutritione hominis, vbi corrumpitur forma substantialis alimenti, & tamen ibi nec noua forma, nec nouum suppositum generatur: tum etiam in generatione vermis ex speciebus sacramen

sacramentalibus : nam ibi inuenitur vera & substantialis generatio, vt D.Thom. docet 3.p.q.77.art.5.& 4. contra Gentes c. 66. & nihilominùs nulla ibidem intercedit substantialis corruptio : quia sub speciebus illius nulla alia substantia præter Corpus Christi Domini continebatur ergo in vtroque casu generatio & corruptio non se concomitantur, nec vna infert aliã, aut inter se ordinem prioris,& posterioris habent.

25 Secundò, generatio, & corruptio substantialis non sunt in vno, & eodem instanti: ergo non possunt esse vllo modo idem, aut se concomitari vel tandem ad inuicem se causare. Consequentia est aperta : antecedens autem probatur; tum, quia vltima dispositio ad formam denuò generandam introduceitur in tempore immediatè antecedenti ad instans generationis, siquidem, nisi materia in prædicto tempore præsupponatur vltimè disposita,& determinata ad hoc, vt in sequenti instanti genetationis informetur noua illa forma, non poterit in eo illam recipere : ergo in eodem tempore, & ante instans generationis debet corrumpi forma præexistens : Patet consequentia, quoniam vltima dispositio non compatitur secum naturaliter formam contrariam, quia est vltimum, quo subiectum redditur ineptum, & inhabile ad talem formam amplius retinendam : tum etiam, quia cùm materia, dum habet vnam formam, nequeat recipere aliam, oportet, vt forma denuò aduenies inueniat materiam iam expoliatam forma præexistenti,& consequenter, quod hæc in tempore immediatè antecedenti desierit.

§. II.

Ex mente Aristotel & D Thom. quæstio diciditur.

26 Dicendum tamen est, generationem substantialem vnius coonaturaliter contingentem esse saltim concomitanter corruptionem alterius, non verò formaliter, aut identicè. Ita Capreolus in 2.dist. 13.qu.vnica art.2.in solut. ad primum Gregorij contra secundam conclusionem, Caietanus 1. 2.qu.113. artic.6.Medina ibidem, Bañez, Conimbricens. Rubio, & communiter omnes Philosophi.

Consulto autem de Generatione connaturaliter contingente, ac proinde habente rationem mutationis, loquuti sumus in conclusione, ad denotandum generationem præternaturaliter contingentem, atque adeò præcisè secundùm sua essentialia, quo pacto, vt suprà disputatione præcedenti n. 19. diximus, rationem mutationis non sortitur, corruptionem secum annexam nequaquam habere, quod & nihil amplius conuincis vltima probatio sup.num. 24. pro opposita sententia adducta. In hoc igitur sensu assertio hæc quoad priorem partem, scilicet generationem vnius esse vtcumque corruptionem alterius. Probatur;

26 Primò, testimonio Arist.& D.Thom. ille namque 3.Physic.text.75.& in hoc lib text 17. alterit : * Interitus huius alterius est ortus, & è contra ortus huius alterius interitus. * Vbi Doct. Angel. ait : * Vno corrupto generatur aliud, & vno genetato aliud corrumpitur:& sic consideratur quidam circulus in generatione & corruptione. * Et hoc ipsum docet pluribus aliis locis pro secunda huius assertionis parte referendis.

Secundò ratione sæpiùs repetita, & ex D. Thom. loco citato desumpta, nam cùm materia nequeat esse denudata ab omni forma, nec habere multiplicem, oportet, vt ad introductionem vnius expellatur alia, & consequenter, quòd generatio, & corruptio, prout connaturaliter contingunt, se mutuò concomitentur.

Secunda verò eiusdem assertionis pars, scilicet generationem, & corruptionem non esse formaliter, aut identice eandem mutationem, est D.Thom. 12. quæst.1 3.art. . ad secundum, & in 2.dist. 34. art.2. ad quintum, ac quæst 28.de veritate art.6.& 1.vbi sic inquit : *Generatio est mutatio de subiecto in subiectum: corruptio verò est mutatio de subiecto in non subiectum, & ideo in ob ctione vnius affirmati & adeptione alterius, oportet duas mutationes intelligere, quarum vna sit generatio, & alia corruptio, vel simpliciter, vel secundum quid. sic ergo si in transitu qui est de albedine in nigredinem, consideretur ipse motus, idem motus figuratur per ablationem vnius, & introductionem alterius, non autem significatur eadem mutatio, sed diuersa, tamen se inuicem concomitantes : quia generatio vnius non est sine corruptione alterius.*

Vbi, vt vides, absolutè docet generationem & corruptionem esse duas mutationes diuersas, eatenus dici generationem vnius, esse corruptionem alterius, quatenus prædictæ mutationes se concomitantur.

28 Nec potest S. Doct. exponi de diuersitate solùm formali : tum, quia absolutè, & simpliciter inquit eas esse diuersas : tùm etiam, & maximè, quia ratio, quam ibidem innuit, quamque statim expendemus, maiorem diuersitatem conuincit : tum denique, quia art.6. eiusdem qu. 28. inquit, prædictas mutationes esse realiter diuersas, sicut negationem, & affirmationem, quas constat non identificari inter se : & ideò Sanctum Doct. sequuntur omnes Doctores pro priori assertionis parte relati.

Ratio ergo fundamentalis desumitur ex eodem Ang.Doct. locis citatis, quæ potest sub hac forma proponi : Genetatio, & corruptio substantialis, habent terminos ad *quos* formaliter, & realiter diuersos : ergo nec formaliter, nec identicè erunt vna, & eadem mutatio, sed multiplex. Consequentia patet, quoniam mutationes distinguuntur formaliter penes terminos ad *quos*, vt 5. Physic.disp. 23.n.7. & deinceps ostendimus : ergo hoc ipso quod earum termini, non solùm formaliter, sed etiam realiter distinguantur, debent etiam ipsæ eodem modo distingui, vt inductione facta in omnibus mutationibus, & earum terminis satis constat. Antecedens verò est perspicuum, quia generatio terminatur ad esse, corruptio verò ad non esse: esse autem, & non esse solùm formaliter, sed etiam realiter, saltim negatiuè distinguuntur, vt in Logica disput. 3. num. 30. diximus, & ex terminis ipsis constare videtur: ergo, &c.

29 Confirmatur ratione, quam innuit idem Angelicus Doct. art.1.quæst.20. de veritate, iam citato : nam ad vnam simplicem mutationem, prout distinctam à motu, solùm concurrunt duo termini ; at in generatione, & corruptione inueniuntur quatuor realiter inter se distincti : ergo generatio, & corruptio ratione simplicis mutationis (quo pacto de eis in præsenti loquimur) non vna tantùm, sed duæ mutationes realiter inter se distinctæ erunt. Consequentia est legitima.

Maior verò probatur, & explicatur ab eodem S. Doct. ea differimine, quod intercedit inter motum ex vna parte, & simplicem mutationem ex alia. quòd ad motum, quippè qui est de subiecto in subiectum, id est, de termino positiuo in terminum etiam positiuum, petuntur quatuor termini, & ita ad motum calefactionis, verbi gratia, dediderat quòd præcesserit in subiecto frigus. & quòd per motum illum expellatur, ac proinde sit ibi non esse frigoris (ecce duos terminos) & deindè quòd præfuerit in eodem subiecto non esse caloris, & per motum acquiratur calor (ecce aliquos duos.) Cæterùm, quia simplex mutatio, vt distincta à motu, tantùm est de

non subiecto in subiectum, vel è contra, id est, à priuatione ad habitum, vel è conuerso, vt verbi gratia, de non lucido in lucidum: ideò ad illam non desiderantur nisi duo termini, scilicet priuatio, vel negatio, & habitus, seu forma opposita: & propterea ad hoc, vt uër fiat lucidus, satis est, quòd transeat à non lucido in lucidum.

Minor autem patet: nam ad generationem, & corruptionem substantialem requiritur, quod forma præexistens præcesserit in materia, & quòd in instanti generationis sit non esse illius (ecce duos terminos) & similitet, quod præcedat priuatio formæ generandæ, & forma ipsa in illo instanti introducatur (eeee alios duos:) ergo, &c.

Secundò probatur apertissimè, & facilè hæc secunda assertionis pars ratione illa, quam initio quæstionis pro ratione dubitandi proposuimus: quia scilicet corruptio est mutatio quædam priuatiua, generatio verò positiua; at priuatio, quæ nihil est, non potest esse formaliter, aut identicè idem cum eo, quod est verum, & reale ens, aliàs ens, & non ens, essent idem ergo, &c.

§. III.

Obiectiones aduersus doctrinam traditam, & solutio illarum.

30 Sed obiicies primò contra hanc secundam assertionis partem D. Thom. in loco citato ex distinctione 34. concludere, corruptionem, & generationem distingui ratione: ergo sentit, quòd licet formaliter distinguantur, nihilominùs sunt identicè idem.

Secundò, contra primam rationem eiusdem S. Doct. obiicies, quòd quando aër illuminatur, est tantùm ibi vnica mutatio, & nihilominùs dantur duo termini ad *quos*: ergo ex diuersitate terminorum ad *quos* non benè colligit D. Thom. diuersitatem mutationum. Maior est D. Thom. art. 1. qu. 28. de veritate, iam citata: minor verò etiam constat, quia hoc ipso quod aër tenebrosus fiat lucidus, transit à non esse lucidi ad esse illius, & insuper ab esse tenebræ ad non esse illius: at hic terminus ad *quem*, scilicet non esse tenebræ, non est formaliter idem ac esse lucidum, & ita Angelus habet non esse tenebræ materialis, non tamen est lucidus luce materiali ei oppositæ: ergo iam ibidem duo termini ad *quos* dabuntur.

31 Ex quo etiam contra confirmationem subiunctam tertia deducitur obiectio: nam illuminatio aëris tenebrosi est vnica simplex mutatio, vt ex D. Th. diximus: & tamen cùm aër transit à tenebroso in lucidum, & à tenebroso in non tenebrosum; dantur ibi quatuor termini saltim virtualiter, seu formaliter distincti: ergo confirmatio illa falso nititur fundamento, scilicet quamlibet mutationem simplicem solùm esse inter duos terminor. Minor probatur, quia eadem met tenebra, vt collata cum luce tanquam terminus eius *à quo* est virtualiter distincta à se, vt comparata cum non esse eiusdem tenebræ, quia vt sic respicit distinctum terminum ad *quem*, scilicet lucem, & non esse tenebræ, quæ, vt modò in secunda obiectione ostendimus, ad inuicem distinguuntur: ergo dabuntur illi quatuor termini modo dicto distincti, scilicet tenebra, vt habet vim duorum terminorum à *quibus*, & non esse tenebræ, ac tandem esse lucis.

Quartò, contra eandem rationem obiicies: nam ideò generatio, vt actio, non distinguitur, vt producit vnam formalem, & expellit aliam: quia expulsio vnius est terminus secundarius actionis generatiuæ alterius, & actiones non multiplicantur penes terminos secundarios: sed etiam ad mutationem, quæ est generatio, & ad terminum eius, scilicet formam introducendam, consequitur non esse formæ præexistentis, & ita habet se ad instar termini secundarij: ergo penes tales terminos non debet duplex multiplicari mutatio.

Confirmatur, corruptio etiam, vt mutatio, & consequentet eius terminus, semper est de secundaria intentione naturæ: ergo non peret nouam mutationem, sed eandem cum alio termino, quæ proindè per se primò terminetur ad aliquid positiuum, & secundariò ad non esse formæ præexistentis.

32 Ad primam ex his obiectionibus respondetur, priuationem dupliciter posse considerari, scilicet, vel per modum remotionis entis, secundùm quam rationem suo modo inuenirur à parte rei, vel per modum entis ab intellectu conficti: vnde secundum priorem illam rationem, distinguitur distinctione reali negatiua à quouis ente: secundùm posteriorem verò sola ratione, sicut solùm est ens per rationem, & intellectus consideratione, quod latè ostendimus in Logica disputatione 2. numer. 34. Quare cùm corruptio sit mutatio quædam priuatiua, vt qu. 1. huius disput. diximus, ideò D. Th. potuit asserere eam distinguiratione à generatione, quamuis etiam distinguatur distinctione reali negatiua per modum remotionis entis, quæ reuerà independenter ab intellectu reperitur.

Ad secundum, concedenda est maior, & neganda minor, cuius rationem & exactam huius rei explicationem tradit D. Thom. quæst. 28. de veritate art. 6. his verbis. *Est autem oppositorum attendenda quædam differentia: nam quædam opposita sunt, quorum vtrumque ponit naturam aliquam, vt album, & nigrum: & in talibus oppositio negatio vtriusque est negatio realis, id est negatio alterius rei: & ideò cùm sit affirmatio, non sit negatio, quia esse album, non est idem quod non esse nigrum, sed realiter differunt: & ideò corruptio nigri, cuius terminus est non esse nigrum, & generatio albi, cuius terminus est esse album, sunt realiter diuersæ mutationes quamuis sit vnus motus, vt supra dictum est.** Quædam verò opposita, sunt quorũ alterum tantùm est natura quædã; teliquam verò non est nisi remotio, vel negatio ipsius, sicut pater in oppositis, secundum affirmationem, vel negationem, vel secundùm priuationem, & habitum; & in talibur negatio oppositi, quod ponit naturam aliquam, est realis, quia est alicuius rei; negatio verò alterius oppositi non est realis, quia non est alicuius rei: & ideò hæc negatio negationis nihil differt secundùm rem à positione alterius: vnde secundùm rem idem est generatio albi, & corruptio non albi.

33 Ecce ergo, quomodò in via S. Doct. non esse non albi, aut tenebræ, seu carentiæ lucis, quæ est negatio negationis, non differt ab esse albi, aut ab esse lucis: & merito sanè: tum quia fosma, per quam expellitur tenebra, seu carentia lucis, nihil est aliud quàm lux, & consequenter non esse tenebræ, erit idem ac ipsa lux. Tùm etiam, quia vt communiter dicunt Dialectici, duæ negationes affirmant, & ita idem est dicere aliquid non esse impossibile, ac dicere esse possibile, & uerem non esse tenebrosum, ac esse lucidum.

Nec contra hoc vim habet probatio illa de Angelo ibidem subsumpta, nam cùm per hoc nomen *tenebra* non solùm carenna, sed priuatio lucis significetur, ad quàm proindè aptitudo subiecti respectu lucis materialis requiritur: ideò carentia, seu non esse tenebræ, ex duplici capite potest prouenire, vel scilicet ex præsentia, seu positione formæ, nempè lucis, vel ex

incapa

incapacitate subiecti respectu talis formæ.

Quia ergo Angelus est incapax ad habendam lucem materialem, ideò habet carentiam tenebræ materialis, quamuis non habeat lucem: at verò cùm in aëre, & aliis subiectis, circa quæ reperitur mutatio à termino à *quo* ad terminum ad *quem*, de quibus in præsenti loquimur, talis incapacitas non reperiatur, sed prius capaciras, & aptitudo ad talem formam, ideò non esse tenebræ solùm potest in illis prouenire ex præsentia, seu positione lucis, atque adeò in illis idem prorsus re ipsa est generatio lucis, & corruptio tenebræ, seu non lucis. Ex quo etiam patet, quod illud non esse tenebræ in Angelo est distinctæ rationis, ac non esse tenebræ seu carentiæ lucis reperiræ in subiecto capaci. Per quod etiam ad tertiam obiectionem contra confirmationem factam satis patet.

34 Ad quartam obiectionem negandæ est minor: quia ad generationem prout est mutatio, non consequitur tanquam terminus secundarius eius non esse formæ præexistentis, sed eo modo, quo terminus vnius mutationis posterioris sequitur ad aliam priorem: non secùs proportione seruata, ac terminus volitionis sequitur ad terminum intellectionis, mediante tamen alia actione, scilicet volitione ipsa, & ideò non est terminus eius secundarius; at ad terminum generationis vt actio, consequitur non esse formæ præexistentis, vt terminus illius secundarius, quia nulla actio inter vtrumque mediat, vt suprà q. 1. huius disp. num. 2. ostendimus.

Ad confirmationem dicendum est, quòd licet actio nequeat esse de secundaria intentione, quia est potissima actualitas, per quam agens se communicat, benè tamen mutatio: nam hæc potest subsequi ad priorem aliquam actionem, & ideò generatio substantialis vt mutatio, est de secundaria intentione operis licèt ex alio capite sit de primario intentione operantis: & similiter, si Deo impediente resultantiam totius frigiditatis in aqua postea sublato impedimento resultaret, tunc esset noua mutatio, quamuis frigiditas & mutatio illa sit de secundaria intentione, & sequuta ex vi mutationis substantialis, qua aqua generata est, vt lib 2. Physic. disput. 10. num. 114. tetigimus: vndè bene poterit corruptio, & terminus eius esse de secundaria intentione, & nihilominùs esset noua mutatio, quamuis non possit esse noua actio, neque eius terminus possit illam petere: quia ea, quæ sunt secundaria intentione, maximè si sunt entia negatiua, non possunt petere distinctam actionem ab illa, per quam sit id quod per se primò intenditur.

§. III.

diluuntur rationes dubitandi initio adductæ.

35 AD primam ergo dubitandi rationem initio quæst. posiam, patet ex dictis, quomodò generatio vnius saltim concomitaret fit corruptio alterius: & ad probationem in contrarium dicendum est, satis esse quod ibidem intercedat noua aggeneratio, quæ est partialis quædam generatio: quod in quo sensu intelligendum sit, tetigimus in Logica disput 13. numer. 35. & infrà disput 5. ampliùs explicabimus. Ad secundam probationem dicendum est, generationem illam non esse omninò naturalem, sed præsuppositiuè, saltim miraculosam: in præsenti autem loquimur de generatione omninò connaturaliter facta.

Ad secundam, negandum est antecedens, & ad primam probationem concedendum est antecedens de compositionibus non omninò vltimis, sed comparatiuè ad alias dispositiones, seu dispositionum gradus, quæ in ordine durationis præcedunt generationem, & sunt purè introductiuæ, non verò simul conseruatiuæ: & deinde negandæ est consequentia, quia dispositio purè introductiua non est incompossibilis cum forma præexistenti, quippè quæ, vt ostensum est disput. præcedenti, quæst. 7. subiectatur in composito antecedenti, & quando terminanda erat, scilicet in instanti sequenti, tunc compositum illud, & ipsa ad eius desitionem desinit. Ad secundam probationem dicendum est satis esse, quod forma adueniens intelligatur inuenire materiam, iam explicatam forma præexistenti priorirate *à quo* naturæ, & in genere causæ materialis, non verò priorirate in *quo*, & realis durationis, vt in sequenti quæst. magis explicabitur.

QVÆSTIO V.

Vtrùm generatio, & corruptio habeant inter se mutuum ordinem prioris, & posterioris in diuerso genere causæ.

POstquam explicuimus, generationem, & corruptionem substantialem se inuicem concomitari, restat explicandum; an cum hac simultate sit etiam mutuus ordo prioris, & posterioris in diuerso genere causæ: omine autem causæ, causalitatis eius non intelligimus veram, & rigorosam causalitatem, ex parte vtriusque se tenentem: nam cùm corruptio tantum sit mutatio quædam priuara, sicut etiam terminus eius est priuatio formæ præexistentis, ita non potest verè, & rigorosè causare, sedeius causalitas, si quæ est, debet esse impropria, & solùm reductiuè aliquod genus causæ pertinete.

§. I.

Proponitur sententia negans.

36 PRima sententia negat mutuum ordinem prioris, & posterioris in diuerso genere causæ inter generationem, & corruptionem substantialem, quia existimant auctores illius corruptionem nullo modo esse priorem respectu generationis, sed omninò posteriorem natura, & in eodem instanti eandem concomitari: hanc innuit Suarez disp. 27. suæ Metaphysic. sect. 21. num. 21. & eam docent aliqui ex recentioribus.

Posset autem sententia hæc probari omnibus argumentis, quibus disp. præcedenti quæst. vltima idem Suarez, & alij conuincere intendebant, vltimam dispositionem ad formam substantialem, & formam ipsam non posse in diuerso genere causæ mutuo se causare, scilicet in genere causæ materialis, & efficientis ob intrinsecam repugnantiam, quæ videtur esse in hoc, quòd aliquid sit causa suæ causæ efficientis: nam si quæ est mutua causalitas, seu ordo prioris, & posterioris inter generationem, & corruptionem debet esse saltim inter alia in prædictis generationibus causatum, ita vt corruptio sit priot in genere causæ materialis, & generatio in genere causæ efficientis.

37 Et deinde ratione ex proprijs, & peculiaribus naturis generationis, & corruptionis desumpta. Probatur primò: nam forma corrumpenda non expellitur, nisi quia alia forma introducitur: ergo nullo modo potest intelligi illam expelli, priùs quàm hæc introducatur, & per consequens expulsio,

seu corruptio vnius, & generatio alterius, non possunt habere inter se mutuum ordinem prioris, & posterioris. Antecedens patet, quia vna forma expellit aliam ratione incompossibilitatis quam habet cum illa in eodem subiecto, ac proinde idcò vna expellitur, quia alia introducitur. Prima verò consequentia videtur sequi ex antecedenti: nam si tota ratio expulsionis est introductio alterius formæ, nequit vllo modo intelligi corruptio anteqnam intelligatur introductio: & ita illa nulla ratione erit prior, quàm ista.

Secundò, effectus secundarius formæ nequit esse prior sua causa formali: ergo non esse formæ præexistentis, non poterit vlla ratione esse prior, quàm forma denuo introducta: ergo nec corruptio habebit aliquam prioritatem respectu generationis. Vltima consequentia patet ex prima, prima verò ex antecedenti: quoniam non esse formæ præexistentis, est effectus secundarius formæ denuo introductæ, quippè cum eo ipso, quòd vna forma informet, sequitur non esse alterius in eodem subiecto, & ideò communiter dicunt Philosophi vnam formam expelli per aliam in genere causæ formalis. Antecedens autem satis constat qui effectus secundarius nequit esse prior quàm primarius; consequenter, neque erit prior, quam forma, quæ necessariò præcedit ordine naturæ suum effectum formalem primarium.

§. II.

Sententia Arist. & D. Thom. defenditur.

38 Dicendum tamen est, generationem & corruptionem substantialem habere inter se mutuum ordinem prioris & posterioris, ita quidem vt generatio sit prior in genere causæ finalis, efficientis, & formalis: corruptio verò in genere causæ materialis. Hanc tenent omnes Doctores disput. præcedenti quæst vltima pro nostra sententia relati, & deducitur apertè ex testimoniis Aristot. & D. Th. ibidem relatis. Insuper autem.

Probatur eleganti testimonio D. Th. in 4. dist. 17. q. 1. art. 4. quæstiunc. 3. vbi sic ait: *Omnis prioritas secundum ordinem naturæ aliquo modo reducitur ad ordinem causæ, & causati, &c. Ex parte autem causæ materialis se tenet secundum quandam reductionem, omne illud, per quod materia efficitur propria huius formæ, sicut sunt dispositiones & remotiones impedimentorum, & ideò in generatione naturali, quando corrupto vnius est generatio alterius, & per hoc quòd forma vna inducitur alia expellitur, remotio formæ præexistentis se tenet ex parte causæ materialis, & ideò secundum ordinē causæ materialis præcedit naturaliter introductionem alterius formæ, sed secundum ordinem causæ formalis est è conuerso, & quia forma, & finis & agens inciduns in idem numero, vel specie, ideo & in ordine causæ efficientis introductio formæ prior est, quia forma introducta est similitudo formæ agentis, per quam agens agit, & similiter in ordine causæ finalis, quia natura principaliter intendit introductionem formæ, & ad hāc ordinat expulsionē omnis eius, cum quo stare non potest forma inducta.*

39 Et confirmatur ex eodem S. Doct. 1. 2. qu. 113. art. 8. ad primum, vbi sic habet. *Recessus à termino à quo, & accessus ad terminum ad quem, dupliciter possunt considerari, vno modo ex parte mobilis, & sic naturaliter recessus à termino præcedit accessum ad terminū prius enim est in subiecto, mobili oppositum quod abiicitur, & post modum est id, quod per motum assequitur mobile, sed ex parte agentis est è contrà: agens enim per formam, quā in se præxistit, agit ad remouendum contrarium, sicut sol per suam lucem agit ad remouendum tenebras, & ideò ex parte solis, prius est illuminare, quàm tenebras remouere: ex parte autem aëris prius est purgari a tenebris, quàm consequi lumen ordine naturæ, licet vtrumque sit simul tempore.*

Ecce ergò, quomodo ex parte mobilis, seu in genere causæ materialis, priùs est corruptio formæ præexistentis, ex parte agentis seu in genere causæ efficientis priùs est, seu intelligitur esse introductio formæ denuo inducendæ: cumque forma illa, quæ est prior in genere causæ efficientis, quam alia, sit prior in genere causæ formalis imò finalis, vt ex D. Thom. modò dicebamus consequens est, vt cum prioritate corruptionis formæ expellendæ in genere causæ materialis stet in via eiusdem S. Doct. prioritas formæ introducendæ in genere causæ efficientis formalis, & finalis.

40 Et deinde ratione fundamentali, quam idem Ang. Doct. locis citatis innuit, sic probatur: nam materia actuata per vnam formam substantialem est impedita, dum illam habet in ordine ad introductionem alterius, & ita introductio nouæ formæ aliquo modo pendet à corruptione præexistentis, ergo corruptio eius erit prior in genere causæ materialis, & introductio alterius habebit prioritatem in genere causæ efficientis, formalis, & finalis. Antecedens patet ex his, quæ fusiùs inculeauimus, scilicet, vnam formam substantialem esse incompossibilem cum alia, vnde introductio vnius aliquo modo pendebit à corruptione alterius.

Consequentia verò quoad primam partem videtur manifesta, quia id, quod ex parte materiæ se tenet, & habet per se modum dispositionis, vel purgationis ab his, quæ impediunt nouam receptionem, & introductionem formæ substantialis, reducitur ad ordinem causæ materialis: nam omnis prioritas, vel posterioritas, secundùm ordinem naturæ, seu omnis dependentia vel independentia, quæcunque illa sit, reducitur aliquo modo ad ordinem causæ, ex parte cuius se tenet, vt ex D. Th. dicebamus: & ex se constare videtur.

41 Quoad secundam verò partem, sic eadem consequentia probatur, & explicatur: nam id, medio quo agens aliquid operatur, reducitur ad genus causæ efficientis & habet prioritatem aliquam in hoc ordine, respectu eius, quod medio illo fit, quia intelligitur se tenere ex parte agentis ad hoc, vt medio illo attingat effectum: at agens non nisi media introductione nouæ formæ expellit præexistentem, si quidem solum per introductionem vnius expellitur alia: ergo in genere causæ efficientis priùs est generatio vnius formæ, quàm corruptio, seu expulsio passiua alterius: cùmque eadem expulsio ordinetur à natura ad introductionem nouæ formæ, erit etiam in genere causæ finalis ipsa introductio prior corruptione: ac denique, cum prædicta corruptio sit etiam effectus formalis secundarius introductionis, quippè qui ex vi informationis subsequitur: fit indè, vt eadem generatio, seu introductio prioritatem etiam in genere causæ formalis respectu corruptionis sortiatur.

Confirmatur exemplo D. Th. suprà adducto, & nunc ampliùs perpenso scilicet aëre apperiente fenestram, & per eam ingrediente: nam ex parte ipsius aëris, qui est agens, priùs est ingressio actiua, quàm apertio fenestræ, quandoquidem fenestra apperitor actiuè ab ingressu aëris; at ex parte eiusdem fenestræ prius est eam appetire, quam aërem ingredi, quia ipsa non nisi aperta additum præbet aëri ad hoc, vt ingrediatur.

42 Nec valeat solutio, quam Franciscus Suarez (cui hoc exemplum D. Th. omniumque veterum Philosophorum, & ratio ex ipso desumpta valdè displi-

cet

cet) illi adhibet, inquiens, quòd apertio fenestræ est effectiuè ab aëre impellente : ipse tamen vt impellens, & efficiens, nullo modo est effectus apertionis io genere causæ materialis, quia non efficit motum fenestræ, vt introductus iam in locum eius, sed vt contingens, & imprimens illi impulsum, quod facit priùs tempore, vel instanti, quàm in locum fenestræ introducatur, ipsaque à suo loco moueatur. Cuius rationem reddit, quoniam in instanti terminatiuo accessus aëris ad fenestram, est verum dicere, nunc accedit aër ad illam, ac proindè nunc imprimit illi virtutem, & consequenter etiam verificabitur, nunc non mouetur fenestra, & immediatè post mouebitur, quia eius motus incipit per vltimum non esse : & ita respectu illius efficientiæ nulla est causalitas materialis in effectu, quia hæc supponit simultatem in eadem duratione.

Non itaque hæc solutio valet : nam si aër motu continuo ingrediatur per fenestram, & ipsa per motum etiam continuum aperiatur, sunc licet in illo priori instanti accessus aëris ad fenestram non sit motio, & apertio fenestræ, nihilominùs toto tempore, quo aër successiuè ingreditur per illam, apetitur etiam ipsa fenestra per motum continuum, & ex vi motus non interrupti eiusdem aëris : ergo simul, & in eadem duratione sunt motus aëris per fenestram, ac motus, & apertio eiusdem fenestræ ex vi motus aëris iam dicti causata ; ergo cùm motus ille aëris per prædictum locum aliquo modo dependeat ex sublatione, & remotione fenestræ, seu ex apertione illius, fit inde, vt motus & ingressus aëris, sit prior in eadem duratione prioritate naturæ in genere causæ efficientis : & rursus apertio, & motus fenestræ sit prior in genere causæ materialis, quàm motus aëris.

§. III.

Soluuntur argumenta priorù sententiæ.

43 AD fundamenta ergo oppositæ sententiæ exptineiptis generalibus deducta, satis patet ex his quæ disp. præcedenti à num. 103. vsque ad finem diximus.

Ad primum verò ex peculiaribus rationibus generationis & corruptionis formæ substantialis desumptum concedendum est antecedens, si ly *quia* dicat *quia* in genere causæ efficientis, formalis, aut finalis, & iuxta dicta loco citato : nam cùm prioritas, & dependentia causatum, tantum sit prioritas à *quo* non verò realis in *quo*. ideo optimè explicatur per ly *quia*, vt si dicas forma præexistens expellitur, quia præsens introducitur : & deindè distinguendum est primum consequens, & concedenda est consequentia, si ly *prius* intelligatur de prioritate in genere causæ efficientis, formalis, & finalis, secùs verò si de prioritate in genere causæ materialis fuerit intellectum.

Nec contra hoc habet vim probatio ibidem subsumpta : nam ex hoc quòd tota ratio corruptionis, seu expulsionis passiuæ in genere causæ efficientis, sit introductio nouæ formæ, solum colligitur corruptionem non posse intelligi in eodem genere, vt aliquid priùs quàm introductio, secùs tamen in alio, scilicet in genere causæ materialis. in quo prædicta corruptio, & purgatio materiæ à forma præexistenti, intelligitur esse prior, quàm forma generanda, quauis facta collatione inter hæc duo genera causarum, & prioritates earum, sit simpliciter prior introductio, vt se tenet ex parte agentis, quàm corruptio, seu purgatio, & emundatio materiæ ab impedimentis, vt loco citato fusiùs explicatum est.

44 Ad secundum, concedendum est antecedens, intellectum de effectu secundario causæ formalis, vt effectus secundarius illius est, quia secundùm istam rationem formaliter, & teduplicatiuè sumptam nequit esse prior sua causa formali, secùs verò si intelligatur de eo, quod aliàs est effectus secundarius in prædicto genere, & nihilominùs habet aliqua modo rationem causæ materialis respectu illius : nam secundùm istam rationem. benè potest esse prior in hoc genere, quàm id, quod aliàs est causa formalis modo dicto respectu eiusdem.

Itaque, expulsio formæ substantialis præexistentis in materia potest considerari dupliciter : vno modo quatenus se tenet ex parte materiæ per modum purgationis ab impedimentis, ex quorum ablatione remanet ipsa per modum potentiæ omninò expedita ad hoc, vt recipiat nouam formam : alio modo secundùm quod se tenet ex parte formæ, ex eo, quod est effectus secundarius illius, ac prolode subsequitur ex vi informationis eiusdem formæ, & secundùm priorem considerationem habet se per modum quasi dispositionis in ordine ad receptionem nouæ formæ ; ac proindè pertinet ad ordinem causæ materialis, & ita potest in hoc ordine esse prior, quàm sua causa formalis, respectu cuius habet aliàs esse effectum secundarium, quia quatuis forma ono vtcumque pendet à materia, sed ab eadem, vt expedita, & consequenter, vt emundata ab omni impedimento : at secundùm posteriorem, pertinet ad ordinem causæ formalis per modum causati in hoc genere : & ideò secundùm hanc rationem formaliter, & teduplicatiuè sumptam nequit habere aliquam prioritatem respectu formæ denuò introductæ : nam id, quod est posterius quatenùs tale, nequit esse prius in vno, & eodem ordine.

45 Potestque hoc explicari exemplo satis accommodato dispositionum omninò vltimarum, quæ subsequuntur per naturalem dimanationem à forma substantiali : nam hæ possunt considerari secundùm quod se tenent ex parte formæ, vt sunt effectus illius, vel secundùm quod se tenent ex parte materiæ, ex eo quòd disponunt ad receptionem eiusdem formæ vt disp. præc. vlt. quæst. ostensum est : & priori modo nequeunt habere aliquam prioritatem respectu illius, quia considerantur præcisè vt effectus cuius ratio, vt collari cum sua causa sita est in posterioritate, & dependentia, non verò in prioritate ; & independentia, at posteriori modo acceptæ sunt priores in genere causæ materialis, quàm eadem forma ; ex eo quòd se tenent ex parte materiæ tanquam dispositiones illius, à quibus introductio, & receptio formæ in genere causæ materialis pendet, quandoquidem nequit prædicta forma recipi nisi in materia disposita, vt loco citato probatum est. Sed de his videantur ea, quæ ibidem diximus, nam ab eis cuncta in hac quæstione dicta valdè pendent.

QVÆSTIO VI.

Vtrùm in corruptione substantiali fuit resolutio vsque ad materiam primam.

LIcet quæst. præsens cum his, quæ disp. præcedenti à quæst. 4. vsque ad 7. discussimus, reipsa concidat, nihilominùs quia plures Doctores eam figillatim controuertunt, & quod caput est) plura adduc-

cunt argumenta contra sententiam D. Thom. quæ peculiari indigent solutione, & omnia in prædictis quæstionibus commodè, & absque prolixitate periculo adduci potuerunt, ideò vt eis, quæ ibidem emisimus, fiat satis, quæstionem hanc sigillatim excitamus.

§. I.

Adducitur prior dicendi modus.

46 PArtem negantem tuentur omnes fetè Doctores, quos disp. præcedenti quæst. 7. pro priori sententia retulimus. Probaturque.

Primò ex testimoniis D. Thom. Sanctus enim Doct. in 4. dist. 44. quæst. ait. 5. quæstiunc. 1. ad 3. & 4. contra Gentes cap. 81. ait, quod materia verò, & realiter subest dimensionibus interminatis, ergo etiam corrupto composito remanebunt in materia, atque adeò non fiet iuxta mentem S. Doct. in corruptione resolutio vsque ad materiam primam: & tursus in prædicto cap. 81. sic ait. *Nullum principiorum essentialium hominis per mortem omninò cedit in nihilum, nam anima manet post mortem: materia etiam, quæ tali formæ fuit subiecta: manet sub eisdem dimensionibus, ex quibus habebat, vt esset materia individualis.*

Secundò, nam cùm animal gladio, aut frigore consumptum petit, tunc saltim in viscetibus illius manet aliquis calor: at hic est idem numero cum præexistenti: ergo in corruptione non fit resolutio vsque ad materiam primam. Consequentia satis patet: maior verò constat experientia, & minor probatur, quia non est aliqua causa, quâ calor ille, si esset à præcedenti numero distinctus produceretur, non quidem ab aëre circumstante, qui sæpè est frigidior, neque à gladio, vt potè non habente adeò intensum calorem, vt supponitur: nec ab intercimente quippè non influente in hoc euentu, nisi medio gladio, in quò (vt modò dicebamus) calorem ita intensum non esse supponimus: nec tandem fit per naturalem à forma cadaueris, quoniam calor ille non est dispositio per se concomitans talem formam, sed omninò impertinens ad illam, & ita non resultat in aliis cadaueribus, cùm tamen dispositio per se concomitans aliquam formam semper resultet ab omnibus formis eiusdem speciei, vt inductiuè in singulis patet.

47 Confirmatur primò nam in quolibet cadauere manent eadem numero accidentia: ergo iam in corruptione non fit resolutio vsque ad materiam primam. Consequentia est euidens: antecedens autem patet in homine mortuo, in quo cernimus eandem cicatricem, eamdemque figuram, & organizationem: & similiter in pomo, vel in aliis herbis salutiferis à suis radicibus abscissis, vbi experimur eundem odorem, eamdemque virtutem sanatiuam ibidem permanentem, in quibus omnibus maxima fides sensui iudicanti esse eadem re ac præcedentia, adhibenda est, rum quia, vt ex Arist. & D. Thom. 2. de Anima dicemus, sensus non fallitur circa proprium sensibile, quando est in debita distantia, & medium, ac organum non est impeditum, vt in præsenti multoties contingit: tum etiam, quia non adest sufficiens causa, ob quam à ratione debeat corrigi sensus, imò ratio ipsa idem videtur suadere, siquidem vt ex dictis in argumento constat, non apparet agens, a quo talia accidentia producantur.

Confirmatur secundò: quia si canis viuus maximo impetu sursum proiciatur & in medio ascensus moriatur, tunc eo in statu manet impulsus, quod sursum projectus est, alias vltra non ascenderet: at impulsus ille est idem numero cum præexistenti in ipso antequam moreretur: ergo, & cætera Consequentia cum maiori constat. Minor autem probatur, quia non datur agens, à quo alius numero impulsus producatur, siquidem non produceretur à proiicente qui longè abest, neque à cadauere, quod in centrum, potiùs, quàm in locum sursum inclinat, & ita illi ascensui resistit: neque ab aëre magna velocitate continuò subintrante in loco relicto ab illo corpore. tum quia aër ille, vt constat, non potest imprimere tantam vim illi corpori, quanta requiritur ad hoc, vt cum velocitate iam dicta sursum ascendat: tum etiam, quia aliàs motus ille sursum numquam cessaret, sicut nec cessat subi intratio aëris in locum eius: nec denique à causa vniuersali, quæ sola superesse videtur, cùm hæc naturis retum inferiorum se attemperet, & ita cadauere illo deorsum inclinante, etiam ipsa in descensum ad eundem locum inclinat, & influit.

48 Tertiò: quia aliàs multoties accidentia illa corrumperentur sine corrumpente, & natura frustrà iam actum ageret: quæ duo absurda esse satis constat. Sequela, quoad priorem partem patet in generatione ignis ex aëre in qua ignis genetans, qui solus per suum natiuum calorem corrumpere posset caloiem aëris non habet vim ad talem corruptionem, cùm simile non agat in simile, sed in suum contrarium, sicuti etiam terminus ad *quem*: scilicèt ealor denuò productus debet esse ex termino *à quo* opposito, atque adeò calor nequibit fieri ex calore.

Quoad secundam verò partem etiam constat in productione hominis, vbi natura longo tempore in organizatione corporis vsque ad instans eiusdem generationis insudauit; at si organizatio illa in eo instaoti perit, & iterum alia tunc producitur, iam natura frustra actum ageret, quippè cùm organizationem illam iam peractam in illo instanti destrueret, & aliam in eodem produceret: ergo, &c.

49 Confirmatur: quia nullus vnquam artifex agens secundum artem destruit dispositiones artificiales, quas facit, imò nec quas inuenit priùs factas. si formæ introducendæ congruæ sint: vndè si eas destrueret, insipienter, & non secundum artem, sed potiùs contra illam ageret; at natura in suis operationibus est artifex quidam sapientissimus, quam ars in suis operibus imitari intendit: ergo dispositiones quas inuenit, & quas ptius fecit nullo modo destruit, & ita non fiet resolutio vsque ad materiam ptimam.

Quartò quia alioqui non esset salubriùs vesci pretiosis, & delicatis cibis, quàm aliis vilioribus, & magis crassis; hoc autem est contra manifestam experientiam: ergo, &c. Sequela patet: nam si transmutatione substantiali eorum in substantiam aliri, nihil ex ipsis præter materiam primam remanet, cùm hæc sit eiusdem rationis in omnibus cibis, non magis proderit vti his, quàm illis, nec magis nutrietur animal per hos, quàm per illos.

50 Quintò: nam ex opposito fieret nullum agens posse suam naturam substantialem communicare, quod, vt patet, est absurdum. Sequela probatur, quia nullum agens agit nisi mediis dispositionibus, quas in compositio corrumpendo inducit: ergo si in corruptione fit resolutio vsque ad materiam primam & consequenter prædictæ dispositiones pereunt, non erit aliquid. medio quo agat, maximè quando agens iam perlit, & solùm in subiecto illo corrumpendo suam virtutem reliquit, sic in viuentibus contingit.

Confirmatur: nam dispositiones introductiuæ non possunt non manere instanti generationis inclusiuè: ergo in corruptione ibidem intercuenienie aliquid aliud præter materiam primam manebit. Conse-

quentia

quentia est nota, antecedens autem probatur: tùm quia nullum accidens corrumpitur in instanti vltimo motus, per quem fit: nam tunc potiùs perficitur, & est in facto esse, sicut tunc solùm est vltimum terminativum complens totum motum jat instans generationis est instans vltimum motus, per quem dispositiones illæ fiunt, quia in illo instanti, non verò in tempore antecedenti potest dari vltimum mutatum esse eiusdem alterationis: ergo &c. Tum etiam, quia prædictæ dispositiones durant, vsque dum sint incompossibiles cum forma compositi corrumpendi, aliàs illud non corrumperent; at toto tempore antecedenti ad instans generationis non sunt cum ea incompossibiles, quippè quæ permanet eum illis simul cum ipso composito, quod constituit: ergo debent durare saltim vsque ad instans eiusdem generationis inclusiuè, in quo non possunt cum composito corrumpendo componi.

52 Vltimò: quoniam saltim in homine quantitas subiectatur in sola materia prima: ergo eadem manebit in genito, & in corrupto, & consequenter non fieri in corruptione concomitante generationem hominis resolutio vsque ad materiam primam. Hæc vltima consequentia est euidens: prima verò patet ex antecedenti, nam cùm maneat subiectum eiusdem quantitatis, & ipsi nihil sit contrarium, non est cur pereat, maximè, quia quantitas non habet vllam dependentiam à forma substantiali, quatenùs tribuit esse aromum, sed solùm quatenùs communicat esse substantiale corporeum, cuius ipsa est passio, quare cùm aliqua forma substantialis tribuens prædictum gradum in materia, semper repetiatur, semper etiam ipsa quantitas perseuerabit.

Antecedens autem probatur, quia, cùm anima rationalis sit spiritualis, & indiuisibilis, nequit etiam partialiter in se recipere accidens corporeum, & diuisibile, alioqui coextenderetur, & redderetur diuisibilis ab illo: nam repugnat formam accidentalem recipi etiam partialiter in aliquo subiecto, & non tribuere ei suum effectum formalem.

§. II.

Vera Aristot. & D. Thom sententia.

53 Dicendum tamen est, in corruptione substantiali fieri resolutionem vsque ad materiam primam. Ita omnes fetè veteres Philosophi, & Theologi, & quàm plures alij, quos disp. præcedenti qu. 4. 6. & 7. adduximus. Assertio autem hæc non indiget ad sui probationem nouis rationibus quia ex bis, quæ disp. & qq. citatis diximus satis constat: si namque generatio substantialis recipitur in materia nuda, tam ab omni forma substantiali quàm accidentali, vt ibidem ostendimus, apertè sequitur nihil præcedentis compositi remanere præter materiam primam atque adeò fieri in corruptione illius resolutionem vsque ad eandem materiam.

Cæterùm: quia eandem assertionem in propriis terminis Aristotel. & D. Thom. docent, ideò vt magis constet quanam opposita sententia à mente, & doctrina eiusdem Philosophi, & S. Doct. distet, & cum ea pugnet, placuit prædictam assertionem duplici testimonio ex vtroque desumpto ampliùs elucidare.

Quorum primum habetur in hoc libro text. 23. vbi sic loquitur Philosophus: *Quando autem totum transmutatur non manente aliquo sensibili, vt subiecto eodem, sed quasi ex semine toto sanguis, aut ex aqua aer generatur tam hoc tale; huius autem corruptio.* Vbi D. Th. lect. 20. *Dicit ergo primò: quod quando est transmutatio, non solum secundum passiones, sed etiam secundum totam rem substantiam, in quantum scilicet materia accipit aliam formam substantialem, ita scilicet, quod non manet aliquod sensibile, quasi sit idem subiecto numero ens actu, puta quando ex toto semine generatur totus sanguis, talis transmutatio est vnius generatio, & alterius corruptio.*

53 Occurrit Suarez disp. 14. suæ Met. sect. 3. n. 52. hinc solùm haberi, quòd in corruptione substantiali non remanet compositum præcedens, quia Arist. nomine subiecti sensibilis nō intelligit nisi compositum ipsum substantiale, quod solet communiter appellare substantiam sensibilem, non verò accidentia ipsa sensibilia, & ideò non dixit nullo sensibili manente sed non manente aliquo sensibili, vt subiecto eodem: constat autem solam substantiam prædictam esse sensibilem, vt subiectum substans prædictæ sensibilitati.

Sed contra nam in primis hæc expositio aperte est contra verba, & sensum Philosophi, quia compositum substantiale, vt tale, non habet rationem sensibilis, substantia namque etiam corporea, secundùm hanc præcisam rationem, non est sensibilis ratione sui, sed tantùm per accidentia: ergo nomine alicuius sensibilis, vt subiecti, de quo affirmat Arist. non perseuerare in corruptione, nequit intelligi, nisi aliquid affectum accidentibus: ergo si permanet materia affecta dispositionibus, & aliis accidentibus, iam permanabit aliquid sensibile tanquam subiectum generationis, & corruptionis, quod est contra intentum, & verba Philosophi.

54 Confirmatur, & explicatur, si accidentia eadem manerent in genito & corrupto, tunc compositum substantiale non erit propriùm subiectum inhæsionis illorum, sed materia prima solummodo, alioquin migrarent naturaliter de subiecto in subiectum: ergo materia prima esset quæ principaliter, & maximè esse subiectum sensibile: ergo si ipsa vna cum suis accidentibus, tam in corruptione, quàm in generatione substantiali manet, & consequenter, vt dispositæ per illam, subijcitur eidem generationi, malè dixisset Arist. in generatione, & corruptione substantiali nullum subiectum sensibile manere.

Deinde, explicatio hæc expressa contra D. Thomam, vt constat, tùm ex testimonio allegato tùm ex verbis, quæ in eadem lectione paulò post subiunxit dicens: *Sed dubitatur, vtrum eadem passio numero quæ fuit altera pars contrarietatis, possit esse in genito, & corrupto, & cæt. Dicendum ergo, quòd non manet idem numero accidens, sed id, quod prius erat, corrumpitur per accidens corruptione subiecti recedente forma, quæ prius erat talis accidentis, & aduenit simile accidens consequens formam de nouo aduenientem.*

55 Secundum verò principale testimonium desumitur ex eodem Arist. capit. de substantia: vbi postquàm probauit tam prædicata substantialia, quàm accidentalia realiter esse in primis substantiis, quæ sunt quid singulare, & realiter de illis enuntiari: ideóque prædictas primas substantias esse fundamentum omnium prædicatorum, scilicèt hominis, viuentis, animalis, corporis, substantiæ, albi, aut nigri, & cæt. subdit: *Non ergo existentibus primis substantiis possibile est aliquod aliorum esse.* Ergo senti in corruptione substantiali primæ substantiæ, V. G. Petri, nullum accidens manere, & consequenter fieri resolutionem in materiam primam.

Confirmatur ex D. Thom. opusc. 48. c. 3. vbi reddens rationem horum verborum Arist. sic ait: *Secundum tamen est, quòd esse essentiæ per prius conuenit speciebus, quia sola species diffinitur & diffinitio significat*

ficat esse essentia,& per posterius dicitur de individuo, seu communi ei:esse autem existentia per prius convenit individuis (ablato enim esse individuorum, impossibile est aliquid aliud remanere, vt Philosophus dicit in lib. Prædicamentorum) posterius autem communi ipsi speciebus.

56 Respondet primò Suarez loco citatio n. 55. non diaisse Aristotelem,destructahac,vel illa substantia,destrui omnia accidentia,quæ sunt in ipsa,sed destructis primis substantiis,quod est verissimum: quia nisi substantiæ corruptæ succederet alia , non manerent accidentia : vndè sensus illorum verborum est, quòd destructis primis substantiis , & non genitis de nouo aliis,nullum earum accidens persueraret.

Sed contra , nam hæc solutio pugnat tum cum verbis,tum etiam cum sensu Philosophi : tom verbis quidem , quia exemplificat in substantiis particularibus : cum sensu verò , quia Aristot. nunquam existimauit posse aliquam substantiam corrumpi , quin loco eius succedat generatio alterius : etgu cùm loquatur de corruptione , quam ipse assequutus est, & ratione illius dicat non permanere aliquod prædicatum , siue substantiale completum , siue etiam accidentale,planè sequitur eum non loqui nisi de corruptione substantiæ particularis , cui generatio alterius substantiæ succedit.

57 Secundò, respondet idem Suarez, quòd etiam si Arist.de substantia particulari loquatur,intelligendus est,quòd destructa prima substantia omninò,idest secundùm totum , & secundùm partem , atque adeò etiam secundùm materiam, nun posse aliquid , quod antea in ipsa exisseret, permanere; si tamen tota substantia in ratione totius destruatur , & pars maneat, non repugnabit aliquid in illa manere:sic enim destructo homine manet intellectus in anima , & ita manente materia potetont in illa accidentia persenerate.

Sed contra,nam hæc explicatio non minùs est contra Aristotelem quàm præcedens , quia Philosophus non cognouit desitionem totius substantiæ , quæ est anihilatio , sicut nec creationem quæ est ex nihilo. ergo non potuit de tali desitione loqui.

Nec refert si dixeris,verba Arist.verificari in hypotesi quadam impossibili, scilicet, quòd si per impossibile desinetet prima substantia secundùm se totum, tunc desinerent etiam accidentia.

58 Nam contra hoc est , quòd licet planum sit, prædictum testimonium in eo euentu verificari, attamen secundùm eiusdem Aristot. mentem,etiam verificatur in coruptione, & desitione substantiæ , quæ communiter repetitur : nam cùm ibidem Philosophus dicat,primam substantiam esse,quia propriè:& maximè accidentibus, & aliis prædicatis substat, quia illa solummodo est,quâ proprie,& maximè habet esse per se , vt D.Thom. opusc.citato ipsum explicat. Consequens est,vt secundum eius mentem prima substantia in ratione talis destructa (quod quidem per corruptionem communiter contingentem fit) destruantur etiam accidentia,quia distructo subiecto pereunt omnia,quæ in illo sunt.

Nec tandem refert exemplum illud in hac solutione adductum , de anima rationali,in qua post hominis corruptionem remanet intellectus. Nam ideò id contingit , quia talis anima post corruptionem hominis retinet esse existentiæ substantialis, atque adeò potest habere esse secundùm quid , scilicet accidentaletat verò eum in materia secundùm se sumpta nequeat existentia substantialis remanere , vt ea sæpè dictis constat , fit inde , vt non sit capax habendi in se aliquod esse accidentale , sed solùm suo toto , quo perindè destructo , omnia quoque accidentia destrui necessum est.

§. III.

Solutiones argumentorum oppositæ sententiæ.

59 AD primom oppositæ sententiæ respondetur cum Fertata 4. contra Gent.c.81.Soncinate 8 Met qu.1. & Bañez in hoc libro c. 4 q. 9.art 3. in solutione ad primum,D.Thom.in illis locis occurrete argumentis infidelium negantium hominis resurrectionem, ex eo quod plura principia eius essentialia, V.G este corporeum,& alia deperduntur,quæ proindè eademmet reparari nequeunt: Vndè,optimus Dialecticus duplici via eis satisfacit : primò quidem , ex concessis ab aduersariis , præcipuè à Commentatore, non verò secundùm rei veritatem , propriamque mentem:& in hac primà solutione continentur verba in obiectione citata:ac si sanctus Doct. diaisset: Anima intellectiua,materia,& eadem numero quanntas, manent corrupto corpore , vt ru (licet falso) concedis:ergo potent idem numero homo repatari.

Deindè verò secundùm rei veritatem idem argumentum soluit , ne si solùm ea concessis illi occurrisset,dubium suboritetur,an re ipsa contra fidei veritatem cuncluderet, & ita inquit argumentum non valete,quia corporeitas duplicitet accipi potest : vno modo , secundum quod est forma substantialis corporis, provt in genere substantiæ collocatur,& sic corporeitas provt in homine, non est aliud, quàm anima rationalis tribuens esse corporeum , ea quo sequitur quantitas : & ita cùm anima rationalis remaneat post hominis corruptionem, poterit corpus humanum reparati.

60 Subdit autem : *Alio modo accipitur corporeitas,provt est forma accidentalis, secundum quam dicitur corpus, quod est in genere quantitatis:& sic corporeitas nihil est aliud quàm tres dimensiones, quæ corporis rationem constituunt: Et si igitur hæc corporeitas in nihilum cadit corpore humano corrupto , tamen impedire non potest, quin idem numero resurgat , eo quòd corporeitas modo primo dicta non in nihilum cadit , sed eadem manet.* Ecce ergo quomodò S. Doct. in his testimoniis capresè pro nobis , & contra aduersarios est ?

Quate, quoties in quibusdam aliis locis asserit materiam subesse dimensionibus interminatis priusquam formæ , vel loquitur de sola prioritate naturæ in aliquo genere causæ , nempè materialis respectu indiuiduationis formæ , cum qua prioritate optimè stare potest , quòd quantitas non in sola materia , sed in composito ea materia & forma re ipsa recipiatur , vt latiùs suo luco ostendimus. Vel loquitur iuxta mentem Commentatoris, quem proptetea in his locis tesserte solet, non verò iuata propriam , cùm iuata eam oppositum in loco à nobis nuper relato manifestè doceatir.

61 Ad secundum respondetur , calorem illum produci per accidens, & consequutiuè à generante cadauer, ea eo, quòd materia per formam, & dispositiones antecedentes,quæ fuerunt in corpore viuo,manst determinata ad hoc,vt cadauer illud quantùm fieri possit , generetur cum similibus accidentibus , & ita hoc ipso quòd generans introducat formam illam,præsupponendo formam viuam cum talibus dispositionibus, tanquam id , quod per eam immediatè expellendum est,debet producere prædictum cadauer cum accidentibus similibus composito præcedenti , quamuis sint talia,

talia, vt propter aliqualem repugnantiam cum forma cadaueris secundùm se sumpta, sit ea vt comm talia forma aliquo modo in via cotruptionis: & ita lices non subsequantur huiusmodi accidentia ad cadaues ratione formæ secundùm se sumptæ, benè tamen ratione materiæ sic determinatæ.

Vndè, generans habet se per modum causæ æquiuocæ, quæ ex determinatione subiecti producit hunc potiùs effectum, quàm illum. Ex quo etiam patet, quòd adhuc concesso, quòd animal, verbi gratia, frigore intereat, nihil hoc obstat, quominùs in visceribus eiusdem iam mortui adsit alicuius calor, siquidem in tempore immediatè antecedenti vnà cum frigore illo similis calor in eodem præexistebat. Sicut nec sefert, quòd talis calor, vel alia accidentia similia his quæ in corpore viuo præexistebant, non sint dispositiones per se concomitantes formam cadaueris ad hoc, vt ex tali cadauere resultent: siquidem omnia hæc non subsequuntur ad cadauer, ratione formæ secundùm se sumptæ, sed solùm propter determinationem materiæ, iam explicatam.

62 Ratio autem, ob quam materia maneat determinata ratione formæ antecedentis, & dispositionum eius ad hoc, vt immediatè post ipsam sequatur cadaues cum accidentibus, quoad fieri possit consimilibus, potest reddi ex eo quòd forma cadaueris non est per se intenta à natura, sed per accidens ad hoc, vt pro aliquo tempore substituat pro forma viua, veluti quædam effigies & simulacrum illius: qui cum dispositiones formæ viuentis, atque adeo ipsa forma viua, vel vnio illius tam facilè destruantur, vt in illa breui temporis mora, quæ ad hanc destructionem sufficit nequeat ignis, V. G. disponere sufficienter eius materiam ad generationem formæ ignis ab ipso per se intentæ, & aliàs sine sufficientibus dispositionibus non possit connaturaliter introduci forma ignis: ideò ne materia maneat pro aliquo tempore sine forma, intromittitur ibidem per accidens quantum ad insentionem naturæ forma cadaueris, vt suppleat vices formæ præcedentis, scilicet formæ viuæ quoad hoc, quod est, posse materiam media illa sufficienter disponi ad aliam formam, V. G. ignis ab agente per se intentam.

Quare sicut substituitur forma cadaueris loco formæ viuæ præcedentis, ita ipsa forma viua, & dispositiones eius determinant materiam ad hoc, vt forma cadaueris denuò aduenies producatur quoad fieri possit cum omnibus accidentibus, quæ in tempore immediato ad generationem erant in viuente, dummodo non omninò, sed ad summum aliqualites eidem formæ cadaueris secundùm se sumptæ sepugnent.

63 Per quæ etiam patet ad primam confirmationem. Vndè sensus oppositum iudicans corrigendus est per rationem: nec contrarium conuincit prima probatio in prima confirmatione adducta, quia aliquod sensibile extetnum esse idem, vel diuersum, non est sensibile proprium visus, vel alterius sensus, sed ad summum commune: citcà sensibile autem commune multoties decipisut sensus. Vndè si quis videret aliquod corpus album per visionem continuam, vsque ad instans A exclusiuè, & in eodem instanti Deos illam albedinem destrueret, & aliam eiusdem intensionis in eodem subiecto produceret, tunc sensus minimè vnius cotruptionem, & alterius generationem percipetet. Ad secundam verò probationem patet, tum ex modò dictis, tum ea his, quæ pro assertione adduximus.

Ad secundam confirmationem constat ex dictis, quare impulsus ille ob rationem tactam produceretur à generante illud cadauer.

Ad tertium respondetur negando sequelam, quoad vtramque partem, & ad probationem contra primam respondetur supponendo ex Diu. Thom. in tract. de virtutibus quæstio. 2. artic. 12. & alibi sæpè, quatuor modis posse aliquid corrumpi: primò per absentiam suæ causæ conseruantis, quo pacto lumen ad absentiam solis definit: secundò per destructionem subiecti, qualiter corrupto organo auditus, V. G. corrumpitur etiam potentia audituaretsnò per actionem contrarij, sicut frigidum definit per actionem calidi, & hoc est proprie, & per se corrumpi: quarto ad desitionem tesmini, vt acidit in relatione, quæ termino peteunte petit.

64 Hinc ergo ad prædictam probationem respondetur ex Diu. Tho. in loc. 10. quòd licet calos non possit per se corrumpere calorem, bene tamen per accidens, & consequutiuè corrumpendo subiectum, per quod etiam satis constat ad id, quod ibidem additur, scilicet calorem, & quemlibet alium terminum *ad quem* debere fieri ex suo contrario, quia hoc intelligitur de his, quæ per se fiunt, non verò de illis, quæ consequuntur ab alia.

Ad probationem verò secundæ partis eiusdem sequelæ dicendum est organixationem illam præcedentem ordine durationis introductionem animæ rationalis disponere, & determinare materiam in ordine ad aliam organixationem nobiliorem, & connaturalem eidem animæ, & cum præcedenti incompossibilem, sicut etiam formæ ad quas huiusmodi organixationes consequuntur, sunt inter se incompossibiles. Vnde præcedens organixatio non fuit frustrà inducta, nec postea sine necessitate destructa, nec natura iam actum rterum agis, quia nunquam organixationem, illam nobiliorem, & connaturalem, petentemque animam rationalem, vt id, à quo per naturalem dimanationem fluat, in lucem edidetat.

65 Ex quo ad confirmationem concedendum est antecedens, & neganda consequentia, quia forma inducta per artem non præsequitur destructionem compositi, in quo præexistebant illæ dispositiones, & consequenter nec destructionem illarum; secùs verò forma naturalis, in cuius aduentu debet cortumpi præcedens compositum, ac proinde ad eius cotruptionem accidentia in eodem recepta debent etiam desinere.

Cæterùm, si dispositiones, quas inuenit artifex, quantumuis aliqualiter congruentes formæ artificiali suo, quam inducere intendit, non sint adeo perfectæ, ac illæ, quas prædicta forma expoicit, nec cum eis compossibiles, vt multoties contingit, necesse erit artificem illas priores destruere, vt has introducat: cum igitur in prædictis dispositionibus naturalibus, de quibus loquimur, id semper contingat propter rationes dictas: ideo semper est necesse antecedentium destructionem repetiri, & ita exemplum ex artificialibus desumptum nobis fauet, & contra aduersarios vrget.

66 Ad quartum neganda est sequela, quia viliores cibi & magis crassi, dum sub propria specie in stomacho manent, possunt nocere, quia afferunt qualitates dissonas, & nociuas saluti hominis; è contra verò cibi pretiosi, & salutiferi ratione qualitatum benignarum, & humani corporis temperamento magis expedientium, solent, dum sub propria specie in stomacho manent, magis prodesse.

Ad quintum negamus sequelam: & ad probationem dicimus satis esse, quòd mediis illis dispositionibus maneat materia sigillata ad formam illam, ad quam dispositiones ipsæ ordinabantur. Quomodo autem

autem relinquant materiam sigillatam, etiamsi desinant, iam explicatum est disp. præcedenti à num. 87. vsque ad 91. Ad illud denique de viuentibus constabit ex dicendis lib. 1. de Anima.

Ad confirmationem, negandum est antecedens, & ad primam probationem dicendum, maiorem esse falsam, quando accidens corrumpitur per accidens ad destitionem subiecti quia tunc etiam motus desinit eodem modo, & in eo instanti, in quo terminandus erat per vltimum mutatum esse, & ita illud non habet. Sed de his videantur ea, quæ 6. Physic. disp. 26. à n. 24. vsque ad 27. diximus.

Ad secundam probationem negandum est etiam antecedens, quia cùm dispositiones illæ subiectentur in composito præcedenti, possint esse vna cum forma illius; neque hinc fit compositum præcedens, formamque ipsius non corrumpi ab his dispositionibus, quia ad hanc destructionem non est necesse, vt ipsæ permaneant perenne compositio præcedenti, sed sufficit quòd fit in tali instantione, vt sub illis non possit ampliùs in instanti sequenti esse prædictum compositum, ac proinde tam hoc, quam ipsæ, & cætera alia accidentia cum eo corrumpantur.

67 Ad vltimum, negandum est antecedens, & ad probationem dicendum animam rationalem, quamuis spiritualem, vt *quod*, esse tamen corpoream, vt *quo*, quatenus tribuit esse corporeum: & ita in ea, vt in subiecto *quo* recipi etiam quantitatem, quia recipitur in toto homine, quatenus habet esse corporeum, vt in subiecto *quod*. Nec inde fit, animam reddi in se extensam, per illam, quia quantitas necessariò non extendit in se subiectum *quo*, sed subiectum *quod*, quamuis etiam subiectum *quo* possit permissiuè, secundatiò, ac ratione totius in se coextendere, seu ad eiusdem totius diuisionem condiuisibilem reddere.

Itaque ad hæc, vt quantitas recipiens in toto, & ei tribuat suum effectum formalem satis est, quòd recipiatur, vt *quo* in forma tribuente ei esse corporeum; ad hoc autem non desideratur, vt illam simul cum toto in se coextendat, sed quòd eadem forma sit ei ratio, quare recipiat quantitatem per modum subiecti integri, & adæquati. Cæterùm vt ratione totius tanquam primi susceptiui, vt *quod*, eadem forma secundatiò ad extensionem illius in se coextendatur, seu condiuisibilis reddatur, requiritur, vt non habeat esse spirituale, vt *quod*, vel non sit nimis eleuata supra materiam, vt in animabus animalium perfectorum contingit: nam sicut materia est prima radix, modo alibi dicto, quantitatis, ita tam ipsa, quàm ea, quæ eidem sunt multum immersa, extenduntur, seu condiuisibilia reddunt ur in se ab alia iuxta modum suæ naturæ, ita vt totum ipsum habens esse, vt *quod*, extendatur, seu diuisibile reddatur, vt *quod*, & vt primum receptiuum in hoc ordine: quæ verò coëxistunt in toto, & habent prædictam immersionem, ea secundatiò, & ratione illius in se coextendantur, seu condiuisibilia reddantur, modo tamen alibi ex professo explicando.

68 Quare cum anima nostra habeat esse spirituale, vt *quod*, ac proinde non indigeat, quoad se, & in se quantitate sed solùm totus homo per illam constitutus ipsa quantitate sic indigeat, ideo non coextenditur, & condiuisibilis in se redditur per illam ad diuisionem, & extensionem totius, sed solùm est ratio quare homo possit vt *quod* extendi, quod quidem requiritur, & sufficit ad rationem communem subiecti *quo*.

Potestque hoc explicari exemplo, visionis, & potentiæ visiuæ hominis (à quo non satis se expedit Suarez) quæ non possunt recipi in sola materia prima illius, quia cùm sint potentiæ, & actus vitalis, nequeunt non subiectari in organo viuo, & maximè visio, quæ est actus immanens: & ita debet recipi in organo viuente, à quo elicitur, & nihilominus propter rationem dictam non ideo tribuunt animæ in se esse corporeum, aut extensam, licet ipsæ sint extensæ per quantitatem, & ex se habeant esse corporeum.

69 Nec refert si obiicias, quòd totum nihil est aliud, quàm suæ partes simul, & in recto sumptæ, ac inter se vnitæ: ergo non potest totus homo reddi extensus, quin eius partes coextendantur cum illo, ac proinde nequibit quantitas recipi in toto, & illud extendere, quin etiam animam reddat in se extensam.

Non itaque hoc refert: nam concesso antecedenti, neganda est consequentia: arguitur enim à partibus simul sumptis, seu, quod idem est, à toto ad partes sigillatim acceptas, qui modus arguendi est nullus: nam sicut non valet, totus homo nihil est aliud, quàm suæ partes vnitæ: ergo non potest ipse esse, vt *quod*, corporeus, & corruptibilis, quin quælibet pars sit eodem modo corporea, & corruptibilis, quippe cùm anima sit spiritualis, & incorporea, vt *quod*, & tam ipsa quam materia sint incorruptibiles, ita nec illatio in obiectione posita ob eandem rationem aliqua valebit.

DISPVTATIO IV.

De Alteratione.

POSTQVAM egimus de generatione, & corruptione substantiali; quæ inter alias mutationes principaliùs in hoc opere inspiciuntur: restat, vt de alteratione sermonem vnà cum Arist. statim instituamus: nam sicut alteratio est prior augmentatione, tum quia præcedit generationem substantialem compositi, quod postea augendum est: tum etiam, quia semel compositio, verbi gratia, viuenti generato, prius est cibum alterari, quam idem viuens nutriri, & augeri; ita post generationem substantialem, & corruptionem ei oppositam, prius de alteratione, quàm de augmentatione sermo instituendus est.

QVÆSTIO I.

Quid sit Alteratio?

QVia alterationem esse satis ex dictis tota disp. 2. constat, ideo quæstione an est? prætermissa, à quæstione quid est? exordium in hac disp. sumimus.

§. I.

Explicatio tituli.

1 PRo tituli intelligentia notandum est, alterationem quatuor modis posse accipi: primò latissimè pro quauis mutatione accidentali, quia per omnem illam res alteratur, id est, fit altera? nam sicut proprium est differentiæ essentialis facere aliud,

aliud, hoc est, in essentia diuersum, ita differentiæ accidentalis facere aliquo modo alterum; seu alteratum, id est, non essentialiter, sed accidentaliter distinctum, & ita cùm per quamuis mutationem accidentalem introducatur forma tribuens prædictam differentiam accidentalem, per illam etiam res alterabitur, seu fiet altera.

Secundò, non ita amplè pro mutatione terminata ad solam qualitatem, quia qualitas peculiariter dicitur facere alterum, vel alteratum, vt ex communi omnium Doctorum consensu constat: quo pacto alterationem sumpsit D.Th.in 1.dist.17.q.2.art. 1. ad quintum, secundum quam rationem omnes sensationes, & intellectiones creatæ, imò etiam acquisitio gratiæ, & virtutum supernaturalium, quæ cum mutatione subiecti infunduntur, possunt dici alterationes.

Tertiò, & magis strictè pro omni & sola mutatione Physica, quæ sit actus imperfecti, & per quam qualitas eidem proportionata producitur, de qua 3. Physic. disput. 16. num. 16. egimus.

Quartò, ac præsertim pro mutatione accidentali, quæ sit etiam actus imperfecti, & habeat contrarietatem requisitam ad verum, & rigorosum motum, vt notauit D. Thom. loco proximè citato, & in eodem primo dist. 37. quæst 4. artic. 1. ad secundum. Et quia contrarietas requisita ad terminandum talem motum, & consequenter latitudo ibidem inuoluta, solùm reperitur in qualitatibus tertiæ speciei, vt docuit Angel. Doctor. 1. 2. quæst. 50. artic. 1. ad tertium, ideò iuxta hanc quartam acceptionem ptincipaliùs sumitur alteratio pro motu proprio & rigoroso tendente ad prædictas qualitates.

2 In præsenti igitur non inquirimus de alteratione in prima acceptione, quia hæc est latissima, & valdè impropria, & ideò comprehendit etiam augmentationem, quia est quædam mutatio, seu motus ad formam accidentalem, scilicet ad quantitatem. Neque etiam in secunda acceptione, quia vt sic ambit mutationes purè spirituales, tam quoad substantialem, quàm quoad modum, quæ proinde institutum Physicum excedunt. Benè tamen in tertia ob oppositam rationem: nam sicut sub motu, vt sic, quem Arist. 3. Physic. diffinit, clauditur non solùm mutatio successiua, sed etiam instantanea, quæ sit actus imperfecti, vt ibidem disput. 16. num. 16. explicuimus, ita sub alteratione, de qua in præsenti sit sermo, comprehenditur non solùm alterario successiua, sed etiam instantanea, quæ sit actus imperfecti. Vnde potiori ratione alteratio in quarta acceptione ad præsentem tractatum spectabit, vt ex se constat.

3 Cæterùm, quia in hoc opere adhuc principaliùs agitur de alteratione, vt deseruit ad generationem substantialem, ac proinde introducit dispositiones necessarias ad illam, iuxta ea quæ disp. 1. diximus, ideò ad hoc etiam principaliùs de eadem alteratione, vt est motus propriè, & rigorosè dictus, introducitque prædictas dispositiones, titulus intelligendus est, cum quo etiam optimè consonat ipsum alterationis nomen, quod prædicto motui, vt exercet munus explicatum, potiori ratione debetur.

Etenim alteratio propriè, & principaliter sumpta dicit passionem propriè etiam acceptam, vt docet D. Thom. locis suprà citatis, ac proinde introductionem vnius qualitatis disconuenientis subiecto, & expulsionem alterius congruentis illinam per introductionem qualitatis congruæ, & iuxta naturam subiecti, non dicitur propriè, & in rigore pati, aut fieri alterum, seu alterati, sed potius perfici, & in suo esse quasi confirmari: quare cùm alteratio modo dicto consideratæ potissimè habeat introducere qualitates disconuenientes subiecto, & abiicere congruas, consonasque illi, ideò talis alteratio potiori iure alterationis titulo insignitur.

Quare, cum Arist. & D. Thom. in præsenti solum diffiniemus alterationem in quarta acceptione, scilicet provt motus est, quia ex hac diffinitione, & ex his quæ suprà disp. 2. & 3. Phys. disp. citata diximus, non difficilè colligetur, in quanam essentia eiusdem alterationis, tam in tertia acceptione, quàm secundùm quod intra prædictam quartam acceptionem generationi substantiali deseruit, sita sit.

§. II.

Ex Arist. & D. Thom. mente quæstio resolutur.

4 NAturam alterationis modo dicto consideratam paucis expressit Aristot. in hoc lib. text. 23. inquiens: *Alteratio quidem est, quando manente subiecto sensibili existente transmutatur in eius passionibus, aut contrariis entibus, aut mediis.* Quæ verba explicans D. Thom. ibidem lect. 10. sic ait: *Subiungit quòd alteratio est quando manet idem subiectum sensibile, scilicet nulla transmutatione in eius substantia facta, sic transmutatio in passionibus eius, scilicet qualitatibus ipsis: neque est differentia quantum ad hoc, vtrum fiat transmutatio secundùm contraria extrema, vel secundum media, puta vtrum de albo in nigrum, vel de rubeo in pallidum.*

Ex quibus verbis potest sequens quasi diffinitio alterationis modo dicto consideratæ formari. Alteratio est motus substantiæ completæ mobilis ab vna in aliam passionem, vel passibilem qualitatem habentem latitudinem cum contrarietate. Vbi by *motus* sumitur propriè, & strictè pro vero, & rigoroso motu, de quo præcipuè in hac quæst. sit sermo. Diximus autem, *quasi diffinitio*, quia sicut motus non continetur directè sub aliquo prædicamento, vt in Logica disput. 13. num. 53. & in Postprædicamentis diximus, ita propriè non constat genere, & differentia, & consequenter nec propriè, & in rigore diffiniri potest.

5 Ponitur ergo primò in diffinitione by *motus* substantiæ completæ, quia iuxta doctrinam Aristot. in hoc lib. text. 24 alteratio differt à generatione substantiali ex parte subiecti, ex eo, quòd generatio subiectatur in ente in potentia, scilicet in materia prima, alteratio verò est subiecti existentis in actu, ac proinde substantiæ completæ, vt ibidem docet D. Thom. lect. 10.

Additur autem, mobilis ab vna in aliam passionem, vel passibilem qualitatem, quia ad solas qualitates tertiæ speciei datur motus alterationis. Vnde idem Doct. Ang. loco citato, post verba numero præcedenti relata, sic inquit: *Philosophus in 7. Physicorum probat, quòd in prima specie qualitatis, & quarta non est alteratio, sed solum in tertia, quæ dicitur passio, vel passibilis qualitas, & propter hoc fortè sic nanter dixit: quòd alteratio est transmutatio in passionibus.* Et hoc ipsum sæpè repetit. 1. 2. quæst. 50. art. 1. ad 3. quæst. 52. artic. etiam 1. ad 3. in 1. dist. 17 quæst. 2. artic. 1. ad 3. 7. Physic. lect. 3. & alibi, quem sequuntur eius discipuli, vt Zonard. 7. Physic. qu. 4. Banez in præsenti cap. 4. qu. 4. dicens esse communem consensum omnium Philosophorum.

Ponitur tandem vltimo loco * Habentem latitudinem cum contrarietate, * quia licet solæ qualitates tertiæ speciei terminent per se motum alterationis, non tamen in omnibus sunt conditiones requisitæ ad terminandum, sed solùm in illis, quæ debitam latitudinem cum contrarietate habuerint.

6 Hinc

6 Hinc autem potest facilè prædicta diffinitio suaderi, & explicari ex D.Th.de sensu & sensato lect. 6.nam vt ibi S. Doct. ait: *Semper oportet subiectum ponere in diffinitione accidentis, vt dicitur 7. Metaph. differenter tamen: nam si accidens diffiniatur in abstracto, subiectum ponitur loco differentiæ: id autem quod pertinet ad genus accidentis, ponitur loco generis, vt cum dicitur, simitas est curuitas nasi: cum autem accidens diffinitur in concreto, è conuerso subiectum ponitur loco generis, sicut cum dicitur, simus est nasus curuus.* Quate cùm hic diffiniatur alteratio in abstracto, & motus habeat rationem quasi generis respectu illius; meritò per illum, tanquam per suum quasi genus diffinitur; eumque per cæteras particulas circumloquamur naturam proprij subiecti alterationis, ideo optimè loco diffetentiæ prædictæ particulæ ponsitæ sunt, vt ita alteratio quoad fieri possit, iuxta communes leges diffinitionis accidentium maneat diffinita. Sed circa hæc videantur ea quæ in Logica disp. 5. qu. 2. circa modum diffiniendi accidentia latè ex eodem Arist. & Angel. Doct. dicta sunt.

§. III.

Obiectiones contra dicta, & solutio earum.

7 Sed obijcies primò, quòd postquam Arist. in verbis relatis, ex quibus tradita diffinitio sumpta est, explicinit naturam motus alterationis, statim exemplificauit in transmutatione ad qualitatem primæ, & quartæ speciei: ergo motus alterationis non terminatur ad solas qualitates tertiæ speciei. Antecedens patet, quia protinus addit: * Putà corpus sanum est, & rursus laborat manens idem: & metallum quandoque rotundum, quandoque angulare, idem verò existens. * Quæ verba explicans D.Th. lect. 10. inquit: *Ponit duo exempla, primum scilicet, cum corpus animalis idem manens prius est sanum, & postea infirmatur: secundum est, quando es (aliàs metallum) idem manens quandoque est rotundum, quandoque angulare, vel angulos habens. Et est aduertendum, quòd primum horum exemplorum pertinet ad primam speciem qualitatis, secundum autem ad quartam.*

Secundò: habitus vitij, V.G. iniustitiæ vel ettoris in materia Metaph. pertinent ad primam speciem qualitatis, & nihilominùs datur motus alterationis ad illos, &c.

Maior non indiget probatione, minor verò suaderur nam sunt qualitates habentes latitudinem cum contrarietate, quandoquidem tam iniustitia, quàm error possunt intendi, & remitti, & illa opponitur contrariæ iustitiæ, hic verò habitui scientifico Metaphysicæ; at qualitates habentes prædictas conditiones possunt fieri per verum motum successiuum alterationis, quia latitudo, & contrarietas prædicta retardant alterationem illam, ac proindè sufficiens causa constituendi successionem in ipsa: ergo, &c.

8 Ad primam ex his obiectionibus respondetur ex D. Th. loco ibidem citato, qui postquam prædictam obiectionem proposuit, addidit, vt eam soluetet: * sed dicendum est, quòd primò, & per se alteratio est in qualitatibus tertiæ speciei, per accidens autem mediantibus aliquibus qualitatibus, & ex consequenti fit alteratio in aliis speciebus, sicut per aliquam alterationem calidi, & frigidi, mutatur homo de sanitate in ægritudinem, & è conuerso, & per alterationem mollis & duri perducitur corpus ad aliquam figuram. Et ratio est aperta, nam sanitas, V. G. resultat in eo instanti, in quo qualitates primæ reducuntur ad debitam temperiem, & tantitatem: quod si paulatim acquiritur, non ideo est, quia per se primò terminet motum alterationis, sed quia prædictæ qualitates paulatim ad etiam mediocritatem reducuntur.

9 Nec refert si obficias, hinc fieri Aristotelem non adduxisse aptum exemplum ad naturam motus alterationis declarandam, siquidem solùm exemplificauit in resultantia illa sanitatis, V.G. quæ formaliter sumpta non est vetus modus, sed naturalis quædam, & instantanea sequela.

Non igitur hoc obstat: nam licet sanitas ex temperie primarum qualitatum resultet; attamen actio, per quam fit, est motus ille alterationis ad prædictas qualitates terminatus: vnde sicut forma substantialis ignis fit per motum calefactionis subordinatum substantiæ, quamuis secundariò ex illo resultet, & ideo illamet alteratio, quæ successiuè disponit lignum, paulatim etiam (modo tamen suprà insinuato) introducit formam ignis, ac proindè semel explicata natura motus alterationis, potest optimè ad eam magis declarandam exemplificari in calefactione, provt modo prædicto ad ignem terminatur, ita potuit Aristot. postquam explicuit naturam motus alterationis in communi, exemplificare in alterationibus illis, quæ terminantur ad sanitatem vel figuram, quia idemmet motus per se primò terminatur ad qualitates tertiæ speciei, extenditur secundariò, & per accidens ad prædictam sanitatem vel figuram.

10 Neque etiam refert, si iterum obiicias hinc fieri alterationem, qua aliquid fit nigrum ex albo, non esse motum, ex eo quòd albedo & nigredo resultant ex mixtione primarum qualitatum.

Non itaque hoc obest, quoniam vt optimè notauit Zanardus 7. Physic. quæst. 4. aliud est, has secundas qualitates præsupponere alium motum per se terminatum ad primas, aliud verò quòd ex villius motus per solam naturalem sequelam resultent, vt in sanitate, & ægritudine contingit: nam primùm est verum, non tamen obstat ad hoc, vt aliqua qualitas per se terminet motum alterationis: secundum verò est falsum, nam reuera præter illum primum motum datur etiam hic secundus, sicut augmentatio præsupponit alterationem, & nihilominùs est verus motus, & volitio indispensabiliter prærequirit intellectionem, & nihilominùs vtraque est vera actio.

11 Ad secundam respondetur cum Zanardo loco citato in solutione ad 2. quòd cum contrarietas sit respectu alicuius subiecti, inde est, vt ad contrarietatem qualitatum requisitam ad motum alterationis petatur, vt se mutuò ab eodem subiecto expellant, ita quòd ad introductionem vnius, per se loquendo, deperditur alia, ac proindè vna per se fiat ex alia tanquam ex suo contrario, alioqui quoad hoc, quod est terminare motum, perindè se haberent ac si non essent contrariæ.

Cæterùm habitus vitij, vel ettoris, non ita inter se comparantur cum habitibus oppositis: nam per accidens est ad acquisitionè virtutis iustitiæ, V.G. quòd præexistat in subiecto habitus iniustitiæ, & ita per se loquendo, non fit ex illo; at in qualitatibus tertiæ speciei, ad quas datur per se motus alterationis, oppositum contingit, & ita calidum per se fit ex frigido, & album per se etiam fit ex nigro, quamuis aliquando per accidens fiant per naturalem sequelam, vt in prima productione compositi naturalis contingit.

Vnde, cùm communiter dicamus requiri ad motum contrarietatem, debet modo iam explicato intelligi, ita nimirum, vt vnum ex contrariis, per se loquendo, habeat rationem termini à quo respectu alterius, & aliud rationè termini ad quem. Desumitur autem

autem hæc solutio ex D. Thom. in 1. dist. 17. q. 2. art. 1. ad. 5. vbi inquit; *Aliomodo dicitur propria passio quando abiicitur aliquid à subiecto, & hoc est ex actione contrarij transmutantis secundùm ipsam passionem alteratio dicta non est nisi circa sensibilia, & circa sensibilem partem animæ per se.* Tum etiam & clariùs lib. 2. de Anima lect. 11. his verbis: *Sed dicendum quòd cum aliquis ab errore reducitur ad scientiam veritatis, est ibi quædam similitudo alterationis, qua est de contrario ad contrarium; non tamen verè est ibi talis alteratio: nam alteratioui, qua est de contrario in contrarium vtrumque per se, & essentialiter competit, scilicet quòd fit à contrario, & quod fit in contrarium, &c. Sed in acquisitione scientiæ accidit quòd ille, qui acquirit scientiam veritatis, prius fuerit in errore: absque hoc enim potest adduci ad scientiam veritatis: vnde non est verè alteratio de contrario in contrarium.*

QVÆSTIO II.

Vtrùm alteratio adæquatè diuidatur in intentionem & remissionem.

12 VT methodum, & ordinem Aristotelis obseruemus, post quæstionem *quid est* motus alterationis, statim ad multiplicitatem eius declarandam accidimus: non autem loquimur de speciebus atomis alterationis: nam has certum est multiplicari iuxta multiplicitatem atomam qualitatum, ad quas prædictus motus terminatur vnde calefactio, & frigefactio, distinguuntur specie, seu quasi specie, quia calor & frigus specificè distinguuntur; sed loquimur de speciebus, vel quasi speciebus generalissimis motus alterationis sub quibus cæteræ aliæ quasi species ambiuntur. Et licet quæstionè hanc de alteratione vt strictè, rigorosè habet rationem motus, discutiamus, nihilominùs ea his quæ circa illam secundùm istam rationem consideratam dicemus, facilè constabit, quid de eadem secundùm quod est mutatio Physica, & abstrahit à mutatione instantanea, & successiua, dicendum sit.

§. I.

Rationes pro parte affirmatiua.

13 PArtem affirmantem suadere videntur hæc argumenta. Primum: nam latitudo qualitatis tantùm est indiuisibilitas, & remissibilitas: ergo alteratio ad qualitatem terminata adæquatè diuiditur in intensionem, & remissionem. Antecedens patet, nam qualitas solùm augetur, vel diminuitur per intensionem & remissionem, vt ea statim dicendis magis constabit. Consequentia verò probatur: nam iuxta diuersam latitudinem termini est diuersitas motus: ergo cùm latitudo qualitatis tantùm sit intensibilitas, & remissibilitas, sit inde, vt alteratio ad ipsam terminata tantùm sit intensio, & remissio.

Confirmatur: nam ea ex, quòd latitudo qualitatis tantùm est maior, vel minor quantitas, ideò motus ad illam terminatus adæquatè diuiditur in augmentationem, & diminutionem: ergo, quia latitudo qualitatis tantùm est esse intensum, & remissum, ideò motus ad illam tendens adæquatè diuidetur in intensionem, & remissionem.

Secundum: præter motum intensionis, & remissionis tendentem ad qualitatem formaliter, prout intensam, vel remissam solùm datur alteratio terminata ad ipsam qualitatem præcisè secundùm se absque illa latitudine; at huiusmodi alteratio non est verus ergo alteratio prout est motus, adæquatè diuiditur in intensionem, & remissionem.

Consequentia est nota, maior verò videtur certa: siquidem quæuis qualitas præter latitudinem intensionis, & remissionis, sultùm importat propriam entitatem, atque adeo præscindit ab omni latitudine. Minor tandem etiam constat, quia vt ea communi sententia sæpè dictum est, nequit dari verus motus, quia non tendat ad terminum prout habet aliquam latitudinem.

14 Nec refert, si dicas qualitatem secundum se habere latitudinem partium entitatiuarum, & consequenter secundùm illam posse terminare motum, quatenùs priùs introducitur secundùm vnam partem, quàm secundùm aliam: ac proinde priùs correspondet vni parti subiecti, & posteà alteri.

Non igitur hoc refert, nam vt constat ex his, quæ in Logica disp. 13. à n. 28. ostendimus, & sola quantitas habet ea se partes entitatiuas, qualitati verò solùm competit ex propriis meritis latitudo intensionis, vel remissionis: vnde distinctio partium entitatiuarum prouenit ei à quantitate, non secùs proportione tamen seruata, ac substantia ex se non habet distinctionem partium entitatiuarum, sed hoc ei formaliter communicatur à sola quantitate.

Tertium, qualitas non potest naturaliter produci, nisi vnita, & communicata subiecto: ergo necessariò producetur sub esse intensu, vel remisso: ergo quius motus ad illam terminatus erit, vel intensio, vel remissio. Antecedens non indiget probatione: prima verò consequentia etiam constat, quia qualitas vnita subiecto non potest non esse in illo, vel parum, vel multum tadiata: si primum, erit sub esse remisso si secundùm, habebit esse intensum. Secunda autem consequentia patet ea prima, nam intensio terminatur ad qualitatem intensam, remissio verò ad eandem, vt est sub esse remisso.

§. II.

Vera sententia Thomistarum.

15 DIcendum tamen est motum alterationis, seu ad qualitatem terminatum adæquatè diuidi in alterationem, intensionem, & remissionem. Ita Arist. & D. Thom. 5. Phys. satisque innuunt etiam in hoc l. text. 31. quos sequuntur Caiet. 2. a. q. 24. Banuez in præsenti cap. 4. qu. 2. concl. 3. Montesin 1. 2. d. 33. num. 69. & 70 communiterque Thomistæ.

Explicatur assertio, nomine alterationis, quæ est primum membrum huius diuisionis, non intelligimus alterationem, vt est quasi genus ad omnem alterationem successiuam, & dicit acquisitionem qualitatis eum motu abstrahendo ab hoc, quod est totam qualitatem produci, vel eam iam productam intendi, aut remitti: sed alterationem, vt dicit specialem productionem successiuam totius qualitatis, quæ antea non erat: nam sæpissimè fit diuisio generis alicuius in species, quarum altera propter nominum penuriam vendicat sibi generis nomen vt cùm diuiditur dispositio in habitum, & dispositionem, vbi dispositio retinet nomen genetis, licet non eum ratione illius præcisè, sed supra ipsam genetis naturam addat differentiam, scilicet esse facilè mobilem.

Vnde alteratio prout constituit primam quasi speciem alterationis, terminatur ad qualitatem producendo, & consequendo illam successiuè secundùm totum suum esse, & latitudinem, seu incrementum non incorruptum, quod habet quandiu durat illa actio, per quam prædicta qua-

litas educta est de potentia subiecti; intensio verò non terminatur ad productionem totius qualitatis, quia supponit illam iam productam, sed ad nouum modum essendi ipsius qualitatis in eodem subiecto secundùm quod magis (modo tamen infra dicendo) radicatur qualitas in illo: remissio autem tendit ad esse semissum eiusdem, vt ibidem magis declarabitur.

16 Assertio ergo sic explicata suadetur ratione, quam ex parte innuunt Aristot. & D. Thom. 5. Physic. nam motus alterationis sicut cæteri alij specificantur, & multiplicantur penes terminum *ad quem*, sed tamen *ad quem* alterationis tantùm potest esse triplex, scilicet qualitas secundùm suum esse, & altitudinem iam dictam, & esse intensum, vel remissum illius: ergo tantùm potetit esse triplex motus alteratiuus, scilicet ille qui terminatur ad qualitatem priori modo consideratam, quia absolutè nuncupatur alteratio ac intensio, & remissio, quæ ad esse intensum vel remissum illius tendunt. Consequentia non indiget probatione; maior verò constat ex his, quæ latè 5. Phy. disp. 23. à n. 7. vsque ad 10. diximus. Minor denique patet ex eo, quòd qualitas solùm potest terminare motum, vel secundùm totum suum esse, & latitudinem illam, seu quasi incrementum non intersuptum, quod continuò acquirit dum datur & continuatur actio illa per quam qualitas ipsa producitur vel ecundùm esse intensum, vel tandem secundùm esse remissum ipsius, vt intuenti patebit.

17 Confirmatur: nam quando calor, quia antea non erat, denuò producitur ex frigore, tunc intercedit vbi verus motus alterationis, quandoquidem fit ex suo contrario, & calefactio illa incipit per vltimum non esse; & tamen prædicta alteratio non est intensio, aut remissio: ergo præter has duas alterationes quasi species danda est illa prior, & non alia. Consequentia quoad priorem partem ex se constat, quoad posteriorem verò, quia non apparet alius terminus in qualitatibus peteus aliud genus actionis præter iam dictas, vt ex se est notum. Minor autem probatur: nam alteratio illa non præsupponit qualitatem productam, sed potiùs illam producit, intensio verò (quod idem cum proportione de remissione dicimus) supponit qualitatem iam existentem, sicut augmentatio supponit quantitatem prius productam: nam quemadmodum augmentatio est motus à minori ad maiorem quantitatem, ita intensio tendit à qualitate minùs intensa ad intensionem, & quæ magis radicetur in subiecto: vnde non minus præsupponit qualitatem radicandam, quàm augmentatio quantitatem augendam.

Confirmatur secundò: nam intensio & remissio distinguuntur esseutialiter, ac proinde constituunt duas quasi species alterationis: ergo productio motus qualitatis constituet aliam ab vtraque distinctam. Antecedens patet, nam sicut augmentatio distinguitur specie à diminutione, quia illa tendit non vtcumque ad quantitatem, quæ aliar est maior, sed ad eandem prout maior: & diminutio non terminatur qualitercumque ad quantitatem aliàs minorem, sed vt formaliter habet esse minorem, secundùm quàs rationes formaliter & reduplicatiuè sumptas distinguuntur essentialiter: ita quia intensio terminatur ad qualitatem, vt habet formaliter esse intensum, & remissio ad eandem vt remissam, secundùm quas rationes reduplicatiuè, & in esse termini sumptas, distinguuntur essentialiter, ideò intensio, & remissio essentialiter distinguentur. Consequentia verò probatur, quia qualitas vt secundùm suum esse, & latitudinem iam dictam producta, habet distinctam formalitee rationem terminandi, ac ipsamet vt terminat motum intensionis, aut remissionis, quandoquidem hos duos motus terminat ratione distincti modi se habendi in subiecto per maiorem aut minorem radicationem, vt infrà num. 22. explicabimus; at motum illum priorem terminat formaliter secundùm suam entitatem, modo tamen statim magis declarando: ergo, &c.

§. III.

Respondetur argumentis iuniorum.

18 AD primum distinguendum est antecedens: tantùm est intensibilitas & remissibilitas vt ambit totam radicationem quæ potest illi qualitati tam in prima productione, quàm transacta illa conuenire, concedendum est: vt præcisè ambit eam radicationem, quæ post huiusmodi actionem productiuam qualitatis denuò supetuenit, negandum. Caterùm, ex hoc nou sequitur, quòd alteratio ad qualitatem terminata adæquatè diuidatur in motum intensionis, & remissionis: quia intensio solùm terminatur ad maiorem radicationem, quæ post huiusmodi actiuuem productiuam supetuenit, & remissio ad minorem radicationem: ac est illa, quæ per actionem productiuam, vel postea acquisita est: & ita alterationi vt constituit primam speciem relinquitur propria latitudo, ad quam terminetur, scilicet illa, quæ per actionem productiuam nuu interruptam communicatue siue illa sit exigua, & impesfecta, siue prefecta: vnde concesso antecedenti, neganda est consaquentia, ad cuius probationem patet ex dictis.

19 Explicatur magis hoc exemplo augmentationis, & diminutionis, necnou & primæ generationis, seu tesultantiæ quantitatis, quod quidem quia eleganter ab Aristot. primo de generat. text. 31. adducitur, & à D. Thom. elegantiùs explicatur, ideò placuit eorum verba solummodò referre: *Amplius autem*, inquit philos. *talis transmutatio non augmentationis propria, sed generationis: augmentatio enim est inexistentis magnitudinis additamentum, diminutio autem minorationis: ideò oportet habere aliquam magnitudinem id quod augetur: quapropter nouum materia sine magnitudine oportet esse augmentationem in actum magnitudinis. Generatio enim vtique erit magis corporis, non augmentatio.*

Quæ verba explicans Duct. Ang. ibid. lect. 3. sic ait: *Ostendit propositum rationis sumpta ex parte augmentis, & dicit, quòd talis transmutatio, qua scilicet fieret ex eo, quòd solùm esset in potentia ad magnitudinem, non propriè pertineret ad augmentum, sed magis ad generationem, quia de ratione augmenti est, quòd fiat additio ad præexistentem magnitudinem: dicitur enim aliquid augeri ex eo, quòd fit maius: quod non esset, nisi aliquid prius esset magnum: & per oppositum de ratione diminutionis est, quòd fiat quædam minoratio magnitudinis præexistentis. Vnde patet, quòd oportet id, quod augetur, habere aliquam magnitudinem, & sic oportet, quòd augmentatio fiat, non quidem quòd materia, quæ erat sine magnitudine in actu, perueniat ad hoc, quod habeat magnitudinem in actu: hoc enim non esset augmentatio corporis, sed generatio: cuius rationis est, quòd fiat aliquid in actu quod prius fuit in potentia.* Ita ergo propostinne seruata in alteratiuue, quæ est prima species correspondet genetatiuni, seu tesultantiæ primæ quantitatis, & in intensione, ac remissione entrespondentibus augmentationi, & diminutioni, Philosophandum est.

Vndè, quemadmodum si aliquid illius quantitatis quod in prima productinne communicatur substantiæ, communicaretur illi postea per actionem caloris naturalis, & potentiam augmentatiuam, tunc illamet pars quantitatis posset terminare motum

augme-

augmentationis, ita si aliquid illius maioris radicationis, quod habet qualitas ex vi suæ primæ productionis, postea eidem communicaretur, tunc posset, si adsint cæteræ aliæ conditiones; terminare secundùm illam totam intensionis, dummodò semper præinponeretur qualitas producta cum aliqua radicatione.

20 Ad confirmationem, transeat motum ad quantitatem per se primò terminatum adæquatè diuidi in augmentationem, & diminutionem: negamus tamen inde sequi, alterationem tendentem ad qualitatem tantùm esse intensionem, & remissionem. Ea ratio disparitatis est: nam quantitas secundum se, & vt primò producitur secundum totam suam entitatem, & partes in ea inclusas, non supponendo quantitatem in eodem subiecto productam, fit per naturalem dimanationem ex eo, quòd est debita substantiæ in instanti generationis, vt constat ex his quæ io lib. Phys. dis. 10. numero 112. & deinceps, & disput. 22. num. 12. & disp. 28. num. 25. diximus. Cæterùm, qualitas, verbi gratia, calor, vt productus in aqua secundùm totam suam entitatem, non fit per naturalem dimanationem: & ita potest secundùm latitudinem dictam fieri ex suo contrario, scilicet frigore, & consequenter per motum.

Vndè, negandum est quantitatem, vt primò productam, non habere distinctam latitudinem à se ipsa, vt terminat motus augmentationis, & diminutionis, quia reuera habet distinctas partes extensionis. Cæterum, ratione illarum non potest terminare motum propriè sumptum: tum propter dicta: tum ex eo, quòd non habet contrarium, nisi vt est maior, vel minor, secundùm quas rationes solùm terminat augmentationem, & diminutionem.

21 Ad secundum, neganda est maior: motus enim alterationis numquam terminatur ad qualitatem ipsam præcisam ab omni latitudine, & radicatione: quia etiam, vt constituit primam speciem prædicti motus, tendit ad qualitatem vt ad terminum formalem, ad latitudinem verò, seu radicationem per illam productam, vt ad actualem terminationem & modum intrinsecum talis termini: at verò motus intensionis tendit formaliter ad maiorem intensionem, non autem ad qualitatem, vt ad quid per illam productum, & similiter remissio formaliter sumpta tendit eodem proportionali, & præciso modo ad esse remissum, iuxta ea, quæ in solutione ad primum diximus. Vndè ad rationem formalem terminatiuam motus non desideratur necessariò, vt ipsamet latitudo sit id, quod specificat, & formaliter terminat motum, sed satis est, quòd ratio specificatiua secum asserat prædictam latitudinem, vt modum intrinsecum indispensabiliter desideratum ad talem terminationem, quia eo ipso non potest non, si adsint aliæ conditiones, dari vera successio, & contrarietas, cunctaque alia ad motum requisita.

22 Ad tertium, concedendum est antecedens, imò & prima consequentia, si intelligatur de primò esse intenso, & primo esse remisso, id est non præsupponente aliud, quod per aliam actionem communicatum sit: nam qualitas semper producitur sub esse intenso, vel remisso, seu sub illa maiori, vel minori radicatione, ad quam actio productiua continuata, & non interrupta, potuit pertingere: & deinde negando est secunda consequentia.

Et ad probationem patet ex dictis, quomodo fiatur resurrectio non terminatus ad esse hominis, V. G. vtcumque sed ad illud, vt connotat, quod priùs fuerit productum per aliam actionem iam interruptam, & cætera alia, de quibus suo loco: ita motus intensionis non terminetur ad qualitatem intensam vt cumque, sed secundum eam radicationem, & incrementum intensiuum, quod aduenit finita actione productiua qualitatis: nam cùm nullus motus producat suum terminum à *quo*, sed ad *quem*: fit inde, vt intensio, quæ est ab imperfectiori ad perfectiorem calorem, seu ad maiorem radicationem illius, præsupponat calorem imperfectè radicatum, per aliam actionem, vel motum: & ita si calor denuò producatur ex frigore & per motum, siue actionem illam in se non interruptam, sed continuatam, ac proinde continuò respicientem dictioctum terminum formalem, perueniat ad totam radicationem, quam in eo subiecto naturaliter potest habere: tunc habebit esse intensum, saltùm naturaliter loquendo, perfectissimum, & non per motum intensionis.

Ex quo tandem fit, motum intensionis posse sumi duplicitèr, vel pro acquisitione maioris radicationis, seu intensionis qualitatis, etiàm si vna cum illa producatur per eandem actionem ipsa qualitas, vel prout specialiter constituit speciem distinctam à motu, quæ est prima species alterationis. Vnde licèt quodlibet incrementum qualitatis, quod iuxta propriam lineam ei competit, debeat fieri per vnam ex his intensionibus, quando per motum fit; non tamen est necesse, vt determinatè fiat per intensionem constituentem distinctam speciem ab alteratione, modò dicta, vt explicatum est.

23 Nec refert, si contra hæc, quæ diximus, obiicias ex eis sequi alterationem, quam vt primam speciem motus assignauimus esse simul, & pro eadem duratione actionem productiuam, & conseruatiuam; at hoc videtur impossibile: ergo, & cætera. Sequela est aperta: nam prædicta alteratio, verbi gratia, calefactio postquam calori suam entitatem communicauit, adhuc durat, & tribuit illi maiorem radicationem, quam nondum habebat, & ita simul conseruat entitatem caloris, imperfectamque radicationem iam productam; & insuper producit denuo maiorem radicationem, quam nondum produxerat.

Falsitas verò consequentis probatur; tum quia iam eademmet actiu habetet simul duas species, quatenùs nimirum vt productio terminatur formaliter ad modum maioris intensionis, vt tunc primò incipientem, & non ad qualitatem; quæ iam præsupponitur producta: at verò vt conseruatio tendit formaliter ad qualitatem, vt præexistentem: non autem ad modum, vt tunc primò productum. Tum etiam, quia motus habet suam denominationem, & quidditatem à termino formali: ergo pro illa duratione, pro qua talis terminus conseruatur, & non denuò producitur, motus ad illam terminatus erit conseruatio, non verò productio, sed toto illo tempore determinato, quo durat calefactio, non producitur entitas caloris, quæ est terminus calefactionis, quia præsupponitur producta: ergo toto illo, aut in aliqua illius parte non habebit simul prædicta calefactio, quòd sit productio, & conseruatio. Tum denique, quia eminentia continendi simul, & pro eadem duratione rationem conseruationis, & productionis; adhuc non conceditur actionibus longè superioris, & eminentioris ordinis, qualis est creatio, v. g. Angeli: ergo multò minùs actioni adeo inferioris ordinis, qualis est alteratio, concedenda erit.

24 Non itaque hoc refert, nam concessa sequela, neganda est minor: & ad primam probationem dicendum est, quòd sicut non est inconueniens, vnam, & eandem secundùm speciem actionem increatam Dei habere multiplicem denominationem, quarum aliæ sint respectu termini formalis, aliæ verò respectu materialis: & ideo dilectio essentialis ipsius

Dei denominatur necessaria respectu bonitatis diuinæ, quæ est terminus formalis illius, & libera respectu creaturarum habentium rationem termini materialis, & in comparatione ad easdem creaturas dicitur productio, secus vetò per collationem ad diuinam bonitatem, & sic de aliis.

Ita, eadem actio creata potest habere plures denominationes, respectu termini formalis, & aliam respectu alicuius exercitij, vel modi intrinseci ad illam requisiti: nam cùm vna & eadem actio simul possit attingere tam terminum materialem, quàm formalem, & ea, quæ ad ipsum pertinent, potest cum præcisione sumi, quatenùs intelligitur terminari ad vnum illorum, non intellecta vt terminatur ad aliud: & sic concepta poterit diuersa denominatione significari.

Vndè, licèt alteratio continua, è prima productione caloris ex frigore vsquè ad eundem calorem, v. g. vt sex, denominetur in sui inceptione productio respectu ipsius qualitatis nempè caloris, & modi quem tunc habet, non verò conseruatio, ex eo quòd connotat terminum per illam productum non fuisse antea, cuius oppositum ad denominationem conseruationis desideratur, & deinde in sui continuatione denominetur conseruatio respectu qualitatis, latitudinis intensiuæ iam productæ, & puta productio respectu nouæ latitudinis, quæ tunc denuò incipit, nihilominùs non ideò habet duas species, quia tales denominationes non sumuntur ex diuersis terminis formalibus specificantibus, sed ex eodem termino formali, scilicet qualitate, quæ siue vt primò incipiens, siue vt conseruata per illum motum semper eum specificat, iuxta ea quæ 4. Phys. 2 2. num. 24. diximus. & ex modo intrinseco illius requisito ad continuitatem, vel ad tàtam continuitatem eiusdem motus, nimirum ex latitudine iã dicta eiusdem qualitatis.

15 Ex quo ad secundam probationem eiusdem motionis dicendum est, motum habere suam denominationem à termino formali, non tamen excludendo latitudinem, actualitatem, & modum intrinsecum illius, tanquam aliquid ad ipsum necessariò pertinens. Vnde quia terminus formalis, scilicet qualitas, vnà cum modo illo intrinseco latitudinis,, quem habet, dum per vltimum non esse, & in tempore immediatè sequenti incepit, conseruatur in sequenti duratione (modo tamen alibi dicendo) per eundem motum, ex eo quòd sicut motus est essentialiter successiuus, ita quiuis motus habens successionem certam, & determinatam; quæcumque illa, sit essentialiter habet producere, & conseruare pto aliquo determinato tempore suum terminum modo illi termino proportionato licèt per accidens sit, quòd talis motus dutet per vnam horam, v. g. aut per dimidiam, ideò in prædicta duratione habet rationem conseruationis: & quia in eadem sequenti duratione producitur noua latitudo intensiua, ptopterea in ipsa eadem duratione habet rationem nouæ productionis.

Contra quod non obstat id, quod ibidem dicitur, scilicet actionem sumete suam quidditatem, & denominationem à termino formali, quia, vt modo dicebamus, benè potest eadem actio habere denominationé vnam, imò & plures respectu termini formalis, & aliam respectu alicuius modi intrinseci ad ipsum requisiti, dummodò denominatio potissima à termino formali sumatur, vt in præsenti contingit: nam reuerà prædicta alteratio potissimè habet rationem motus conseruatiui, dum continuatur, licet etiam sit productio. Et ratio est tum, quia est conseruatio respectu termini formalis, scilicet qualitatis, & radicationis iam dictæ: tum etiam, quia latitudo denuò producta attingitur per illum motum: quia est aliquid qualitatis iam præexistentis, & continuò, absque aliqua interruptione post illam, & latitudinem (sic sic loqui licet) priorem aduenit. Vtrùm autem qualitas secundùm suam entitatem considerata, diuersimodè conseruetur, ac latitudo eius iam producta: & in quo hæc diuersitas consistat, alia quæstio est, cuius decisio ex dicendis infrà à n. 124. vsquè ad 127. & n. 171. & 172. constabit.

26. Ad tertiam probationem dicendum est illud non prouenire in alteratione, & excessu perfectionis simpliciter, sed potiùs ex imperfectione ei oppositæ: nam creatio Angeli ideò non habet pro eadem duratione, per se loquendo, rationem etcationis, & conseruationis simul, ita vt denuò producat aliquid, quod in primo instanti suæ inceptionis non produxerit, quia habet totum suum esse simul, atque adèò quidquid producibile per ipsam est, producit in primo instanti suæ inceptionis, raliter, vt nihil aliud conseruet, nisi id ipsum, quod per eandem in eo instanti producitum est. Diximus, per se loquendo, quia per accidens bene potest contingere, vt actio illa in primo instanti non producat aliquid, quòd aliàs producere poterat, vt si Deus impediret resultantiam passionum Angelicarum per vnum diem; tunc enim eo transacto passiones illæ ex vi actionis creatiuæ, quæ pro eadem duratione est conseruatio substantiæ Angeli in rerum natura, de nouo producerentur.

Cæterùm, motus alterationis ptovr constituit primam speciem, non est totus simul, sed successiuè. Vnde ex quo capite idem numero durat, consceuar eundem numero effectum, quem ipsemet in tempore anteeedenti produxerat, & ex quo capite non est totus simul, sed habet diuersas partes, quarum vna succedit alteri, habet etiam aliquid de nouo, non quidem qualitatem ipsam, quæ iam præterat, sed nouam eius latitudinem: nam hæc est natuta motus, vt cuius parti eius correspondeat noua pars termini, vel modi, & latitudinis tetmini per ipsum producti.

QVÆSTIO III.

Vtrùm substantia possit intendi & remitti.

VT natura intentionis, & remissionis amplius patescat, inuestigate oportet ad quænam Praedicamenta intensio, & remissio, siue fiat per motum, siue per mutationem instantaneam, terminari possit, quod modo explicare intendimus. Sed quia tes hæc multis est difficultatibus implicata, adeò vt claritati simul ac breuitati studeamus, eam diuersis quæstionibus absoluemus, quarum primam priori, & principaliori Prædicamento, nempe substantiæ meritò concedimus.

§. I.

Rationes dubitandi.

27. PArtem affirmantem suadete nituntur hæc argumenta. Primum, quia inde colligimus qualitates esse intensas, quia fortius modò quàm antea operantur; & ita calor tunc est intensior, quando fortiùs calefacit; at subitantiæ fortiùs, & per modum causæ principalis solent opetari in vno tempore, quàm in alio: ergo etiam erunt intensibiles, & remissibiles.

Secundum, ideò qualitates habent intementum intensiuum, quia crescunt in perfectione propria, salua

salua manente vnitate specifica, & numerica earundem; sed etiam substantia crescit in perfectione substantiali, salua manente sua ratione specifica, & individuali: ergo etiam intenderetur. Minor patet ea D.Thom. 1.p.q.89.art.1.ad 2. & alibi sæpè asserente animam corpori coniunctam perfectiorem esse se ipsa separata, & ita modò habebit esse perfectius, modò imperfectius, & consequentet intensum, vel remissum.

28. Tertium; ideò qualitates intenduntur, & remittuntur ex parte subiecti, quia non obstante indiuisibilitate in esse specifico respiciunt ipsum cum indifferentia ad magis, vel minus perfectè illud actuandum; sed forma, substantialis potest non obstante indiuisibilitate sua in esse specifico respicere hoc modo materiam primam: ergo, &c. Maior patebit ex infra dicendis: minor verò probatur, nam cùm materia prima habeat plus de potentialitate, quàm subiectum qualitatis, habet maiorem indeterminationem ratione subiecti actuabilis: ergo non solùm erit in potentia ad hoc, vt informetur per formam substantialem, sed etiam ad hoc, vt magis, vel minùs perfectè per illam actuetur, ac proinde forma substantialis respicit materiam, non solùm, vt actuabilem, sed etiam vt magis, vel minùs perfectè actuari potest.

Confirmatur materia potest suscipere magis & minùs: ergo etiam forma substantialis, & consequenter totum compositum. Hæc vltima consequentia patet ea priori: prior verò, tùm ea patitate rationis; tum etiam, quia hoc ipso quòd subiectum alicuius formæ habeat latitudinem in ratione subiecti, potest forma habere magis & minus penes hoc, quòd magis vel minùs illud actuet. Anteeedena autem est Arist. 8. Metaph. text. 10. vbi D.Tho. lect. 3. ait, quòd materia fortè suscipit magis & minus.

§. II.

Ratione Arist. D Thom. vera, & communis doctrina stabilitur.

29. DIcendum tamen est, substantiam non esse intensibilem, & remissibilem. Ita Arist. cap. de substantia his verbis: *Substantia non dicitur magis, & minus, neque caterorum quidquam omnium, quæ substantiæ subsunt rationem.* Idem etiam D. Thom. opusc. 48. tract. 2. cap. 4. vbi latè propriam huius tadicem assignat. & 2. p. quæst. 76. art. 4 ad quartum, dicens: "Esse substantiale cuiuslibet rei in indiuisibili consistit, & omnis additio, & subtractio variat speciem, sicut innumeria, vt dicitur in 8. Met. Vndè impossibile est, quòd forma substantialis quæcunque recipiat magis, & minus. Et q. 93. art. 3. ad tertium, vbi loquens de indiuiduis substantiæ, inquit: *vnum, & idem individuum non participias suam speciem quandoque magis quandoque minus: neque etiam à diuersis individuis participatur species substantia secundum magis, & minus.* Eandem sententiam tuentur communiter omnes Philosophi, vno, vel altero ea antiquis excepto, & ideo superuacaneum esset singulos referre.

Et licet assertio hæc ex his, quæ in Logica disp. 12. n. 36. diximus, satis constet, nihilominus vt magis veritas illius pateat, & mens Arist. & D.Tho. radicitus explicetur, ideò illam ampliùs ratione ex vtroque locis citatis desumpta, & ad hanc formam redacta suadebimus.

30 Illud quod dat speciem, oportet esse fixum, & stans, & quasi in indiuisibili consistens, ita vt additio, vel ab ablatio quæuis ab illo variet speciem: sed forma substantialis tribuit speciem substantiæ ergo non suscipiet magis & minus, sed in indiuisibili constet ergo hoc etiam habebit materia quæ suo modo ad specificationem concurrit, & consequeoter neque totum substantiale, neque aliquid aliud ad geous substantiæ permaneos suscipiet secundùm se magis & minus seu intensionem, & remissionem.

Maior probatur à D. Thom. quodlib. 1. q. 4. art. 6, ad tertium; quid specificans vt sic constituit speciem per modum vltimi, seu per modum termini; vltimum autem seu terminus, vt sic quasi in indiuisibili consistit, & ideò inquit Philosophus 8. Metaph. quòd species sunt sicut numeri, in quibus additio, vel diminutio variat speciem. Minor verò, & duæ ptiores consequentiæ probatione non indigent. Vltima denique ex maiori constat, nam cùm totum constituatur ea materia & forma nequit intendi, aut remitti, si aliqua ex suis partibus non est intensibilis & remissibilis: cumque subsistentia, & existentia, quæ solæ vnà cum essentia individua, substantiali, & complera intra lineam essentiæ exhauriunt prædicamentum substantiæ, habeant rationem termini, vt constat ex his quæ 1. Physic. disp. 3. n. 54 diximus, fit inde, vt indiuisibili consistant, & consequenter neque ipsæ, neque aliquid ad prædicamentum substantiæ pertinens poterit suscipere magis, & minus, seu intendi, & remitti.

31 Sed contra rationem hanc obiici potest, quamuis albedo secundùm suum esse specificum constat in indiuisibili, & illud tribuat suo subiecto; nihilominus potest intendi, & remitti quia intensio non pertinet ad intrinsecum conceptum illius, sed est modus accidentaliter eidem superueniens, vt ea se constat, & quæstione sequenti latiùs dicemus: ergo quamuis forma substantialis, & esse specificum, vt tale, quod ab illa prouenit, consistat in indiuisibili, nihilominus non ob id erit incapaa intensionis, & remissionis. Patet consequentia, quia etiam eius intensio non pertineret ad intrinsecum eius conceptum, sed esset modus illius: & consequenter malè iotulit D. Thom. formam substantialem non esse intensibilem, & remissibilem ea eo quòd tribuat esse specificum, quod in iodiuisibili consistit.

Respondetur esse disparem rationem inter formam substantialem, & accidentalem, quæ est qualitas nam licet vtraque secundùm suum esse specificum, vt tale, constat in indiuisibili: attamen forma substantialis ita consistit in indioisibili, vt ei repugnet diuisibilitas secundùm magis & minus intra lineam, seu genus substantiæ, secùs verò qualitati intensibili intra genus accidentis.

32 Et ratio huius diuersitatis tangitur à D. Th. 1. part. quæst. 76. art 6 & 1. 2. quæst 52. art. 1. nam forma substantialis tribuit proprium esse specificum compositi substantialis, ac proinde communicat etiam esse simpliciter: cumque id, quod saltem connaturaliter aduenit substantiæ constituta in sua specie, & esse simpliciter aduenias accidentaliter, & sit vetum accidens prædicamentale respectu illius, quis, vt docet idem S. Doctor. quæst. vnica de anima art. 6. ad 2. de potent. quæst. 7. art 2. ad 9. & prima part. quæst. 3. art 4. existentia est vltima actualitas, quæ saltim connaturaliter potest aduenire in genere substantiæ, sit inde, vt implicat formam aut compositum substantiale secundùm se sumpta habere diuisibilitatem secundùm magis, & minus seu secundùm esse intensum, & remissum, quandoquidem si quæ intensio illi secundùm se conueniret; esset modus substantialis, sicut intensio conueniens accidentibus est modus accidentalis: & simul esset accidens, quia supponeret esse simpliciter substantiæ, sicut & ipsa intensio qualitatis supponit esse secundùm quid illius. Ex-

terùm qualitates intensibiles non dant esse specificum simpliciter, sed solùm secundum quid, & accidentale: & ita tam ipsæ, quàm modus intensionis earum pos sunt ad idem genus pertinere.

§. III.

Occurritur rationibus dubitandi.

33 Ad primum in oppositum respondetur, substantia non operari nisi mediis accidentibus, vt 2. Phys. disput. 10 num. 22. diximus, & ita sortiri, seu intensiori earum operandi modus refunditur in accidentia, seu qualitates, vt in principium proximum, in substantiam verò vt in principium principale, sed radicale: & ideo non requirit eam esse intra lineam substantiæ formaliter intensibilem, & remissibilem, sed esse radicem intensionis accidentium.

Ad secundum respondetur ex Conrado 1. 2. quæst. 52 art. 3. quod sicut hoc vt aliquid strictè, & propriè sufficiat magis, & minus, seu intendatur, & remittatur, non sufficit habere esse perfectius quàm aliud, aliàs quit nihil creatum esset, quod non susciperet magis, & minus excedat & sicut nihil creatum est quod non excedatur ab alio in perfectione propria, ita ex eo quòd aliquid habeat respectu sui ipsius in diverso statu modum essendi vtcumque perfectiorem, non colligitur susceipere magis & minus, sed oportet vt secundum illud secundùm quod suscipit magis, & minus, habeat aliquam latitudinem intra quam saltim supernaturaliter possit esse variatio.

Quatè, licet demus; quod animæ coniunctæ annectatur aliqua maior perfectio, nihilominùs quia hæc conoenit illi tatione status, & secundùm eam non habet latitudinem, quippè cùm vel illam totam debeat necessariò indiuisibiliter amittere separata, vel totam sine diminotione retinere indiuisibili modo coniuncta, ideò ratione boius nequit susceipere magis & minus.

34. Ad tertium constat ex dictis pro esse tationè nostra. Etenim vna & eadem forma accidentalis potest respicere vnum, & idem subiectum, vt magis, vel minus actuandum intra proptiam lineam, seu genus talis formæ, secùs verò forma substantialis propter rationem ibi dictam: ideò licet vna forma substantialis possit actuare perfectiùs, quàm alia specie diuersa, quatenùs per hoc denotatur quòd tribuit esse specificum perfectius; non tamen eademmet potest vllo pacto eandem materiam magis, & minus actuare, qualibet ad intensionem, & remissionem requiritur, vt constat in anima rationali, quæ licet tribuat esse specificè diuersum, nobilius quàm anima sensitiva, nequit tamen suo composito communicare, quòd modò sit magis homo, quam antea: sicut albedo potest modo tribuere corpori, quòd sit magis album quàm antea erat, & nb id hæc non illa respicit subiectum, vt magis, & minus actuandum, & vt capax recipiendi esse magis, vel minus intensum.

35 Ad confirmationem negandum est anteeedens, & ad probationem dicendum tam Arist. quàm D. Th. iotelligendos esse de dispositionibus ex parte materiæ se tenentibus. Vnde idem Atist. loco citato tribuit formæ substantiali indiuisibilitatem secundùm magis, & minus, dicens: * Et quemadmodum nec numerus habet magis, vel minus, nec quæ secundùm speciem substantia: * id est, vt explicat Ang. Doct. iect. 3. * Sicut ratio numeri in aliquo determinato consistit, cui non est addere, nec subtrahere, vt dictum est, ita & ratiu formæ. * Si autem materia prima secundùm suam substantiam, & vt habet rationem primi subiecti, admitteret intra proprium genus magis & minus seu intensionem, & remissionem, non posset non forma substantialis intta idem genus susciperc etiam magis, & minos, vt confirmatio optimè concludit: & ita quando statim addidit: * Sed siquidem eum materia: * in quibus verbi iuxta explicationem D. Th. designatur, quod * Materia forte suscipit magis & minus; * loquitur tam ipse, quàm S. Doctor. de materialibus dispositionibus.

Quæ omnia pauels verbis idem D. Th. 1. 2. quæst. 52. art 1. explicans prædictum testimonium comprehendit sic: *Philosophus dicit in 8. Met. quòd sicut numerus non habet magis & minus, sic neque substantia, quæ est secundùm speciem, id est, quantum ad participationem formæ specificæ; sed siquidem cum materia, id est, secundùm materiales dispositiones inuenitur magis & minus in substantia.*

QVÆSTIO IV.

Vtrùm ad quantitatem intensio & remissio terminari possit.

CVm substantiæ quantitas proximior sit, primumque post illam locum inter prædicamenta sibi vendicet, ideò præsentem difficultatem circa quantitatem statim post substantiam excitamus.

§. I.

Suadetur per affirmatiua.

36 Ratio dubitandi pro parte affirmatiua est: nam quantitas magis inest substantiæ inter omnia accidentia: ergo erit magis capax intensionis. Antecedens probatur: nam cætera accidentia insont substantiæ ratione quantitatis ac proinde quantitas erit quæ magis inest iuxta axioma illud, propter quod vnumquodque tale & illud magis. Consequentia verò probatur: nam teste D. Thom. 2. 2. qu. 24. artic. 5. eatenus qualitas dicitur intendi, quatenus magis inest substantiæ.

Secundò: ideò charitatis vnius iusti est intentiot, quàm alia alterius, quia vnus habet plus de charitate, quàm alius; ergo similiter cum vnum quantum possit habere plus de quantitate quàm aliud, poterit est intensius quàm illud.

§. II.

Pars negatiua eligitur, & ratione D. Thom. probatur.

37 Dicendum tamen est primò, quantitatem continuam non susciperc magis & minus, hæc est Arist. c. de quantitate, & D. Th. opusc. 48. & alibi sæpe: præcipuè verò 1. 2. loco citat. q. 52. vbi sic inquit *Omnis forma, quæ substantialiter participatur in subiecto, capax intensionis, & remissionis: vnde in genere substantiæ nihil dicitur secundum magis, & minus: & quia quantitas proprium est substantiæ, & figura etiam consequitur quantitatem, inde est, quod neque etiam in istis dicitur aliquid secundum magis, & minus.* Vndè tam Aristotelem, quàm S. Doctor. communiter sequuntur omnes Dialectici, & Metaph. à quibus proinde figillatim recedendis abstinemus.

Ratio fundamentalis desumitur ex verbis, quæ modò ex D. Thom. retulimus ad hanc formam redactis. Substãtia non potest intra proprium genus susciperc magis, & minus: ergo nec quantitas continua.

Pat et

Patet consequentia : nam quantitas valdè propinqua est subſtantiæ : ergo ex huiusmodi propinquitate participabit ab illa, quod non suscipiat magis, & minus.

Sed contra hanc rationem obiici potest primò, plures qualitates esse valdè propinquas subſtantiæ, sicut calor igni, & frigiditas aquæ, quia habent se per modum proprietatum quæ hoc ipso, quòd tales intimè coniunguntur cum essentia, à qua fluunt; sed hoc obstante suscipiunt magis, & minus: ergo ex coniunctione quantitatis ad subſtantiam malè colligitur ipsam inde participare hoc, quod est non suscipere magis, & minus.

38. Nec satis erit, si dixeris, quantitatem esse intimiorem subſtantiæ, liquidem tecipitur immediatè in ea, secus verò calor, & frigus, quæ non nisi media quantitate eidem inhunt.

Nam contra hoc est : tum quòd calor & frigus dimanant à toto ratione formæ, vt in Logica diximus, quantitas verò ratione materiæ : ergo illa sunt intimiora, quàm ista. Patet consequentia, quoniam quæ otiuntur à principio magis intimo, & sunt connexa cum illo, sunt intimiora ; sed forma est intimior respectu totius, quàm materia, cùm tribuat speciem, & rationem atomam : ergo calor & frigus dimanantia ratione formæ erunt intimiora igni, quàm quantitas eius dimanans ratione materiæ. Tum etiam, quia gratia sanctificeans immediatè inhæret essentiæ animæ, sicut quantitas in subſtantia & nihilominùs non ob id est incapax intensionis, & remissionis : ergo ex eo, quòd aliquod accidens habeat prædictam propinquitatem cum subſtantia, malè colligit D. Thom participare ab ipsa quòd non suscipiat magis, & minus.

Secundò obiici potest, quòd non obstante propinquitate quantitatis ad subſtantiam, non habet eadem quantitas indiuiſibilitatem in partes extra partes, licèt subſtantia ita sit indiuiſibilis, vt ei repugnet talis distinctio partium etiam entitatiuarum, seu intra genus subſtantiæ : ergo ex eadem propinquitate ad subſtantiam non suscipientem magis & minus, non licebit colligere quantitatem etiam non suscipere magis & minus.

39 Ad primam ex his obiectionibus respondent aliqui, ealotem, & frigus, vt sunt propriæ passiones, & naturales potentiæ immediatè consequutæ ad subſtantiam, non suscipere magis & minus, alioquin non aucta, neque mutata causa earum scilicet essentia augeretur, & mutatetur effectus, nimirum prædictæ proprietates, vt sunt proprietates, & naturales potentiæ : quod apertè repugnat : cum hoc tamen stare, vt suscipiant magis & minus, secundùm quod sunt passiones, vel passibiles qualitates. Cæterum, secundum istam rationem non habent immediatam consequutionem, & propinquitatem cum subſtantia, sicut illam habet quantitas vt talis est : & ita non mirum, quod ex propinquitate ipsius cum subſtantia intulerit D. Thom. esse incapacem suscipiendi magis & minus.

40 Hæc tamen solutio non placet Cajet. 1. 2. q. 52. art. 2. circa finem, Albert. Magn. tract. 2. de differentia, cap. 2. Astudillo in præsenti quæstione 7 conclus. 4. Banez cap. 4 quæst. 3. Et merito quidem, nam calor, verbi gratia, vt est suo modo proprietas ignis ab illo fluens, est virtus, & naturalis potentia eiusdem ad producendum alium ignem, & disponendam materia in ordine ad illum : ergo secundum istam rationem producit alium calorem cum intensione ad id requisita; & consequenter calor producens etiam secundum prædictam rationem consideratus, habebit similem intensionem, alias secundum hanc rationem non posset per modum causæ vniuocæ producere talem calorem

Accedit, quòd potentiæ sensitiuæ, vt visus, & auditus, comparantur per modum proprietatum, & naturalium potentiarum, respectu animalis, ita vt simul non pertineant ad tertiam speciem, scilicet passionem vel passibilem qualitatem, vt communiter docent dialectici, at hoc non obstante habent latitudinem intensionis ex parte subiecti (vt in Logica in notationibus circa caput de qualitate num. 3. & 4. diximus, vbi etiam quomodò prædictæ potentiæ sint intensibiles, explicuimus) ergo iam proprietates, & naturales potentiæ, vt tales, & non solùm, vt pertinent ad tertiam speciem, potentunt suscipere magis, & minus.

Tandem, quia ratio, cui hæc solutio nititur, est satis debilis : nam licèt ex patte essentiæ, à qua calor & frigus dimanant, non varientur; nihilominùs aliunde possunt etiam quatenùs proprietates sint talis essentiæ, variari, augeri, & minui, ex eo quòd huiusmodi proprietates sunt talis conditionis, vt non inuariabiliter debeant conuenire subiecto, sed actioni, & passioni contrariorum agentium sint expositæ.

41 Quare, secundò, & meliùs respondetur, quantitatem non vtcumque habere propinquitatem cum subſtantia, sed in ratione subiecti omnium accidentium materialium, quia inter cuncta accidentia est subiectum *quo* omnium illorum : id autem quod secundum hanc rationem habet propinquitatem cum subſtantia, partielpat capacitatem ad hoc, vt sit intensibile, & remissibile.

Et ratio est, quam eò ipso eius essentia sita est in hoc, quòd habeat partes, extra partes, quandoquidem ideò subſtantia indiget quantitate, tanquam subiecto *quo* recipiat accidentia materialia, vt nimirum extendat eandem, tribuatque ei distinctionem partium ad talem receptionem necessariam : at hoc ipso quòd eius essentia conſistat in hoc, quòd habeat partem extra partem, est incapax intensionis, & remissionis, quia intentio petit quòd plures partes, aut quasi partes eiusdem formæ sint in eadem patte subiecti : ergo hoc ipso, quod habeat maiorem propinquitatem cum subſtantia in ratione subiecti, partielpabit ab ea incapacitatem ad intensionem, & remissionem intra proptium genus.

Quare cum calor, frigus, aut gratia non habeant tantam propinquitatem cum subſtantia in ratione subiecti, vt conſtat, nec impottent aliquam aliam propinquitatem cum illa petentem incapacitatem ad intensionem, & remissionem, poterunt optimè intendi, & remitti.

Per quod etiam ad secundam obiectionem patet, siquidem hæc maior quantitatis ad subſtantiam materialem propinquitas, est in ratione subiecti omnium accidentium materialium : ex hac autem propinquitate potiùs sequitur, quàm aufertur, quòd quantitas habeat multitudinem partium, vt explicatum est.

42 Dicendum est secundò, quantitatem discretam non suscipere magis, & minus. Ita omnes Metaphyſic. & Dialectici, sequuti Aristotelem in Prædicamentis, & D. Thom opusc. 48. & alibi sæpe, præcipuè verò 1. 2. quæst. 52. art. 1. vbi loquitur : *Species numerí non dicuntur secundùm magis & minus : quia unaquæque species in eis conſtituitur secundùm indiuiſibilem unitatem.*

Ratio fundamentalis desumitur ex hoc D. Thomæ testimonio : nam formæ, de quarum ratione est indiuiſibilitas, seu indiuiſibilitet partiespate, non possunt suscipere magis, & minus, vt ex ie conſtats sed ratione quantitatis discretæ est prædicta indiuiſibilitas : ergo nequit suscipere magis, & minus : conse-

quentia est nota,& minor probatur:tum, quia numerus, verbi gratia ternarius petit tres vnitates modo in Logica explicato;ità vt quidquid addas,vel demas, tollatur ratio specifica ipsius,ac proinde de eius ratione erit indiuisibiliter participari: tum etiam, quia species quantitatis continuæ, quæ secundùm numeros accipiuntur,vt concubitum,& tricubitum,participantur indiuisibiliter:ergo mutrò magis ipsi numeri. Patet consequentia,quia ex indiuisibilitate eorum, & non aliunde, prædicta indiuisibilitas illis prouenit. Quæ probatio ad aliam speciem quantitatis discretæ nimirum orationem,facilè poterit applicari,vt intuenti patebit.

§. III.

Diluuntur rationes dubitandi.

45 AD rationem dubitandi in hoc positam respondetur, intensionem non defumi ex hoc,quòd vnum accidens inhæreat subiectiæ magis talitèr vt sit ratio quare alia inhæreat; sed ex hoc,quòd inhæreat magis taliter, vt habeat modum maioris radicationis in illa, iuxta ea, quæ infrà in hæc eadem disp. num.117. deinceps explicabimus: quantitas autem solum habet inhærere subiectiæ magis priori modo & ideo non potest inde colligi esse intensibilem, & remissibilem.

Et quoad secundam rationem dubitandi patet: nam charitas non ideò est intensior in vno iusto, quàm in alio,quia vnus habet plus de charitate,id est, plures partes charitatis, sicut id quod habet plus de quantitate,habet plures partes quantitatis; sed ex eo, quòd charitas in vno habet maiorem radicationem, quam in altero,quæ tamen in quantitate,vt modò dicebamur,admitti nequit.

Adde, quòd sicut essentia quantitatis consistit in extensione, ita habere plus de quantitate solum acquit plus de extensione, non verò de intensione: nam plus de intensione,respicit eandem partem subiecti, plus verò de quantitate necessariò affert distinctionem realem plurium partium subiecti.

QVÆSTIO V.

Vtrum Relatio & sex vltima Prædicamenta, necnon & Motus sint intensibilia,& remissibilia.

44 SEd vltima Prædicamenta simul cum Relatione in hac quæstione coniungimus,quia ea, quæ ad illa pertinent, paucis absolui possunt: quibus etiam annectimus Motum, propter connexionem, & similitudinem,quam cum Actione,& Passione sortitur.

§. I.

Rationes pro parte affirmatiua.

ET in primis Relationem prædicamentalem esse intensibilem,& remissibilem,suaderur ex eo,quòd album vt sex,magis assimilatur alteri albo vt sex quàm albo, vt quatuor,vt ex se constat:ergo relatio similitudinis suscipit magis & consequenter intensionem, & remissionem.

Nec refert si dicas,totam illam intensionem tenere se ex parte solius fundamenti. Nam contra hoc est, quod album vt quatuor. Verbi gratia magis assimilatur alteri albedo vt quatuor,quàm album, vt sex albo vt quinque:ergo illa maior intensio similitudinis non tenet se ex parte solius fundamenti.Patet consequentia quia fundamentum illius maioris similitudinis, quæ intercedit inter duo alba, vt quatuor; est minus intensum quam album quod fundat posteriorem similitudinem: ergo, &c.

45 Deinde, quoad actionem, passionem, & motum idem probatur: nam calefactio vt septem secundum prædictas tres formalitates est fortior,& intensior quàm calefactio vt quatuor: tum quia imprimit intensionem calorem: tum etiam, quia respectu eiusdem partis subiecti habet esse magis, vel minus perfectam, & in ratione calefactionis crescere, quod quidem est proprium tei intensibilis:ergo,&c.

Nec satis erit,si dicas, has tres formalitates non suscipere magis & minus, nisi ratione termini. nam contra hoc est: tum, quòd Aristot. cap. 9. de Prædicamentis loquens de calefactione, & frigefactione, vt actiones & passiones sunt, sic inquit: Gradus enim suscipiunt,vt magis,atque minus dicantur; fit enim vt magis quippiam minusve calefiat:tum etiam quoad ideò calor est intensior, quia fit per motum calefactionis fortiorem,ac proinde magis intensum: vnde calor vt septem non potest fieri nisi per calefactionem habentem latitudinem vt septem,& consequenter ad toridem intensionis gradus:ergo intensio prius inuenitur in calefactione, quàm in calore, ac proindè calefactio non erit intensibilis ratione caloris, sed potius è contra.

§. II.

Vera,& communis sententia.

46 DIcendum est tamen primò, relationem prædicamentalem non suscipere magis & minus. Hæc assertio est communis inter Doctores, & suadetur sic: Si aliqua relatio susciperet magis, & minus, maximè relatio similitudinis inter duo alba, quorum vnum esset vt quatuor,& aliud vt sex, ita vt hoc remitteretur vsque ad quatuor, at prædictæ relationes non suscipiunt magis & minus: ergo nullæ. Consequentia est manifesta,& maior non indiget probatione. Minor verò probatur, quia contra naturam formæ intensibilis est, quòd intendatur absque motu, seu actione intensiua ad ipsam, saltim secundariò terminata:at in exemplo posito non dantur motus intensionis etiam secundariò terminatus ad relationem maioris similitudinis, quæ inter illa duo alba vt quatuor intercederet, quippè cum actio terminata ad fundamentum,(quæ sola in præsenti reperitur) potius est remissio ab albedine,vt sex,ad albedinem, vt quatuor:ergo cuiusmodi relatione non sunt sensibiles,& remissibiles.

47. Dicendum est secundò, actionem, & passionem prædicamentalem, necnon & motum non esse omnino secundùm se intensibilia, & remissibilia. Probatur tatione,quam Aristot.& D.Thom.5.Physic. innuunt: nam calefactio verbi gratia, ideò suscipit magis & minus, quia terminus aut principium eius, scilicet calor ea suscipit:& ita si calor non esset intensibilis & remissibilis, nec calefactio susciperet magis & minus, sicut quia quantitas nequit intendi, & remitti ideò nec augmentatio, per quam acquiritur, est intensibilis, & remissibilis: ergo motus, vel actio omnino secundùm se non potest intendi, & remitti. Patet consequentia: nam quod conuenit alicui ratione alterius, non conuenit ei omnino secundùm se.

Confirmatur nam hoc diximus in Logica in notationibus circa cap. de qualit. num.4. proptium est primo modo qualitates suscipere magis, & minus,seu intendi:

intendi: & remitti, id est, conuenit soli, licet non omni: ergo nec motus, nec quidpiam aliud extra genus qualitatis erit omnino secundum intensibile, & remissibile.

48 Sed obijcies, id quod habet tes ex suo specificatiuo intrinseco, conuenit illi omnino secundùm se; ergo ex hoc quòd calefactio, verbi gratia suscipiat magis & minus tatione caloris, malè colligitur eam secundùm se non esse omnino intensibilem. Antecedens constat, quoniam quod conuenit alicui suo specificatiuo extrinseco, competit eidem ex habitudine intrinseca, & essentiali ad illud: ergo omnino secundùm se. Consequentia verò probatur, nam calefactio vt motus, & passio, specificatur à suo termino, & vt actio à suo principio, scilicet calore: ergo quod conuenit illi ratione sui termini, aut principij, nimirum caloris, competit ipsi omnino secundùm se.

Confirmatur primò: nam D. Thom. loco citato ex 1. t. inquit: * Motus secundùm se est intensior, & remissior, & tamen remanet eadem species propter vnitatem termini, * vbi motui tribuit vnitatem tatione termini, intensionem autem & remissionem secundum se, atque adeo omnino secundùm se, quippè cùm conuenire aliquid secundum se consistat in indiuisibili, ac proinde vel conuenit omninò secundùm se, vel secundùm se non competit.

Confirmatur secundò: nam idem S. Doct. ibidem tribuit qualitatibus, quæ specificantur ab aliquo extrinseco, V. G. scientiis, quòd sint intensibiles, & remissibiles secundùm se, dicens: * Dupliciter potest intensio, & remissio in habitibus, & dispositionibus considerari, vno modo secundùm se, & prout dicitur maior, vel minor sanitas, vel maior, vel minor scientia, quæ ad pluta, vel pauciora se extendit: * ergo quòd aliquid sit intensibile & remissibile dependenter ab aliquo, vt à specificatiuo extrinseco non tollit quominùs sit omnino secundùm se tale.

49 Respondetur, dupliciter posse aliquid conuenire alicui rei secundùm se, vel ita vt ei radicaliter conueniat omninò per se, & secundùm ipsam, id est non ratione alterius tanquam radicis saltim extrinsecæ, cui formaliter prius conueniat, vel ita vt conueniat illi secundùm se, ideſt ex vi alicuius intrinseci in eo existentis (modo quæst. sequenti explicando) ita tamen, vt totum hoc ducat ortum ex aliquo extrinseco, in quo formaliter per prius inueniatur. Inter hos autem duos modos conueniendi secundùm se est hoc discrimen, quòd id, quod conuenit secundùm se prioti modo, competit omnino secundùm se, vt in solutione ad secundam confirmationem magis explicabitur, secus verò quod conuenit secundùm se posterioti modo.

Quia ergo motui calefactionis conuenit suscipere magis & minus secundùm se hoc posteriori modo, si quidem conuenit illi ex sua essentia (iuxta modum loco citato explicandum) ita tamen vt totum hoc ducat ortum tanquam ex prima radice ex calore, in quo esse intensum, vel remissum per prius, & formaliter inuenitur: eidem ideò motui omnino secundùm se intensibilitatem, & remissibilitatem denegamus.

50 Ea quo ad primam confirmationem satis patet: nam ibi loquitur S. Doct. de motu terminato ad qualitatem intensibilem & remissibilem. Vnde hoc ipso, quòd ibidem dicatur motum habere suam vnitatem à termino, inuoluitur, quòd habeat esse intensibile, & remissibile ab illo tanquam ex prima radice per prius, & formaliter hoc ipsum habente, & ita id habet secundùm se, quamuis non omninò secundùm se in sensu explicato: quare falsumest, quod ibidem additur, scilicet hoc, quod est conuenire aliquid secundùm se, consistere in indiuisibili ad hunc sensum, quod nequeat conuenire secundùm se, & non manentè, id est, ab alio, vt à prima radice formaliter id præhabente, vt explicatum est.

Ad secundam confirmationem constat etiam ex dictis, nam scientiæ, verbi gratia conuenit intensibilitas ab obiecto vt à prima radice, in qua prædicta intensibilitas per se loquendo non reperitur formaliter: vnde absolutè, & simpliciter dicitur omninò secundùm se intensibilis, & remissibilis, seu esse radicem prædictæ intensionis, sicut igni absolutè, & simpliciter conuenit esse omninò secundùm se calidum per naturam, & aliis per participationem ab ipso; tametsi hoc ei competat dependentet, & subordinatè ad causas vniuersaliores, & æquiuocas, quod quidem non haberet, si dependenter ab aliquo tanquam à calido priori, & formaliter tali esset calidus: quatè in hoc sensu intelligi debet, id quod in Logica diximus, scilicet, esse proprium primo modo qualitatis suscipere magis, & minus, seu intendi & remitti.

Nec tefert si obijcias, intensionem calefactionis; & caloris esse distinctæ specieiergo quòd calor habeat formaliter suam intensionem, à qua desumatur intensio calefactionis, non tollet quominùs calefactioni omnino secundùm se intensio competat. Patet consequentia; quia ideò scientiæ competit sua intensio mutuo secundùm se, quia obiectum, à quo eam sumit, diuersam speciem habet latitudinem ac ipsa scientia.

51 Non itaque hoc refert, quia satis est ad nostrum intentum vtrumque extremum, scilicet calefactionem, & calorem esse formaliter tale, id est, intensibile, & remissibile. Vnde si daretur calidum formaliter tale, & superius ad ignem, à quo ignis, & alia haberent esse calida, etiam si tale calidum esset distinctæ speciei ab igne, non diceretor de igne esse omnino secundùm se calidum, per naturam, & alia esset alia participatiuè ab eodem igne. Sed tota hæc doctrina magis in solutione secundæ rationis dubitandi infra explicabitur.

Dicendum est tandem tertiò, quatuor vltima prædicamenta, scilicet. *Vbi, Quando, Situm, Habere*, non suscipere magis & minus.

Hæc assertio est etiam communis inter Doct. & probatur breuiter: nam vnum corpus non dicitur esse magis in vno & eodem loco nunc, quàm antea, nec esse magis in tempore modò quàm postea, & sic de aliis duobus enumeratis prædicamentis, vt ex se constat: ergo talia prædicamenta non suscipiunt magis & minus. Patet consequentia, nam ideò albedo in subiecto suscipit magis & minus, quia vnum corpus modò potest esse magis album, quàm antea, & è contra.

§. III.

Satisfit rationibus dubitandi.

52 AD primam rationem dubitandi respondetur negando antecedens, & ad probationem concesso antecedenti, negandà est consequentia: nam quod album vt sex magis assimiletur alteri albo, vt sex, quàm albo vt quatuor, non prouenit ex intensione relationis, sed ex eo quòd album vt sex diuersam relationem in indiuisibili consistentem suttituat respectu altetius albi vt sex, ac respectu albi vt quatuor.

Nec refert, si obijcias, hinc fieri dari in vno & eodem subiecto plures relationes similitudinis solùm numeto distinctas: quod tamen in via D. Th. admitti

admitti nequit, vt ex dictis in Logica disp. 14. n. 59. & 91. & ex dicendis suo loco amplius constabit. Patet sequela, nam quodlibet album habet diuersos modos conuenientiæ in diuersis gradibus albedinis respectu distinctorum alborum: siquidem album vt sex magis conuenit cum albo vt quinque, quàm enim albo vt quatuor, & rursus cum hoc posteriori magis quàm cum albo vt tria, & ergo resolubunt in vnoquoque diuersæ numero relationes similitudims in indiuisibili consistentes respectu diuersorum. Patet consequentia, quia vna & eadem relatio in indiuisibili consistens, nequit extendi ad recipiendum diuersimodè hæc distincta extrema, ac proinde debent dari diuersæ respectu illorum: hæ autem non possunt pluspoam numero distingui, eo quòd neque gradus diuersi albedinis in quibus fundantur, maiorem distinctionem habere possunt: ergo, &c.

53 Non igitur hoc refert: nam hæc obiectio procedit ex defectu intelligentiæ mentis D. Thom. quod vt meliùs ostendatur, notandum est, esse album, verbi gratia, vt sex triplici solummodò relatione, & specie distincta, referri ad cætera alba. Prima quidem fundata in ipsa essentia albedinis per quam ad omnia alba, siue aliàs intensa, siue remissa terminatur: sicut idem patet eadem numero relatione paternitatis omnes filios à se genitos respicit. Secunda verò fundata in conuenientia in prædicto gradu vt sex, per quam assimilatur cunctis albis vt sex, & non aliis. quæ quidè necessariò debet esse specie distincta à priori: quia esse intensum vt sex formaliter, & reduplicatiuè sumptum, & vt conuenit cum alio in simili gradu, secundùm quam rationem fundat prædictam relationem, distinguitur essentialiter modaliter ab ipsa albedine. Tertia tandem fundata in eodem esse intenso vt sex, quatenùs collato cum aliis albis magis, vel minùs, intensis, secundùm quam non dicitur similis: sed potiùs dissimilia eisdem, & omnia illa eadem relatione dissimilitudinis respicit.

Et ratio horum est: quoniam sicut ad relationem similitudinis fundatam in ipsa essentia albedinis requiritur omnimoda conuenientia in essentia illius, ita ad similitudinem gradualem quatenùs talem, desiderabitur omnimoda cõueniẽtia in gradibus intensionis. Vnde quemadmodũ ob illam rationẽ datur duplex relatio specie distincta, vna similitudinis, & alia dissimilitudinis in natura: ita ob eandẽ proportionalẽ rationẽ dabitur duplex alia relatio specie etiam diuersa, vna similitudinis, & alia dissimilitudinis in latitudine graduali: & sicut relatio dissimilitudinis natura est vna, & eadem respectu omnium, à quibus talis natura differt, licet plus ab vno, quàm ab alio discriminetur: ita vna, & eadem relatio dissimilitudinis in gradu terminatur ad omnia alba non habentia prædictum gradum, licet magis, vel minus ab illo distent.

54 Ex quibus ad formam argumenti respondetur negando sequelam: & ad probationem dicendum est, quòd albũ, vt sex, conuenit cum aliis albis vt sex in essentia, & gradu albedinis, cum cæteris verò in sola natura albedinis: in gradu verò habet simpliciter disconuenientiam, & ita non refertur ad illa, nisi vnica relatione similitudinis fundata in albedine, & alia similitudinis fundata in disconuenientia grados; & ideò non est necesse, vt respecto illorum varietur, aut multiplicetur aliqua relatio similitudinis fundata in maiori conuenientia albi vt sex cum albo vt quinque, quàm cum albo vt quatuor.

Vnde iuxta hæc intelligenda sunt ea, quæ in Logica disp. 14. n. 96. in principio illius diximus, & præcipuè illud, quod ibidem addidimus, scilicet falsum esse id, quod ab aliquibus dicitur, scilicet tunc solùm relationem inter qualitates eiusdem speciei esse similitudinem, quando illæ sunt eiusdem intensionis: quando verò altera est remissior, & intensior alia, tunc esse dissimilitudinis. Nam cùm vltra hanc relationem similitudinis in gradu admittamus aliam, per quam duo alba sint in natura albedinis similia, non possumus illum dicendi modum sectari.

55 Ad id autem, quod vltimo loco in obiectione additur, scilicet gradua (vt ita loquamur) qualitatis non distingui nisi solo numero, ex quo videtur deduci relationes similitudinis & dissimilitudinis fundatas in intensione, verbi gratia, vt sex respectu diuersorum alborum esse eiusdem speciei, & solo numero distingui: dicendum est probabilius esse prædictos gradus, aut quasi gradus distingui inter se specie modali; alioquin (vt in Logica loco citato contra eos, qui hanc distinctionem graduum, & simul omnem relationem similitudinis, quoties non dabatur conuenientia, in eis negabant, argumentabamur) relatio similitudinis, & dissimilitudinis, non essent specie, sed solùm numero distinctæ. Quomodo verò hæc distinctio horum modorũ intelligenda sit, & quate sit specifica, qualiterque cohæreat, cum vnitate, & continuitate motus intensionis, & qua ratione ipsi modi inter se vniantur ad componendam vnam speciem, & latitudinem in esse termini, ac denique an requiratur ad hanc compositionem, quòd vterque simul permaneat, & alia huc spectantia, infra in hac eadem disp. n. 126. & n. 136. dicemus.

Ad secundam rationem dubitandi patet ex secunda nostra conclusione: ad id autem, quod vltimò ibidem adducitur quatenus contra nos potest retorqueri, dicendum est, quòd licet intensio calefactionis iam explicata, vt habet rationem motus sit priùs in genere causæ efficientis, quàm intensio caloris, nihilominùs in genere causæ formalis extrinsecæ, & specificantis, prior est hæc, quàm illa; imò absolutè, & simpliciter debet dici prior, quippe cùm eo ipso quòd calor se habeat per modum specificationis extrinseci respectu prædicti motus, datur dependentia calefactionis à calore: non in actu exercito considerato, sed in actu signato, tanquam ab aliquo tribuente ipsi calefactioni modo dicto suam essentiam, & speciem: ipse autem calor consideratus vt sic, nempe in actu figuato, in nullo genere causæ ab ipsa calefactione dependet: in quo priorităs absolutè, & simpliciter caloris respectu calefactionis manifestè cernitur.

QVÆSTIO VI.

Quænam qualitates sint intensibiles, & remissibiles.

POstquam explicuimus ea quæ intendi, & remitti nequeunt, restat vt explicemus, quibusnam intensio, & remissio possit conuenire.

§. I.

Explicatio tituli.

56 IN titulo aliquid vt certum supponimus, & aliquid in dubium vocamus: supponimus enim qualitatem posse intendi & remitti, tum quia ex dictis quæst. præced. satis patet; tum etiam, quia experimur vnam, & eandem rem modò esse magis albam, quàm anteà, quod quidem non nisi ex intensione albedinis potest prouenire: tum denique quia loquendo de qualitatibus, seu habitibus infusis, & intensione, prout ambit etiam mutationes instantaneas, certum est prædictas qualitates intendi iuxta illud

ad

ad Philippenses 1. Oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet. Et Apocal. vltimo, Qui iustus est, iustificetur adhuc. Vocamus autem in dubium, quænam qualitates intensibiles sint; sine illa intensio fiat per mornm, sine per motationem instantaneam.

Et licet de intensibilitate, & remissibilitate, quæ fit per motus seu mutationes Physicas, sit præcipuè à nobis agendum, nihilominus quia quoad hoc par est ratio de aliis mutationibus spiritualibus intensiuis, & remissiuis, & de intensione, & remissione qualitatum inde prouenientes; ideo in hac quæstione omnia hæc complectemur.

Cæterum, quia intensio, & remissio, seu (vt alij loquuntur) latitudo gradualis potest dupliciter contingere, (vt in Logica in annotationibus ad cap. de qualitate num. 3. & 4. diximus) vel primò inuariabiliter, quando nimirum eadem qualitas in eodem subiecto non augetur, aut minuitur saltim de potentia ordinaria, vere tamen habet in se latitudinem intensiuam, vel secundò variabiliter, ita vt eadem qualitas in eodem subiecto, modò sit intensior, & modò remissior, vt contingit in calore & frigore: ideo tituIus quæstionis non de intensione, & remissione, seu (vt alij loquuntur) de latitudine graduali priori modo sumpta: (nam quid quoad illam sentiendum sit, patet ex his, quæ in Logica loco citato diximus) sed de ea posteriori modo accepta intelligendus est, quamuis nonnulla ob connexionem doctrinæ de eadem secundùm priorem considerationem tangemus.

57. Et quia (vt optimè notauit D. Thom. 1. 2. q. 52. artic. 1. & quæst. 66 artic. 1 de virtutibus artic. 11.) intensio dupliciter potest conuenire formis: vno modo secundùm ipsam formam, seu secundùm essentiam ipsius formæ, ita vt talis intensio adæquatè oriatur, vt à prima radice, ab ipsa forma secundùm se, & ab eius specificatiuo: alio modo secundùm quod subiectum participat illam: ideo de vtroque intensionis modo titulus inquirit.

Circa hos tamen duos intensionis modos, antequam vltetius progrediamur, obseruandum est, priorem illam intensionem posse etiam nuncupari extensionem formæ, seu qualitatis ex parte obiecti specificatiui prouenientem: quo loquendi modo communiter vtuntur iuniores, quemque indicat D. Thom quæst. 52. artic. 1. iam citato, inquit, quod * Secundum perfectionem, quæ conuenit formæ, secundùm ipsam formam dicitur parua vel magna secundùm verò eam, quæ conuenit illi secundùm participationem subiecti, dicitur magis, vel minus album. * Constat autem, quòd paruum, vel magnum potius indicant extensionem, quàm intensionem, sicut magis, vel minus, potiùs ionnunt intensionem, quàm extensionem: sed quia hæc maior extensio conuenit qualitati, etiam dum est in subiecto, & respectu eiusdem prorsus subiecti, ideo vt distingoatur à latitudine, quæ proprie, & in rigore est quantitatiua; & extensiua, à quaque nomen magnitudinis & extensionis (teste D. Thom. loco citato, in solutione ad primum) ad cæteras formas detiuatum est, etiam prædicta latitudo vocatur intensiua.

58. Deinde, quia inter qualitates, vt loco citato Doct. Angel. docuit, aliæ sunt, quæ secundùm se ipsas sortiuntur speciem, ita vt non habeant illam per habitudinem ad aliquod extrinsecum, vt calor, & albedo: aliæ verò, quæ recipiunt speciem ea aliquo, ad quod ordinantur, vt habitus Philosophiæ, & Geometriæ, & hæ diuersæ qualitates diuerso loogè modo habent intendi, & remitti; ideo vt difficultas huius quæstionis plenius manear decisa, de his duobus qualitatum generibus ea professo agemus.

§. II.

Ex mente D. Thom. quæstionis nodus dissoluitur.

59. Dicendum est primò: qualitates illæ, quæ non specificantur ab aliquo extrinseco, non possunt secundùm suam formam, seu secundùm suam essentiam intendi, & remitti: Illæ verò quæ habent suam speciem penes ordinem ad aliquod extrinsecum, & illud variabiliter respiciunt, intensione variabili, intendi, & remitti possunt. Hæc est D. Thom: locis citatis, præcipuè verò 1. 2. quæst. 52. artic. 1. vbi sic ait: *Si igitur aliqua forma, vel quæcumque res secundum se ipsam, vel secundùm aliquid sui sortiatur rationem speciei, necesse est, quòd secundùm se considerata habeat determinatam rationem quæ neque in plus extendere, neque in minus deficere possit: & huiusmodi sunt calor, & albedo, & alia huiusmodi qualitates, quæ non dicuntur in ordine ad aliud; illa verò quæ recipiunt speciem ex aliquo, ad quod ordinantur, possunt secundùm se ipsa diuersificari in plus, vel minus, & nihilominus sunt eadem specie propter unitatem eius, ad quod ordinantur.* Et ita sanctum Doct. communiter sequuntur Capreol. in 2. distinct. 17. Caietan. & Conrandus in præsenti, Flandria 8. Metaphysic. quæst. 4. articulo 4. Bañez 1. de Generat. capite 4. quæst. 3. Montesin. to. 1. in 1. 2. disp. 33. quæst. 11 Lorca ibidem disp. 9. de habitibus & virtutibus, & alij plures.

Explicatur assertio, non enim sensus eius est (vt optimè notauit Caietanus) quòd intensio & remissio conueniant alicui qualitati secundùm suam essentiam, ex eo quòd sint prædicatum quidditatiuum respectu illius: nam vt ea dictis in hac disp. num. 32. constat qualitas quoad sua essentialia præcisè considerata consistit in indiuisibili, sed sensus est, quòd in qualitatibus specificatis ab aliquo extrinseco, quod variabiliter respiciunt, reperitur sua proprta intensio, & remissio variabilis, cuius radia desumatur ea ipsa ratione specifica, & obiecto specificante, & non aliunde, secùs verò in aliis qualitatibus.

60. Assertio ergo sic explicata probatur ratione, quam innuit D. Thom. locis citatis ad hanc formam redacta: qualitates secundùm suam naturam speciem id solùm sortiuntur, quod à suo specificatiuo adæquatè participant; sed qualitates illæ, quæ secundum se ipsas vel aliquid sui habent speciem per ordinem ad extrinsecum, participant adæquatè à suo specificatiuo aliquam latitudinem; secùs verò illæ, quæ prædictum ordinem non dicunt: ergo illæ, non verò istæ, possunt secundùm ipsam formam, seu secundùm suam essentiam intendi, & remitti, ac proinde si talis latitudo variabiliter eis conueniat, poterunt variabiliter habere intensionem, & remissionem. Vtraque consequentia cum maiori non indigent probatione. Minor verò quoad priorem partem constat: nam illud extrinsecum, quod priores qualitates specificat habet in se quandam latitudinem, vt patet in Metaphysica, cuius obiectum maximam in se continet ampliudinem; ratione cuius plura complectitur: ergo qualitates ipsæ ad illud respicientes poterunt in se, seu secundùm suam essentiam aliquam latitudinem ratione illius habere, quatenus magis, vel minùs ad prædictum specificatiuum accedunt. Patet consequentia, quia latitudo formæ optimè attenditur penes maiorem, vel minorem accessum ad aliud, ac proinde ea maiori, vel minori accessu formæ ad proprium specificatiuum, & eius latitudinem, sortietur talis forma latitudinem secundùm propriam speciem, seu essentiam. Quoad secundam verò partem

etiam

etiam constat minor : nam cùm specificativum illarum qualitatum sit solummodo propria differentia intrinseca, & hæc consistat in indivisibili, consequens est, vt ratione sui specificativi nullam habeant latitudinem, vtpotè cum maior, vel minor latitudo qualitatis à suo specificativo proveniens deberet oriri ex maiori vel minori latitudine eiusdem specificativi.

61 Dicendum est secundò tam qualitates, quæ specificantur ab aliquo extrinseco quàm illæ, quæ abeo non habent speciem, possunt secundum participationem subiecti intendi & remitti dummodo de earum ratione non sit indivisibilitas ita D. Thom. vt statim dicemus, & eum eo eius discipuli, maximè verò illi, quos præcedenti assertione retulimus. Intelligitur autem conclusio præcipuè de intensione variabili, vt sup innuimus, quamuis etiam de intensione invariabili prædictarum qualitatum intelligi possit, ita tamen vt intellecta de priori intensione semper in ea involvatur, quòd tales qualitates non habeant causas invariabiliter influentes, vt patet in habitibus, & dispositionibus, & passibilibus qualitatibus; intellecta verò de posteriori intensionis modò exigat causas immutabiliter influentes, vt constat in naturalibus potentiis, quæ per modum proprietatum emanant.

Assertionem hanc, quoad vtramque partem docuit D. Tho. 1. 2. q. 52. iam relata, vbi postquam dixit, quòd * Si consideremus qualitatem, vel formam secundùm participationem subiecti, sic etiam inveniuntur quædam qualitates, & formæ recipere magis & minus, & quædam non. * Addidit eas secundùm prædictam participationem magis & minus recipere, de quarum ratione non est indivisibilitas, vel indivisibiliter à subiecto participari. Quæ autem qualitates sint illæ, de quarum ratione est, vel non est indivisibilitas, & in quo sensu hoc de qualitatibus affirmetur, vel negetur, infra n. 77. explicabimus.

62 Deinde probatur ratione, quam locis relatis innuit idem S. Doct. nam hoc ipso, quod de ratione qualitatum sit indivisibilitas, non possunt participari à subiecto nisi indivisibili modo, alioqui secundùm propriam earum rationem non participarentur, & consequenter ex participatione subiecti non possunt suscipere magis & minus, sicut hoc ipso quòd de earum ratione non sit indivisibilitas, poterunt divisibili modo participari, ac proinde ex participatione subiecti habere aliquam latitudinem penes magis & minus.

Confirmatur ex eodem S. Doct. ibidem, ideo numerus, & species quantitatis continuæ, quæ secundùm numeros accipiuntur, non possunt divisibili modo participari, & per consequens, neque ex participatione subiecti suscipere magis & minus, quia de earum ratione est indivisibilitas : vnde si à numero ternario auferatur aliqua vnitas, eo ipso propria eius ratio perit : ergo hoc ipso quòd qualitates sint talis conditionis, vt non de earum ratione sit indivisibilitas, non poterunt secundùm participationem subiecti recipere magis & minus, & è converso hoc ipso quòd non perant talem indivisibilitatem, poterunt illa suscipere.

Confirmatur tandem ex eodem Angel. Doct. nam ideo qualitates, quę specificantur ab aliquo extrinseco, intenduntur, & remittuntur per ordinem ad illud, quia possunt magis, vel minus ad ipsum accedere, vt in assertione præcedenti dicebamus; sed omnes qualitates, de quarum ratione non est indivisibilitas possunt suo modo magis, vel minus ad subiectum accedere, secùs verò illæ quæ in sui ratione illam includunt : ergo, &c.

Probatur minor, nam hoc ipso quod de earum ratione non sit indivisibilitas, possunt perfectius, vel minùs perfectè à suo subiecto participari, ac proinde intimiùs eidem coniungi, & eius maiorem potentialitatem explere, vt infra n. 597. vsque ad 622. magis explicabitur; è contra verò, si de earum ratione sit indivisibilitas, vt intuenti patebit.

§. III.

Obiectiones contra prædicta.

63 Sed obiicies primò, falsum esse id, quod in explicatione tituli ex D. Th. supposuimus, scilicet esse aliquas qualitates, vt albedinam, & calorem, quæ non specificantur ab aliquo extrinseco : nam qualitates illæ, quæ non respiciunt aliquod obiectum, vel aliquid aliud extrinsecum præter subiectum, & specificativum, sistunt secundùm propriam rationem in respectu transcendentali ad subiectum, vt ad extrinsecum specificans : ergo falsum est esse aliquas qualitates, quæ secundùm propriam rationem non specificentur ab aliquo extrinseco.

Antecedens probatur ex eodem S. Doct. 1. part. quæst. 27. art. 1. vbi constituens discrimen inter relationem, & alia prædicamenta, sic inquit : *Considerandum est, quod solum in his quæ dicuntur ad aliquid, inveniuntur aliqua secundùm rationem tantùm, & non secundum rem : quod non est in aliis generibus, quia alia genera vt quantitas, & qualitas, secundum propriam rationem significat aliquid alicui inhærens : ea verò, quæ dicuntur ad aliquid, significant secundum propriam rationem, solam relationem ad aliud. Ergo quamis qualitates non solum secundum rationem communem accidentis, sed etiam secundum sibi propriam, & peculiarem, dicit essentialem ordinem ad subiectum : ac proinde, si ibidem sistas, specificabitur ab illo. Patet vtraque consequentia, quia inhærere vt tale essentialiter respicit subiectum inhæsionis tale, quod ab aliquo secundum propriam peculiarem eius rationem essentialiter, ibidem sistendo respicitur, habet rationem specificativi extrinseci respectu illius.*

64 Secundò contra eandem doctrinam D. Thom. alia via procedendo obiicies : Albedo diffinitur per hoc, quòd sit vt *quo* disgregativa visus, & calor per hoc quòd sit vt *quo* calefactivus : ergo vtrumque respiciet essentialiter aliquid extrinsecum, vt propriam specificativum; ac proinde etiam in exemplis à D. Th. adductis aperta falsitas continetur.

Antecedens, & vltima consequentia ex se constant : prima verò etiam liquet : nam disgregativum visus essentialiter respicit visum, & calefactivum calefactibile, vt id in ordine ad quod totum suum esse habent.

Tertiò, contra priorem assertionem obiicies. Quænis intensibilitas, & remissibilitas oritur ex propria, & peculiari natura illius qualitatis, quæ est intensibilis, & remissibilis : ergo convenit illi ratione suæ essentiæ, tanquam primæ radicis, & consequenter etiam qualitates intensibiles, quæ non specificantur ab aliquo extrinseco, possunt intendi, & remitti secundùm suam essentiam.

Consequentia est aperta : antecedens verò probatur, tum quia in filiose verbi gratia, esse intensibile, & remissibile, habet se ad instar proprietatis illius, & ideò illud semper concomitatur. Tum etiam, quia non ob aliud vnum accidens est intensibile, & non aliud, nisi quia habet peculiarem naturam, qua alterum caret. Tum deniqua, quia si intensibilitas conveniret qualitatibus secundùm communem rationem accidentis præcisè, & non secundùm suam rationem specificam, iam intensio omnium qualitatum esset eiusdem speciei : sicut quia esse sensibile convenit homini, & equo, ratione animalis,

malis, & ideò est eiusdem rationis in vtroque; at hoc est falsum, vt constat, quia alioqui esse magis album, & magis nigrum, non distingueretur species, & consequenter motus à minus nigro ad magis nigrum, & à minus albo ad magis album esset eiusdem speciei: ergo, &c.

65. Confirmatur; nam secundum D. Thom. 2. 2. quæst. 25. art. 4. ad 3. propriam vocem ignorant, qui dicunt qualitatem augeri secundum participationem subiecti, seu radicationem in illo, & non secundum essentiam. Ergo malè in assertione innuimus qualitatem non respicientes aliquod extrinsecum intendi, seu augeri secundùm participationem subiecti, & non secundùm suam essentiam.

Quærò, contra rationem eiusdem prioris assertionis obiicies: Omne specificatiuum, siue intrinsecum, siue extrinsecum, consistit in indiuisibili, siquidem omnes species sunt sicut numeri: quibus si addas, aut tollas aliquid, non manent eædem: ergo sicut qualitates specificatæ præcisè ab intrinseco non augentur ex vi proprij specificatiui, quia hoc consistit in indiuisibili; ita neque qualitates ab extrinseco specificatæ: vel si in istis non obstante indiuisibilitate proprij specificatiui extrinseci, potest inde derinari propria latitudo ad prædictas qualitates, etiam in illis hoc idem cum proportione repetietur.

66 Confirmatur primò: charitas specificatur per ordinem ad aliquid extrinsecum, ad illudque variabiliter accedit, & nihilominus non augetur, sen intenditur ex parte talis obiecti specificatiui extrinseci, ad quod accedit: ergo ex hoc quòd aliqua qualitas specificetur ab aliquo extrinseco, & aliud variabiliter accedat, malè colligitur intendi secundùm suam essentiam, seu ex parte proprij specificatiui.

Consequentia videtur legitima: minor verò est D. Thom. 1. 2. quæst. 66. artic. 1. maior autem quoad primam partem non indiget probatione; & quoad secundam etiam constat, quia in obiecto charitatis est latitudo, siquidem in eo continentur præcepta, consilia, Deus, & proximus, amicus, & inimicus, in quorum attingentia sunt speciales difficultates, propter quas potest vnum attingi, quin attingatur aliud: ergo charitas poterit accedere ad Deum, proptet tatio diligendi amicum, quin accedat ad illum, vt est ratio diligendi inimicum, & rursus poterit accedere ad illum secundum vtramque rationem, quin accedat secundùm quod est ratio seruandi consilia, ac proinde variabiliter ad suum obiectum propriam habens latitudinem accedet.

Confirmatur secundò; nam potentia visiua specificatur ab aliquo extrinseco, scilicet, à visibili, ad illudque variabiliter accedit, modo intuens vnum, modò verò aliud, & nihilominus non intenditur, nec remittitur variabiliter: ergo, &c. Minor probatur, quia habet se ad instar proprietatis, quæ hoc ipso, quòd talis, habet esse fixum, & inuariabile.

67 Vltimo: nam de ratione cuiusuis qualitatis est indiuisibilitas: ergo malè in assertione secunda dicitur, eas qualitates, de quarum ratione non est indiuisibilitas, esse intensibiles, vel remissibiles, ea maiori, vel minori participatione subiecti. Consequentia est legitima. Antecedens verò constat ex eo, quòd de ratione cuiusuis qualitatis est propria eius specificatio; at hæc consistit in indiuisibili, quandoquidem vt docet Arist. 8. Metaph. & cum eo communiter Philosophi species sunt sicuti numeri: ergo, &c.

Confirmatur: nam de ratione charitatis non est indiuisibilitas, vt ex se constat, & tamen non est remissibilis: ergo licet de ratione alicuius qualitatis non sit indiuisibilitas, non ideò poterit intendi, & remitti. Minor est D. Thom. 2. 2. q. 24. art. 10. & ratio etiam suader, quia per peccatum mortale non minuitur, sed tollitur charitas, per venialia autem solùm minuitur feruor ipsius non verò entitas, & substantia eiusdem charitatis, alioquin his multiplicatis posset ea vi illorum præcisè omnino destrui; at non restat aliud, per quod minuatur: ergo, &c.

§. I.

Solutio obiectionum.

68 AD primam negandum est antecedens, & ad probationem dicendum est, ex illo testimonio D. Thom. solùm constare omnia accidentia præter rationem prædicamentalem exprimere secundùm propriam rationem habitudinem ad subiectum, non tamen ab illo specificari, si sumantur vt formæ, & vt actus perficientes subiectum, secundùm quam rationem considerantur secundùm suam essentiam, & specificationem.

Explicatur hoc: etenim prædicta accidentia dupliciter possunt considerari, vel vt sunt formæ, & actus perficientes subiectum, quo pacto sumuntur secundum suam essentiam, & speciem; vel quatenùs pendent à substantia, & sunt effectus illius: quæ ratio, quamuis semper concomitetur talia accidentia, non tribuit illis propriam, & vltimam rationem specificam, vt ex se constat.

Licèt ergo prædicta accidentia, etiam secundum priorem illam rationem respiciant subiectum, non tamen specificantur ab illo vt sic formaliter sumpto, quia inspiciunt illud purè, subiectum & rationem materialem, ac perfectibilem, non verò vt quid formale perfectiuum, & ratione sui inspectum, quod desiderabatur ad rationem specificatiui: & ita licèt forma substantialis respiciat materiam, quia tamen respicit illam non formaliter, & ratione sui, ed per modum perfectibilis, & vt rationem materialem, atque vt est id, circa quod, & in quo exercetur, & explicatur propria perfectio formæ, ideò non specificatur ab illa; sed hæc eadem perfectio, vt exercibilis & explicabilis in materia est ratio formalis: propter quam materia ipsa inspicitur.

69 Cæterum, eadem accidentia secundùm posteriorem rationem, scilicet secundùm rationem effectus, secundum quam habent proprium esse à suo subiecto, possunt comparari cum illo per modum rei perfectibilis cum suo perfectiuo: & ita non est inconueniens, quòd ab eo rationem hanc desumant, & consequentet vt sic subiectum ipsum non se habebit putè vt subiectum, & quid materiale, sed vt obiectum, & ratio formalis inspecta.

Vndè, cùm D. Thom. dixit albedinem, & calorem & alia huiusmodi non specificari ab aliquo extrinseco, non loquitur de eis secundùm hanc posteriorem rationem, sed secundùm illam priorem, prout sunt actus, & formæ, ac proinde secundùm suam vltimam, & peculiarem rationem; vt ita distinguat illa ab aliis qualitatibus, V. G. habitus Philosophiæ, aut Geometriæ, quarum ratio formalis, quatenùs talis actus, & formæ sunt, posita est in habitudine ad obiectum; ab illoque specificatur.

70 Ad secundum respondetur ex D. Thom. capit. vltimo de ente, & essentia, vbi sic ait: *Quia propria principia accidentium non semper sunt manifesta, ideò quandoque sumimus differentias accidentium ex eorum effectibus, sicut congregatiuum, & disgregatiuum dicuntur differentia colo is, quia causantur ex abundantia, vel paucitate lucis, ex qua diuersa species coloris causantur*: quate, quòd albedo ab aliquibus definiatur per hoc, quòd sit disgregatiua visua vt *quo*;

non rectè sequitur, totum suum esse desumi penes ordinem ad visum, vt ad specificatiuum extrinsecum, sed solùm hinc ignorantia nostra arguitur, ratione cuius tot rerum essentiæ nos latent. Ad illud autem de calore dicendum est, ipsum saltim, vt pertinet ad tertiam speciem qualitatis; non specificari ab aliquo extrinseco, quia secundùm istam rationem habet esse obiectum sensus, secundùm quam potiùs specificat, quàm specificetur.

71 Ad tertium dicendum est, quòd licet esse intensum vel remissum albedinis, seu albi, V. G. vt distinguitur à quouis alio esse intenso, conueniat ipsi vtcumque, quia est huius naturæ, & non alterius, vt secunda probatio antecedentis in obiectione posita conuincit, & ideo intensio albi & nigri distinguantur specie; nihilominùs non dicitur ei competere secundùm suam essentiam, bene tamen qualitatibus specificatis ab aliquo extrinseco. Quia in his ratio adæquata intra latitudinem radicis, à qua prouenit intensio, est propria specificatio illarum, proprium-que specificatiuum extrinsecum, vt in solutione quartæ obiectionis magis expendemus: vnde scientia, V. G. ideò intenditur secundùm suam essentiam, quia magis, vel minus accedit ad proprium specificatiuum: at verò intensio, aut intensibilitas albedinis, seu albi non respicientis aliquid extrinsecum, vt specificatiuum, non conuenit illi præcisè ex suo specificatiuo, tam intrinseco, quàm extrinseco, sed insuper desiderat aliquid aliud non specificans, scilicet subiectum ipsum; quia cùm hæc intensio proueniat ex participatione diuersa subiecti, nequit intelligi, etiam in facto esse sine illo? & ideò non solùm intensio, de qua hic loquimur, verum etiam nec intensibilitas habet se vt proprietas respectu albedinis, quia non oritur, vt à ratione adæquata, ab ipsa essentia, cuius oppositum ratio proprietatis exposcit.

72 Horum autem manifestum signum est, quòd ad hoc, vt scientia, verbi gratia, consideretur cum sua intensione ex parte obiecti specificatiui desumpta, non desideratur, quòd sit in concreto, & ita talis intensio conueuit illi secundùm ipsam, quia quod conuenit qualitati in abstracto, & ex parte obiecti specificatiui, dicitur secundùm se ipsam illi conuenire. Cæterùm, vt albedo sit intensa sua propria intensione, scilicet ex parte subiecti, probabilius est, requiri, quòd sit in cõcreto: id autem quod conuenit qualitati præcisè in concreto, non dicitur conuenire ei secundùm ipsam, vt ea se constat.

Quæ doctrina desumitur ex D. Thom. quæstione 52. citata, articul. 1. vbi loquens de hac intensione, quæ scientiæ secundum suam essentiam competit, dixit:* In quantum igitur attenditur perfectio formæ secundùm ipsam formam, sic dicitur ipsa esse parua, vel magna scientia, in quantum nimirum (vt in fine corporis se explicat) ad plura vel pauciora se extendit. * Econtra verò loquens de intensiona conuenienti qualitatibus, ex diuersa participatione subiecti addidit:* In quantum verò attenditur perfectio formæ secundùm participationem subiecti, dicitur magis & minus, purà magis, vel minùs album, vel sanum. *Vbi) vt vides) non dixit magis vel minus albedo, aut sanitas in abstracto, sed magis & minus album in concreto, ac proinde non conueniens formæ secundùm ipsam.

73. Pro testque hoc eleganti quadam doctrina eiusdem D. Thom. 1. 2. quæst. 53. art. 2. in solutione ad tertium magis explicati: nam vt ibidem ostenderet discrimen inter accidens in abstracto, & in concreto, sic inquit: *Accidens significatum in abstracto importat habitudinem ad subiectum, qua incipit ab accidenti, & terminatur ad subiectum: nam albedo dicitur, quia aliquid est album, & ideo in diffinitione accidentis abstracti non ponitur subiectum quasi prima pars diffinitionis, quæ est genus, sed quasi secunda, quæ est differentia: dicimus enim, quòd simitas est curuitas nasi: sed in concretis accipit habitudo à subiecto, & terminatur ad accidens, dicitur enim album, quod habet albedinem, propter quod in diffinitione huiusmodi accidentis ponitur subiectum tanquam genus, quod est prima pars diffinitionis: dicimus enim, quòd simus est nasus curuus.*

Quare, cùm intensio conueniens qualitatibus ex parte obiecti specificatiui, conueniat illis in abstracto, optimè dicitur conuenire illis secundùm suam essentiam modo explicato, vt per hoc denotetur prædictam intensionem non oriri, vt à prima radice à subiecto, sed ab essentia formæ, & eius specificatiuo: quia verò intensio conueniens albedini, & aliis qualitatibus ex parte subiecti conuenit illis solùm in concreto, optimè dicitur non conuenire secundum suam essentiam, quia ex eo ipso radix prima, vnde incipit hæc intensio, significatur vt incipiens à subiecto: vnde idem S. Doct. loco citato sic concludit: *Sic igitur id, quod conuenit accidentibus ex parte subiecti, non autem ex ipsa ratione accidentis, non attribuitur accidentis in abstracto sed in concreto, & huiusmodi est intensio, & remissio in quibusdam accidentibus: vnde albedo non dicitur magis & minus, sed album.*

Ad confirmationem patebit ex his, quæ infra num. 108 huius disputationis dicemus.

74 Ad quartam obiectionem respondetur cum Caietano attic. citato quæst. 52. quòd licèt vtrobique, id est, tam in formis specificatis ab intrinseco, quam ab aliquo extrinseco, specificans vt sic consistat in indiuisibi. & ideo species sint sicut numeri, ac proinde obiectum formale scientiæ, verbi gratia, ex quo sumitur eius specificatio, non sit variabile: sed si tollas, aut addas aliquid de formalitate obiecti, non maneat eadem scientia secundùm speciem: sumeri quando specificatiuum est extrinsecum; tunc ex hoc ipso respectu conuenienti formæ secundùm suam naturam ipecificam purè sumptam, consequitur motus, seu accessus maior, & minor ad prædictum specificatiuum, ratione cuius huiusmodi formæ dicuntur secundùm se augeri: quia idem extrinsecum specificatiuum habet de materiali quandam latitudinem: & per accessum maiorem, vel minorem ad illam, potest in forma specificata reperiri sua latitudo, vt patet in scientia, quæ hoc ipso quòd secundùm suam naturam respiciat scibile, inde consequitur quòd ialtim ex vi huius capitis plus & minus ad ipsum accedere posset, pluta, vel pauciora de ipso attingendo.

Cæterùm, in aliis formis talis accessus nequit inueniri, quia nihil extrinsecum respicit specificans, cui prædictus accessus diuisibilis annecti possit: vt de albedo, v.g. quia secundùm suum specificatiuum, intrinsecum nihil præter propriam differentiam, & speciem dicit, ideò vt sic nihil habet variabile ratione cuius hic maior, vel minor accessus attendi possit, quia idem ad seipsum non potest magis vel minus, accedere.

75 Ad primam confirmationem dicendum est, quòd charitas ex vi sua habet esse qualitatem per se infusam, & insuper in ea est eadem proxima ratio, denique formale, & indiuisibile motiuum, absque multiplicatione materiali in ordine ad omnia obiecta materialia diligenda: nam cuncta illa sub eadem ratione formali diuiduæ bonitatis, quæ etiam materialiter ex parte sua non multiplicatur, diliguntur, & ita charitas in attingentia sui obiecti materialis, seu in latitudine quam proprium obiectum formale

suo

suo modo de materiali importat, non patitur diuisibilitatem, & ideò à principio suæ infusionis extenditur habitualitet, & quasi indiuisibili modo ad omnia obiecta sub tali motiuo contenta, ita vt non possit non vel ad omnia, vel ad nullum eorum inclinare, non secus proportione seruata, ac fides infusa vnius articuli ad omnes habitualiter extenditur, & cum errore circa aliquem illorum non compatitur, eo quòd ratio formalis assentiendi, scilicet diuina veritas reuelans est vna, & eadem; secus verò contingit in scientia, v.g. inqua ratio formalis assentiendi ad multiplicationem obiectorum materialium, & materialiter multiplicatur: quo pacto in eadem scientia potest esse alia materialiter ratio assentiendi respectu vnius conclusionis, ac alterius: & ita cum scientia vnius potest compati error circa aliam.

Vndè, ad formam argumenti neganda est maior quoad secundam illius partem, si intelligatur, de accessu habituali charitatis: & ad probationem dicendum est, quod in obiecto charitatis non est latitudo de materiali, eo modo, quo in scientia, & aliis habitibus, qui ex parte obiecti augentur, reperitur; quandoquidem ratio formalis attingendi illa non multiplicatur matetialiter, ac proinde per charitatem non potest habitualiter attingi vnum, quin attingatur aliud, & per consequens nec potest habitualiter accedi ad Deum, provt est ratio diligendi amicum, quin accedatur ad illum, vt est ratio diligendi inimicum: quia quæuis, quantumuis minima charitas inclinat sufficienter ad amandum Deum supet omnia, & omnia propter Deum Diximus habitualiter, quia habitibus vtimur cum volumus, & ita potest voluntas vti, & non vel habitu charitatis in ordine ad actu diligendum Deum, & non proximum, vel ad diligendum amicum, & non inimicum.

76 Ad secundam confirmationem concedendum est antecedens pro secunda parte, si intelligatur de accessu actuali potentiæ visiuæ per proprios actus ad suum obiectum: negandum verò si intelligatur de accessu variabili, & habituali in actu primo eiusdem potentiæ, qui ad intensionem, & remissionem etiam variabilem ipsius potentiæ desidetabatur. Et ratio huius est ea, quæ in eadem confirmatione tangitur, scilicet potentiam visiuam esse ad instar proprietatis, & ita inuariabiliter se habet respectu proprij esse, & habitudinis per modum potentiæ in ordine ad suum obiectum.

Nec refert, quòd obiecta partialia, & ioadæquata, contenta sub obiecto adæquato, & specificatiuo potentiæ visiuæ attingantur sub ratione formali materialiter multiplicata, propter quod videbatur eandem potentiam posse ex parte obiecti augeri.

Non itaque hoc refert; quoniam hic modus respiciendi obiecta contenta sub obiecto formali adæquato arguit additionem, & augmentum ex parte actus primi, quoties prædictus actus primus acquirit nostris actibus secundis: nam sicut frequentatio actuum nostrorum non fit simul, sed successiuè circa totam materiam, ita actus primus, non simol, sed successiuè excoditur ad latitudinem materialem obiecti specificantis, vt in habitibus acquisitis videre licet.

Quare, cùm potentia visiua non producatur nostris actibus, sed fiat per naturalem dimanationem ab essentia ad instar proprietatis, inde est vt nequeat ex parte obiecti variabiliter intendi, sed à principio suæ dimanationis sit sufficienter per modum potentiæ, & quantùm est ex parte suæ proportionata ad attingendam omnem latitudinem sui obiecti. Quæ solutio potest etiam cum proportione ad maiorem enodationem primæ confirmationis huius quarti argumenti applicari.

Colleg. Compl. Phys.

77 Ad vltimum respondetur, quòd in sui ratione ioeludere indiuisibilitatem dupliciter intelligi potest: vno modo, quia in sua specie non habet vnde diuidatur: alio modu, quia vltra hoc prædicta diuisibilitas repugnet propriæ rationi specificanti, ac proinde, nec per accidens etiam ex parte rationis subiecti, possit diuidi, seu magis & minus suscipere ex eo quòd subiectum habet eandem denominationem ac ipsa forma indiuisibilis, vt talis, à qua denominatus, sicut figura, quæ est triangulus; dicitur hoc modo indiuisibilis ex eo quòd subiectum illius etiam denominatur triangulus: vnde si magis, aut minus susciperet, tam ratio trianguli hoc ipsum haberet.

Licèt ergo quæuis qualitas quoad suam rationem specificam eò sidetata ineludat indiuisibilitatem prioti modo, non tamen posteriori, & ita non repugnat, vt ex diuersa participatione subiecti magis, & minus suscipiat: nam denominatio albi, est distincta ab ea quæ albedo, vt forma specificè indiuisibilis denominatur, & ita licèt albedo significet ipsam indiuisibilitatem specificam formæ, & ideo in ea sic significata non sit magis, & minus: nihilominùs in ipsa denominatione albi poterunt magis, & minus ex participatione subiecti, seu ex diuerso modo essendi in illo reperiri.

78. Quæ doctrina desumitur ex Arist. in Prædicamento qualitatis, & ex D. Th. in 2. 2. q. 52. iam citatæ, qui vt ostenderet, quare indiuisibilitas ita sit de ratione figuræ; vt ei repugnet habere latitudinem intensiuam, sic inquit: *Et hanc rationem ponit Arist. in Prædicamentis, vbi assignans rationem, quare figura non recipiant magis, & minus; dicit: Quæ quidem recipiunt trigoni rationem, & circuli; & similiter trigona, vel circuli sunt.*

Ad confirmationem respondetur, charitati, quantum est ex vi suæ naturæ, & latitudinis, non repugnare quod minuatur, quamuis ex defectu causæ potentia illam minuere, & impedire influxum Dei conseruantis, nunquam remittatur, sed connaturaliter loquendo, vel omninò deperdatur, vel in ea, quam acquisiuit, intensione perseueret.

QVÆSTIO VII.

Vtrùm intensio qualitatis fiat per depurationem à suo contrario, aut per corruptionem præexistentis, & aduentum alterius perfectioris.

NOmen intensionis strictiùs in hac, quàm in præcedenti, & in duabus quæst. sequentibus sumitur: nam ibi de intensione latiùs sumpta, provt ambit tam intensionem, quàm extensionem in ordine ad suum obiectum, loquebamur: hic verò solùm de intensione, provt distincta ab extensione dicta dissetimus: nam cùm intensio ita strictè sumpta habeat potissimè, & in tigore rationem intensionis; ideò primo loco de eadem scisciamur.

§. I.

Referuntur duplex sententia.

79. PRima sententia asserit, intensionem qualitatis fieri per depurationem illius à suo contrario, vel aliarum dispositionum repugnantium aliqualitati. Hanc innuit Æ gid. quodlibet. 2. qu. 14. & 1. de Generat. q. 18 & 23.

Fundamentum est, nam sicut qualitas semotis contrariis impedimentis agit quantum potest, quia agit per modum agentis naturalis; ita semotis

eisdem impedimentis, & repugnantibus qualitatibus informat subiectum, & communicat se illi quantum potest, quia causat per modum causæ naturalis: ergo si sit qualitas intensibilis, communicabit se secundùm omnem intensionem, secundùm quam potest, & consequenter secundùm maiorem vel minorem deputationem, seu remotionem contrariorum, attendetur maior, vel minor intensio eiusdem qualitatis.

Secunda sententia asserit, intensionem qualitatum fieri per destructionem qualitatis imperfectioris, & aduentum alterius perfectioris: ita Gilbert. Portet. & Auic. relati à Nimph. 8. Metaph. disp. 11. qu. 13. Godofred. quodl. 7. & quodl. 11. qu. 13. & Durand. in 1. dist. 17. qu. 7.

80 Probatur primò, terminus à *quo*, & ad *quem*, cuiusuis motus ita inter se opponitur, vt repugnet manere terminum à *quo*, acquisito termino ad *quem*; sed in motu intensionis qualitas remissa est terminus à *quo*, & intensa terminus ad *quem*: ergo illa abiicitur, & hæc acquiritur: & consequenter ideò qualitas sit intensior, quia producitur noua, & perfectior qualitas, destructa imperfectiori. Vtraque consequentia ex se constat, & maior in alijs motibus inductiuè patet: minor verò videtur etiam nota, nam sicut augmentatio est à minori ad maiorem quantitatem, ita intensio à minori, seu remissiori ad maiorem, seu intensiorem qualitatem.

81 Nec refert: si respondeas cum Capreolo, & alijs, terminum à *quo*, non destruit semper quantum ad entitatem suam, sed quatenus habet annexam priuationem gradus perfectioris, & ita solùm tolletur à præexistente qualitate priuatio, quam habet maioris intensionis, non verò quoad suam entitatem destruetur.

Nam contra hoc est, tum, quòd intensio est vetus motus vt constat ex his, quæ ex Aristotele, & D. Thoma 5. Phys. disp. 22. num. 9. & 14 diximus: ac verus motus est à positiuo in positiuum, vt ex eodem. Aristot. & Angelico Doctore num. 2. & 3. asseruimus: ergo per intensionem non solùm destruetur aliquid priuatiuum, sed etiam quid positiuum, scilicet entitas ipsius qualitatis, quæ est terminus à *quo*: tum etiam, quia idem est terminus à *quo* intensionis, & terminus ad *quem* remissionis, sit cum idem est terminus à *quo* augmentationis, & terminus ad *quem* diminutionis; sed terminus ad *quem* remissionis est quid positiuum, quandoquidem per se primò terminat vetum, & positiuum motum, scilicet motum remissionis: ergo, &c.

82 Secundò, noua actio, & totaliter distincta à præexistenti, debet habere nouum terminum totaliter etiam diuersum; sed intensio est noua actio, & totaliter distincta à prima productione qualitatis: ergo terminus eius debet esse nouus, & totaliter distinctus: ergo ex vi illius abijcitur prior, & imperfecta qualitas, & acquiritur alia perfectior. Maior ex se videtur constare, siquidem actiones specificantur & distinguuntur ex terminis, ac proinde noua actio, & totaliter distincta debet habere nouum terminum & totaliter etiam diuersum.

Minor videtur perspicua, quia vt suprà num. 15. & deinceps vidimus, potest dari productio qualitatis sine actione intensiua per se primò terminata ad intensionem qualitatis, de qua in præsenti loquuntur. Ex quo etiam prima consequentia apertè constat, imò etiam secunda: nam cùm illa actio intensiua, V.G. caloris sit maior, & perfectior calefactio, non potest non terminari ad nouum, & perfectiorem calorem, & consequenter non poterit non expellere præexistentem, & imperfectiorem; alioqui accidentia solùm numero diuersa in eodem subiecto simul darentur.

83 Tertiò, in motu locali, & continuo grauis versùs centrum acquiritur nouum, & perfectius *vbi*, amisso præexistenti, & imperfectiori: ergo etiam in motu intensionis acquiritur noua & perfectior qualitas destructa præcedenti, & minùs perfecta. Consequentia patet ex paritate rationis: nam sicut finis prædicti motus ad centrum est acquirere vltimam vbicationem, per quam mobile sit in vltimo termino, & loco; ita finis motus intensionis est, quòd mobile acquirat suum vltimum incrementum, & perfectionem, scilicet qualitatem perfectissimam: ergo sicut ob illam rationem destituuntur vbicationes priores, & minùs perfectæ vt acquitantur posteriores, ac tandem vltima, & perfectior: ita etiam in intensione abiicietur qualitas præexistens, & imperfecta, vt acquiratur perfectio: & sic de aliis, donec ad vltimam & perfectiorem, quæ illi naturæ debetur, deueniatur.

Antecedens verò est Aristot. 6. Phys. text. 32. vbi vt probet mobile non esse in spatio sibi æquali, nisi per instans, sic arguit: *Quia si haberet idem vbi per duo instantia, cùm inter hæc mediet tempus, fieret indè quòd dum moueatur, esset in eodem vbi per tempus ac proinde simul quiesceret: & consequenter stare nunc potest, quòd mobile localiter persistat in motu, & non acquirat nouum vbi destructo priori.*

§. II.

Eligitur sententia D. Thom.

84 Dicendum tamen est primò intensionem qualitatum non fieri per deputationem earum à suo contrario. Hanc tenent communiter Doctores, & præcipuè D. Thom. in primo dist. 17. qu. 2. art. 2 ad tertium, his verbis: *Dicendum quòd non est de ratione intensionis alicuius qualitatis, quòd fiat per remotionem à contrario, sed hoc accidit qualitati secundum quod inest in subiecto participante contrarium.*

Ratio prima fundamentalis desumitur ex eodem D. Thoma loco citato: nam multoties qualitas intenditur, etiamsi non adsit ibi aliqua depuratio à contratio, vt patet in lucc, quæ non habet contrarium, & in gratia, & charitate Beatæ Virginis, cuius charitas quotidie augebatur, & nihilominùs tunc non depurabatur ab aliquo contrario, quandoquidem nunquam fuit permixta cum aliquo etiam peccato veniali, sicut neque in nobis cum aliquo mortali, quod est illius contrarium.

Confirmatur: nam fides, & spes augentur iuxta illud Lucæ 10. *Adauge nobis fidem*; & tamen nunquam permiscentur suis contrarijs, cùm fides nequeat esse vbi est aliqua infidelitas contraria, neque spes vbi adest peccatum desperationis illi contrarium.

85 Secundò probatur assertio ratione, quam idem S. Doctor inuit: nam expulsio contrarij, vel repugnantis dispositionis fit per eandem actionem, per quam intenditur forma: vnde ignis non remittit frigus, nisi intendat calorem: ergo illa actio præter abiectionem contrarij habet tanquam priorem terminum aliquid positiuum, scilicet illam maiorem perfectionem, seu intensionem prædictæ qualitatis, & consequenter intensio non consistet in illa abiectione, seu depuratione à contrario. Hæc vltima consequentia patet ex priori, prima verò ex antecedenti, quia positiua actio non tendit per se primò ad non esse.

Dicendum est secundò, qualitates non intendi per aduentum nouæ perfectionis qualitatis eiusdem (pe-

ciei,

vel, destructa præexistenti : hæc est Aristot. loco infrà q. 8. referendo D. Thom. 1.2,q.52.art.2.qu.66. art.1.2.2.quæst.24.art.4.de virtutibus,art. 11.& in 1. dist.17.q.2.art 1. vbi sic inquit : *Alij dixerunt, quod charitas essentialiter non augetur, sed aduentens maior charitate minor charitas, quæ erat, destruitur. Hoc autem fieri non potest.* Vnde S. Doct. communiter sequuntur eius discipuli, quos infrà q.cit. sigillatim adducemus.

86. Probatur primò, ratione desumpta ex eodem Sancto Thoma loco citato ex primo sententiarum, quæ potest ad hanc formam reduci. Nulla forma absoluta destruitur, nisi vel ex contrario agente, vel per accidens ad corruptionem subiecti, vel propter absentiam causæ conseruantis, vt contingit in luce, quæ corrumpitur propter absentiam solis : ergo in intensione caloris, v.g. non intercedit destructio caloris præcedentis, & aduentus alterius perfectioris. Antecedens non indiget probatione ; consequentia verò suadetur : nam ibi non adest agens contrarium, quandoquidem vnum calidum intendens aliud, non est agens contrarium respectu illius, vtpotè, quæ solo numero distinguuntur, & deinde nec subiectum corrumpitur (vt iupponimus) neque causa conseruans deest, siquidem dum calor ligni intenditur, adest tunc ignis, qui eum conseruat ergo ex nullo capite poterit à subiecto expelli calor præexistens, vt alius perfectior introducatur.

Confirmatur ratione desumpta ex D.Thom. 1.ad Corinth.13.lect.3. & 3 part.quæst.77.art.4. ad hanc tamen formam reducta : nam iuxta communem Thomistarum sententiam, charitas viæ imperfecta, & remissa intenditur in patria, & tamen per hoc non deperditur, & alia denuo acquiritur, iuxta illud ad Corinth.1.cap.13. Charitas numquam excidit : & similiter accidentia Eucharistiæ sæpè intenduntur, & nihilominùs non ob id corrumpuntur ; alioqui, vt communiter docent Theologi, desineret esse ibi corpus Christi Domini, quippe cum tandiu, & non amplius duret sub speciebus, quamdiu accidentia panis ad primùm esse, & seruationem illius requisita ibidem durant, ac proinde quandiu illamet numero, & non alia perseuerant : nam sicut substantia panis est hæc numero, & non alia, ita petit per modum dispositionis, & ad sui consistentiam hæc numero accidentia, & non illa : ergo intensio minimè fiet per destructionem qualitatis præexistentis, & aduentum alterius perfectionis.

87. Nec refert, si dicas, rationem hanc non probare intentum, quia magis calidum est agens contrarium respectu passi minus calidi, vtpotè sibi dissimilis : quod proindè destrui debet ad hoc, vt passum agenti magis calido assimiletur, alioquin semper dissimilia remanebunt.

Non itaque hoc refert : nam inde solùm fit, magis calidum tantùm esse agens contrarium, respectu passi minùs calidi, quod magis, vel minus in esse calidi, non verò quoad entitatem ipsam calidi, vel caloris, siquidem solùm in maioritate, vel minoritate dissimilia sunt : ergo non destruet illud quod entitatem calidi, vt talis, sed solum quoad minus caloris, quod habet, & consequenter solùm quoad aliquem modum superadditum minoritatis.

Prima consequentia patet, quia agens solùm destruit in passo id, secundùm quòd est contrarium, seu dissimile illi. Vltima etiam consequentia constat : nam magis, vel minus calotis, secundum quæ attenditur intensio, & remissio, est aliquid distinctum ab ipsa entitate, etiam individuali caloris, sicut esse amplius, vel minus extensum distinguuntur ab ipsa entitate individuali quantitatis extensæ : tùm, quia id probat satis confirmatio in fauorem rationis Diui Thomæ adducta, tum etiam quia quodcumque incrementum rei præsupponit rem illam secundùm suam differentiam individualem, & ab ea distinguitur : ergo per hoc, quòd magis calidum destruat calorem quoad minoritatem, non sequitur, quòd destruat entitatem calidi, sed solùm modum aliquem superadditum minoritatis, qui vt infrà num. 16. dicemus, specie distinguitur à modo maioritatis radicationis in eodem subiecto.

88 Ex quo etiam manet impugnatum id, quod alij dicunt, scilicet intensionem qualitatum fieri per deperditionem existentiæ, aut vnionis imperfectioris, & aduentum alterius magis perfectæ : nam ratio præcedens non minus procedit contra hunc dicendi modum, quàm contra secundam sententiam, si attendatur, quòd agens destruit formam secundùm suam essentiam actualem, hoc ipso quòd destruat illam quoad suam vnionem, & existentiam : nam sicut accidens, saltim naturaliter loquendo, fit per hoc, quod educatur de potentia subiecti, & cum illo vniatur, ac tandem in eo existat ; ita destruitur destructa vnione, & inexistentia eius, & non aliter. Vnde si intensio nequit fieri per destructionem accidentis quoad suam entitatem, ita nec per destructionem prædictæ vnionis, vel inexistentiæ,

89 Secundò principaliter probatur assertio ratione alia desumpta ex D. Th. locis citatis, quæ potest sub hac forma proponi. Qualitas per intensionem perficitur quoad suam essentiam : ergo non destruitur per illam. Consequentia videtur euidens, quia nihil potest perfici, & destrui simul, vt ea se constat. Antecedens verò probatur : tum, quia cùm quæuis qualitas sit accidens, & consequenter entis ens, non potest non perfici per intensionem, per quam melius, & perfectius se habeat in ordine ad subiectum, cuius est affectio : tum etiam, quia incrementum rei potius tendit ad perficiendam illam, quàm ad destruendam alioqui non esset incrementum illius.

§. III.

Respondetur ad argumenta prioris sententiæ.

90 AD fundamentum pro prima sententia respondetur, concedendo antecedens, & negando vtramque consequentiam : nam forma considerata secundùm suam essentiam, & existentiam, & præcisa ab omni alio modo maioris radicationis, non habet formaliter & proximè, *vt quo*, esse intensum, & ita licet insormet quantum potest, non communicabit nisi totam suam essentiam, & existentiam, non verò esse intensum.

Ad primum pro secunda sententia respondetur, solùm conuincere per intensionem expelli dumtaxat à subiecto qualitatem vtcumque illam, seu quoad modum illum superadditum minoris radicationis, secundùm quem habet esse remissum, & imperfectum : quia vt ex dictis quæst. 2. huius disp. constat, modus prædictus, habet rationem termini *a quo* respectu motus intensionis, sicut etiam terminus formalis *ad quem* illius, qui est talis vt *quo*, non est qualitas ipsa, quæ sui supponitur producta, vt ibidem diximus : sed modus ille maioris intensionis, quo eadem qualitas perfectiùs se habet in ordine ad subiectum.

Ad secundum, concessa maiori intellecta de termino formali, & admisso minori, distinguendum est consequens primæ consequentiæ ; & si intelligatur de termino formali *quo*, concedenda est consequentia, secùs verò si de termino formali *qui*, intelligatur : quia

in termino formali *qui* actionis intensiuæ per se primò terminatæ ad maiorem tadicationem, vt ad terminum formalem quo, inuoluitur terminus primæ productionis qualitatis, quippè cùm magis album non possit non album inuoluere: & deinde neganda est secunda consequentia, & ad probationem dicendum est, solum ea ea sequi, quod per calefactionem acquiratur intensior, & perfectior calor, non quidem quia destruator præexistens qualitas, & alia denuò produeatur, vt ostensum est, sed quia acquititur nouus, & perfectior modus respectu subiecti. Sed hæc ampliùs quæst. sequenti numer. 110. eloeidabuntur.

91 Ad tertiom, concedendum est antecedens, & neganda consequentia, & ad probationem eouceſſo anteeedenti debet negari consequenti: nam ea antecedenti solum sequitur, quòd sicut in motu locali deperduntur vbicationes ptiores, quæ habent rationem termini formalis *quo*: ita in motu intensionis deperduntur modi minoris radicationis, qui sunt terminos formalis *quo* eiusdem motus, vt dictum est.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum Intensio qualitatis fiat per additionem gradus ad gradum.

92 SEnsus tituli est, an intensio fiat per hoc, quòd qualitati præexistenti, V. G. calori aduenial alius calor partialis denuò productus, qui quidem vniatur cum præexistenti in eadem parte subiecti, & simul cum illo vnum calorem totalem maiorē, & magis perfectum constituat, & quò plures, vel pauciores partes calotis in eadem parte subiecti fuerint, eò magis intensus fit, ad eum sane modum proportione seruata, quo extēsio quātitatis molis fit tatione diuersarum partium quantitatis: & ideò quo plures, partes quantitatis in subſtantia receipiuntur, eò maior, & extensior quantitas ibidem datur.

§. I.

Proponitur sententia affirmans.

93 PArtem affirmantem tuentur Scotus in 1. dist. 17. quæst. vltima, Bonauent. in 2. parte dist. quæst. 1. art. 1. ad 3. Albert. art. 10. Gregor. quæst. 4. art. 1. Gabriel, & Oeham. quæst. 6. Anton. Andreas 8. Metaphyſicæ. quæst. 6. Nimphus 8. Metaph. disp. 5. vsque ad finem, Tolet. 2. de Gener. cap. 3. qu. 4. Fonſec. 5. Metaph. cap. 10. qu. 1. sect. 5. Malder. 1. 2. qu. 24. art. 5. Lorea ibidem disp. 14. Vazqoez. 1. 2. disp. 82. cap. 3. & 4 Suarez 2. tomo Metaph. disp. 46. sect. 1. & 3. Rub. de Generat. cap. 4. tract. 3. quæst. 5. Granado in 1. 2. controuersia 4 disp. 38. numer. 2. Hurtad. in præsenti disp. 5. sect 4. & 5. qui etiam tefert pru hae sententia Caietan. 3. part. qu. 7. art. 12. & 2. 2. quæst. 24. art. 4. ad 3. & 1. 2. quæst. 52. art. 2. §. circa eandem, & § ad euidentiam vbi inquit: * Et propterea auctor (Sanctus doctor) loquens de additione formæ ad formam eiusdem speeiei, loquitur etiam de additione gtaduum: gradus enim calotis vt duo, gradus quidem est, & sic de aliis. Et tandem in fine eiusdem §. videns quòd hæc additio gradus ad gradum non tam in re, quàm in voce doctrinæ D. Thom. aduersatur, concludit idem Caietan. Et tu qui graduum additiona veteris disputando, hanc eapressurus dicia, sententiam, à lapſu solo linguæ eohibeudus testas.

Ptobatur primò testimonio Arist. 4. Phys. text. 8. his verbis: *Sicut enim ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum, quia eadem est, quæ erat in potentia: sic ex calido magis calidum.* Vbi, vt vides, apertè docet eodem modo fieri ea calido magis calidum, ae ex frigido calidum, quate sicut ex frigido fit calidum pee eductionem ptimæ partis calotis de potentia subiecti, ita fiet magis calidum pet eductionem noui calotis partialis, & præexistenti vniti.

94 Confirmatur primò ea D. Thom. in 3 dist. 17. quæst. 2. art. 1. quæst. de virtutibus art. 11. & 2. 2. q. 24. art. 4 ad 3. vbi inquit: *Quidam dixerunt, charitatem non augeri secundum suam essentiam, sed secundùm radicationem in subiecto; sed hi propriam vocem ignoraverunt*; ergo sentit charitatem augeri pet additionem nouæ partis charitatis, quandoquidem augeri secundùm essentiam, est augeri secundùm ptoptiam subſtantiam, & entitatem, & hoc nequit fieri sioe additione nouæ subſtantiæ, seu entitatis partialis, & consequentet nouæ charitatis partialis: maximè quia idem S. Doctor inquit, idem esse charitatem augeri secundùm essentiam, & ipſam habere efficaciam ad producendum fetnentioris dilectionis actum: quare cùm efficacia, & virtus alicuius habitus, vel facultatis operatiuæ tantùm sit eius entitas, fit inde, vt idem sit augeti charitatem secundùm efficaciam, ae proinde secundùm essentiam, ae augeri secundùm ptopriam entitatem charitatis, & consequentee secundùm additionem nouæ charitatis partialis, siquidem entitas charitatis tantùm potest esse charitas.

Confirmatur secundò ex eodem S. Doctore 3. part. quæst. 7. artic. 12. vbi inquit: *Quod aer non potest crescere in caliditate, quando peruenit ad vltimum gradum caloris, qui potest saluari in natura aëris; & quòd calor ignis non potest augeri, quia non potest esse perfectior gradus caloris, quam illo, ad quem pertingit ignis.* Eeee ergo quomodò S. Doctor planè admittit diuersos gtadus in eodem calore. Qoæ testimonia adunctis his, quæ ea Caietano telata sunt, adeò conuiceront Hurtadum ad credendum hanc sententiam esse Diui Thomæ, vt dicat se ideo hæc fusè adduxisse, & eaplicuisse, vt studiosi beati Thomæ discernant, quæ illi opiniones imponantur, quæque sint illius legitimæ & quomodo non sit in sola superficie verborum, quam primo sonitu syllabæ sonant, sistendum.

95 Deinde, ptobatur primò tatione, quam Aristot. loco citato videtur tenuere, quamque nos suprà tetigimus: nam cùm primò incipit calefactio secundum aliquam sui pattem aliquotam, producit primò calorem: ergo cùm continuatur, & fit maior talis calefactio, attinget nouum calotem partialem. Antecedens ea se constat; consequentia verò ptobatur: quia ea qua parte calefactio in sui initio; & in sui continuatione est eadem, debet habere eundem terminum secundùm speciem, nempe calorem, & ex quo capite calefactio ineipiens, & continuata tantùm, distinguuntur partialiter, & ea vtraque resultat maior quædam, & intensior calefactio totalis, etiam termini per illam producti, scilicet calores, tantùm distinguuntur partialiter, & vnum totalem, & intensiorem constituont.

Confirmatur primò: augmentum secundùm quantitatem virtualem fit eo propottionali modo, quo augmentum secundùm quantitatem corporalem; sed hoc fit per additionem, ergo, & illod. Maior pater, quia vt docet S. Thom. 1. 2. quæst. 52. art. 1. ad 1. nomen augmenti, & magnitudinis per se primò conuenit quantitati corpotali, & deinde deriuatur ad alia: ergo quoduis incrementum est propottionatè ad in-

crementum

crementum quantitatis corporalis, & per analogiam, & similitudinem cum illo. Minor verò est Aristot. 1 de Generatione text. 15. vbi inquit, quod augmentum est præexistenti magnitudinis additamentum.

Confirmatur secundò ex Vasquez; quia aliàs nunquam aliqua qualitas produceretur per alterationem, sed solum modus qualitatis, & sic tota qualitas in modos euanesceret: at hoc est absurdum, vt ea se patet: ergo, &c. Sequelam probat, quia quoties incipit produci qualitas per motum, incipit eius intensio: ergo si per intensionem non producitur qualitas, sed ad summum modus, neque per totum motum alterationis produceretur, nisi modus qualitatis, & sic tota qualitas in modos resolueretur.

96 Nec refert, si dicas, dari quoddam momentum temporis determinatum, in quo producatur sola qualitas per alterationem, & deinde fiat modus intensionis. Nam contra hoc est, tum quòd per alterationem non producitur minima qualitas, ergo non potest produci qualitas sine modo intensionis: tum etiam, quia in motu non est dabile primum mutatum esse, vt docet Philosoph. 6. Phys. cap. 5. daretur autem, si alteratio repentetur sine intensione, & in momento illo in quo incipit, produceret solam qualitatem: siquidem non posset illam tunc producere, nisi haberet in illo momento aliquod mutatum esse initiatiuum, per quod illam attingeret.

Secundò, Deus potest separare albedinem nimis à niue, & albedinem altetius corporis minus albi ab ipso, tuncque illæ duæ albedines separatæ haberent magis & minus: at non per maiorem radicationem in subiecto, quia supponimus esse ab illo separatas: ergo per additionem gradus ad gradum. Consequentia patet, quia suppositis his quæ in præcedenti quæst. dicta suot, non restat alius modus, secundùm quem qualitates intendantur nisi per maiorem radicationem, vel per additionem gradus ad gradum.

Maior autem etiam liquet: tum, quia potest Deus separare à subsatia proprietates realiter ab ipsa distinctas, vt patet in quantitate Eucharistiæ, quæ habet se ad instar proprietatis substantiæ materialis: quare eùm albedo, vt intensa, habeat se ad instar proprietatis niuis, poterit eam, vt sic ab eadem separare: imò hoc potiori ratione posset, si solùm se haberet per modum accidentis communis: ioseparabilis tamen naturaliter ab ipsa: nm etiam, quia supernaturaliter separata scientia Christi Domini, & scientia alterius hominis ab ipsis, tunc intensior esset per ordinem ad obiectum scientia Christi, quàm alterius homioist quippè quæ ad plura obiecta se extenderet: ergo etiam separata albedine niuis ab illa posset manere intensior, quippè quæ quantum est de se, possit saltim vt *que* fortiùs, & intensiùs immutare visum.

97 Nec refert, si dicas, prædictas qoalitates fore in eo euentu magis vel minus intensas, non quia de facto magis vel minus afficiant subiectum, seu in eo radicentur; sed quia dicunt habitudinem ad magis vel minus illud petficiendum seu ad hoc, vt magis, vel minus in eo radicentur, idque satis esse ad hoc, vt dicantur augeri per radicationem.

Nam contra hoc obstat, quòd si albedo niuis, V. G. adhuc separata potest remanere cum sua intensione, poterit vtrique in statu sepatationis crescere, vel decrescere in illa, ac proinde in habitudine ad subiectum: ergo eo ipso constat diuersis partibus, seu gradibus, ratione quorum possit quandoque maiorem, quandoque minorem habitudiem ad subiectum dicere. Patet consequentia, quoniam in eadem indiuisibili entitatiue nequit esse quandoque maior, quandoque minor habitudo.

Tertiò lumen intenditur per additionem gradus ad gradum: ergo etiam aliæ qualitates. Consequentia patet, quia iusta communem Philosophorum consensum omnes qualitates eodem modo intenduntur. Antecedens verò probatur: nam si eidem medio duo luminosa applicentur, tunc in eo intensius lumen producetur, vt experientia constat; & tamen ibidem dantur plura lumina partialia, quia posito corpore opaco inter vtrumque resultant duæ vmbræ; ex vtroque autem lumine, non nisi vnica vmbra per appositionem corporis opaci resultat: ergo intensio illa fiet per additionem luminis, ad lumen, seu gradus ad gradum in eadem parte subiecti.

98 Confirmatur primò, id quod aduenit usto per augmentum gratiæ, reddit illum obiectum congruum maiori: dilectione diuina: ergo est noua pars gratiæ, & consequenter hoc ipsum cum proportione augmento intensiuo aliarum qualitatum dicendum erit. Antecedens communitet accipitur à Theologis: prima consequentia patet, quia nihil distinctum à gratia gratum faciente potest reddere hominem obiectum congruum maioris dilectionis diuinæ, quia in nulla alia re reperitur tanta bonitas, quanta in gratia.

Confirmatur secundò, per visionem beatam intensiorem videtur perfectius Deus, vt docent communiter Theologi 1. p. quæst. 2. ergo visio intensior habet in se nouam partem visionis, qua alia visio non ita intensa caret.

Consequentia patet, tum quia visio beata non potest repræsentare aliquid quod præcisa illa intensione non repræsentabat, nisi aliquo modo immutetur per aliquam meliorem repræsentationem, quæ habeat Deum pro obiecto melius attactum ex parte sui, ac proinde nisi habeat nouam, & partialem visionem in hac repræsentatione consistentem. Tum etiam, quia cùm id quod additur visioni intensiori, debeat esse specialis tendentia in Deum, vt obiectum visum, alioqui per illud non videretur in Deo aliquid, quod ea præcisa videri non poterat: ergo potest non esse noua visio saltim partialis, quandoquidem essentia visionis, aut nouæ partis eiusdem sita est in tendentia actuali ad Deum, vt in obiectum visum.

§. II.

Præfertur sententia Angelici Doctoris.

99 Dicendum tamen est, intensionem qualitatis non fieri per additionem gradus ad gradum, seu qualitatis ad qualitatem, ita Aristot. statim citandos, vbi etiam D. Thom. & quæst. 2. de virtutibus art. 11. his verbis: *Quidam existimauerunt, quod charitas, sine qualibet virtus infusa augeatur per additionem charitatis, ad charitatem, vel virtutis ad virtutem, aut albedinis ad albedinem quod omnino stare non potest. &* 1. 2. qu. 52. art. 1. *Augmentum habituum aut aliarum formarum, non fit per additionem forma ad formam.* Et 2. 2. quæst. 24. art. 5. *Relinquitur ergo, quòd nullo modo charitas augeri potest per additionem charitatis ad charitatem sicut quidam ponunt.*

Et primo distinct. 17. quæst. 2. artic. 2. vbi inquit: *Dicendum quòd eorum, qui ponunt charitatem esse aliter augeri, dicta reuertuntur in duas opiniones, quarum vna est, quòd augetur per additionem charitatis ad charitatem.* Et hanc opinionem impugnans subdit: *Primam autem positionem non possum intelligere* & infra. *Sed ista positio prouenit ex falsa imaginatione, quia augmentum charitatis imaginati sunt admodum augmenti corporalis, in quo fit additio quanti-*

tatis ad quantitatem. Et ideò S.Doctorem sequuntur commonitet Caietanus locis citatis ex prima secundæ, & secunda secundæ, Capreolus in 1. distin. 17. quæst. 2. Herbæus ibidem quæst. 5. Ægidius quodlibet. 2. quæst. 14. Conrad. & Medina 1.2.q.52. art. 2. Fland. 8. Met. qu. 4. Soncin. ibidem quæst. 21. & 24. Austudillo 1. de Generat. q. 9 Iabellus q. 6. Sotus 4. Physic. est. 84. Valen. 2.2, punct. 3. conc. 4 Martinez 1. 2.q.52. art. 2. Zanardus 8 Met. q. 10. cæterique alij discipuli Sancti Doctoris tam antiqui, quàm iuniores.

100 Probatur primò, testimonio Arist 4. Physic. text. 84. & D. Thom. loco citato ex 1.2. in fauorem suæ sententiæ adducto, quod sic se habet: *Ex calido fit magis calidum nulla facta in materia calida: quod non esset calidum quando erat minus calidum.* Vbi vt D. Thom. ibidem lect. 14. inuuit, apertè docet, minùs calidum non fieri magis calidum pee nouí caloris additionem: quare cum eadem sit ratio de aliis qualitatibus, quæ augentur, vt loco citato ex 1. a. notauit idem Angelicus Doctor fiet inde, vt nulla ex his per additionem grados ad gradum intendatur.

Nec refert id, quod respondet Vasquez vbi sup. c. 5. scilicet testimonium hoc nec fideliter à S. Doctor, adductum fuisse, nec intentum conuincere, quia ibi Aristot. tantùm vult minus calidum fieri magis calidum, absque noua materiæ additione, non verò absque eo quòd nouus calor partialis superaddatur. Quam solutionem quoad secundam partem tradit etiam Suarez loco citato, & Rubio vbi supra, eamque confirmat; tum ex contextu, nam immediatè ante hæc Aristot. verba contiuentur illa, quæ pro sententia opposita ex eodem Philosopho n. 93. adducta, & expensa sunt: tum etiam authoritate D. Thomæ lect. 14 iam relata.

Non itaque hoc refert: nam contra primum dictum Gabrielis Vasquez obstat, quod licet in translatione Argyropoli non habeantur verba à D. Thom. adducta; attamen in antiqua translatione, cui eadem, imò & maior fides est adhibenda (nam sicut antiquiora, & ita purior est) habentur illa, quæ S. Doct. refert. Adde quòd etiam in translatione Argyropoli, quam adducit Vasquez, sufficienter expressit Philosophus hoc ipsum, vt iam expendimus.

101. Contra secundum verò obest, quòd etsi mens Philosophi iuxta vtramque translationem, sit ostendere idem esse susceptiuum contrariorum, ac proinde nec esse necessarium addi nouam partem materiæ ad illa recipienda, neque ad hoc, vt minus calidum fiat magis calidum; attamen hoc ipso, quod à magis calido excludit nouæ partis materiæ accessum consequentet excludit noui caloris additionem, quia vt statim, dicemus, nequit distingui numero à priori, si noua pars materiæ non superaddatur: & idcò S. Thomas loco citato ex 1.2. optimè ex hoc testimonio intulit intensionem caloris, & aliarum qualitatum non fieri per additionem noui caloris, vel qualitatis partialis ad calorem, vel qualitatem præexistentem. Vnde in primo dist. 7. quæst. 2. artic. exponens hoc testimonium Aristot. sic ioquit: *Sicut Philosophus etiam dicit 1. 4. physicorum, quod aliquid efficitur magis album, vel magis calidum, non per additionem alicuius albedinis, vel caloris.*

Ex quo fit, non bene Rubium intulisse, quod iuxta doctrinam Diui Thomæ, Philosophus in hoc testimonio tantùm vult in productione magis calidi, ex minùs calido, non fieri additionem nouæ partis materiæ, non verò quòd non addatur noua pars caloris, quandoquidem (ve iam diximus, & statim magis ostendimus) in via Sancti Doctoris ex illo priori sequitur hoc posterius, neque illud, quod idem Rubio ex Aristot. pro se affert, quidquam conducit, ve es dicendis infra numero 108. apertè constabit.

Deinde probatur ratione desumpta ex Aristot. & D. Thoma, locis citatis, quæ potest ad hanc formam reduci. Non potest calor, verbi gratia, intendi pee additionem realem gradus ad gradum, seu per additionem caloris ad calorem, nisi vnus calor, vel gradus distinguatur realiter specificè, vel numero ab alio; ac nequeuot intee se aliquo ex his modis distinguizergo neque intensio potest per additionem realem gradus ad gradum, vel caloris ad calorem fieri.

Maior videtur nota, quandoquidem nequit dari realis additio sine reali dualitate, seu distinctione extremorum, omnis autem distinctio realis, debet ad minus esse, vel numerica, vel specifica, siue essentialis. Minor autem etiam constat, quoniam nouus calor partialis aduenies calori præexistenti nequit distingui specie ab illo, vt ex se constat, neque etiam numero, quippe distinctio numerica qualitatum sumitur ex subiecto, vt suo loco latè ostendemus: vnde nequeunt qualitates distingui solo numero, & esse simul in vna, & eadem parte subiecti.

102 Confirmatur secundò ratione, quam innuunt Aristotel. 3. Physicorum, text. 59 & Diu. Thomas loco citato ex prima secundæ, in argumento, sed contra, & aliis locis, quos in Logica disputatione 15. numer 30. adduximus ad probandum substantiam sine quantitate esse indiuisibilem, ac proinde carere partibus integralibus etiam entitatiuis, quoniam duo illi calores non possunt vniti ad componendum vnum, & eundem calorem magis intensum, nisi vel per modum actus, & potentiæ, vel per continuationem. Non primum, quia duo indiuidoa eiusdem speciei non comparantur pee modum actus, & potentiæ inter se, siquidem id, quod ab intrinseco est potentia respectu alterius, distinguitur essentialiter ab illo, vt in materia & forma constat.

Neque secundum: tum quia sola quantitas est diuisibilis in partes entitatiuas, & integrales, cætera verò accidentia sunt simplices qualitates, vt loco citato fusius ostendimus, vt solùm ratione quantitatis possint, si sint materialia continuari, & multitudinem partium habere, ac proiode secundum hanc partium distinctionem, & continuationem nequeunt io eadem parte subiecti recipi, cùm tamen in oppositum huius ad augmentum intensiuum requiratur: tum etiam, quia alias accidentia in materialia quò sunt intensiora, eo essent magis composita, & minus vna, quandoquidem tequiretent maiorem multitudinem partium; hoc autem esse falsum constat, siquidem quò charitas est intensior, eò est perfectior omnibus modis, quam remissa, vt talis, ac peoinde actualior, & pee consequens, minus composita, & magis vna.

§. III.

Euasiones aduersariorum, & praclusio earum.

103 AD hanc rationem D. Thomæ multiplicitee tespondeoe aduersarij: primò, negando accidentia solo numero distincta non posse pro eodem tempote in eodem subiecto conseruari: quod sibi persuadent argumento Dutandi nimirum, quia alias nequiret Deus de potentia absoluta idem numero accidens semel productum reproducere in subiecto affecto alteto accidentei iusdem speciei: qua si indiuiduatio accidentis corrupti dependebat è subiecto subtali tempore, tunc sicut tempos ipsum transactum non potest per diuinam potentiam teproduci, ita neque accidens ab illo dependens: & cum hoc non sit diuinæ omnipotentiæ denegandum, fiet indè, quòd sicut pro diuersis temporibus, ita pro eodem tempore

possint

possint duo accidentia solùm numero distincta in eodem subiecto reperiri, ac per consequens ex hoc capite nihil obstat, quominùs plures gradus eiusdem qualitatis simul dentur, & ita intensio illius per additionem gradus ad gradum fiat. Cæterùm, hæc solutio ex professo, & radicitus, suo loco agentes de principio individuationis impugnabitur.

Secundò respondet Vasquez vbi suprà, huiusmodi gradus non habere rationem qualitatum totalium, sed partialium, integrationem vnam numero qualitatem, ac proinde posse esse simul in eodem numero subiecto: quia incompossibilitas eorum accidentium solo numero differentium tantùm competit individuis completè distinctis intra eandem speciem: individuis verò partialibus, hoc ipso quod talia sunt, competit complete, & integrare vnum individuum totale, & ita non repugnat eis esse in eodem subiecto vnà cum individuo completo, quod componunt. Cui solutioni subscribit Rubio in præsenti.

104 Addit autem Suarez, duo accidentia solo numero distincta tunc solùm esse incompossibilia, quando entitatiuè distinguuntur, & habent inter se omnimodam similitudinem; è contra verò, quando solum ex natura rei differunt, & non sunt eiusdem omninò rationis: quare cùm gradus isti solùm ex natura rei distinguantur, & calor, verbi gratia, vt duo, sit alio modo dissimilis calori, vt tria, cùm tamen duo gradus, vt tria, sint inter se similia, inde est, vt licèt hi duo posteriores nequeant esse simul in eodem subiecto, secùs tamen calor vt duo, & vt tria, & sic de aliis, secundum quos fit intensio.

Sed contra: nam hæc solutio involvit duo inter se pugnantia, scilicet hos gradus esse realiter partialiter, vel ex natura rei distinctos solo numero, & nihilominùs simul recipi in eadem parte subiecti: ergo, & cætera. Antecedens patet, quoniam vt loco citato latiùs expendemus, quæuis distinctio secluso intellectu, quæ solum est numerica, sive illa sit totalis, sive partialis, sive entitativa, sive ex natura rei, & sive sit inter individua omninò similia, vel dissimilia intra eandem speciem, petit distinctum subiectum, vel saltim idem in ordine ad diuersum tempus, vt loco citato ex professo ostendemus: ergo repugnat gradus illos esse partialiter, & secluso intellectu distinctos solo numero, & nihilominus recipi simul in eadem parte subiecti.

105 Tertiò respondent alij gradus illos non recipi in eodem prorsus subiecto, sed aliquo modo diuersis: nam licèt omnes recipiantur in eadem parte subiecti, attamen vnus non recipitur in subiecto nisi mediante alio, itaut primus inhæreat non mediante aliquo alio gradu in subiecto, secundus verò non nisi primo mediante ob subordinationem essentialem, quam inter se haberent.

Sed contra: nam gradus illi hoc ipso quòd solo numero distinguantur, non possunt comparati per modum actus, & potentiæ, vt supra dicebamus, sed ad summum possent inter se per continuationem quandam vniri: ergo neuter recipitur in alio vt in subiecto, ac proinde non poterunt ad inuicem realiter numericè distingui. Prima consequentia patet, quandoquidem ea, quæ solum vniuntur per continuationem, ita se habent, vt vnum non recipiatur in alio vt in subiecto, alioqui comparentur etiam inter se per modum actus & potentiæ. Ex quo etiam secunda consequentia liquet: quoniam ad distinctionem numericam accidentium simul existentium requiritur distinctio saltim numerica subiecti (vt loco citato ex professo ostendemus.) Adde falsum esse hos gradus esse inter se essentialiter subordinatos, ita vt non possit acquiri calor vt octo, quin priùs acquirantur cæteri gradus, vt ex dicendis quæst. sequenti patebit.

Tandem respondet Hurtado loco citato sect. 5. nu. 42. gradus illos etsi distinctos realiter, non tamen distingui numero, quia sunt simul in eadem parte subiecti: at D. Thom. in sua ratione solùm, velle solomque conuincere, intentionem qualitatum non fieri per additionem gradus ad gradum individualiter distinctum intra eandem speciem, ita vt duo illi gradus inter se vniti maneant distincti numero: ne autem (vt loquitur) temerè, & vi videatur in suam sententiam trahere S. Doctor adducit testimonium quoddam ex 1. part. quæst. 30. artic. 4. in corp. vbi ait: *Impossibile esset dicere, quod essent plures albedines separatæ, aut plures humanitates, cum albedines non sint plures, nisi secundum quòd sunt in pluribus subiectis.*

Ecce ergo (inquit Hurtado) quomodo duæ illæ albedines in via D. Thom. essent post separationem realiter distinctæ, quandoquidem ante illam realiter distinguebantur; non verò differunt numero, quia non sunt in diuersis subiectis.

106 Hoc etiam aliqualiter spectat solutio aliorum asserentium partes vnius, & eiusdem quantitati, non distingui actu realiter, sed solùm in potentia, ac proinde actu nullo modo differre numero: quare cùm eadem sit ratio de partibus, seu gradibus qualitatis, consequens est, vt actu, nec numero, nec specie distinguantur, & ita non repugnat esse in eadem parte subiecti.

Cæterùm, solutio hæc non minùs, quàm secunda involvit duo inter se repugnantia, scilicet gradus illos esse à parte rei distinctos actu intra eandem speciem, & nihilominùs non differre individualiter saltim partialiter, quia eorum vterque gradus sit à parte rei, non potest non quilibet eorum esse aliquid singulare, & individuum, quandoquidem nequit dari vniuersale à parte rei, vt constat ex his, quæ in Logica disput. de Vniuersalibus diximus: ergo si semel realiter distinguuntur, non possunt non etiam individualiter saltim partialiter distingui.

Patet consequentia, quia vtrumque est quid singulare, & individuum, & singularitas vnius non est realiter singularitas alterius gradus, aut totius qualitatis, alioqui non distinguerentur realiter inter se, aut à tota qualitate ex vtroque coalescente, siquidem omnia hæc indentificarentur in eodem tertio, scilicet in illa singularitate: ergo alia, & alia realiter saltim partialiter est singularitas vnius & singularitas alterius.

107 Neque testimonium, quod per se ex Diuo Thoma adducit, ei fauet; quandoquidem vt ex se & modò dictis constat, Sanctus Doctor in illis verbis non vult duas albedines semel existentes in diuersis subiectis, & ab illis postea separatas manere distinctas realiter intra eandem speciem, & nihilominùs non differre numero, sed quod si per impossibile separentur tam à subiecto, quàm ab ordine ad subiectum, tunc non essent distinctæ numero, imò nec etiam realiter sed vna & eadem albedo contineret totam perfectionem, & latitudinem suæ speciei, non secùs ac Gabriel Angelus continet totam latitudinem suæ speciei, quia est omnino separatus à subiecto, & ab ordine ad illud: & ita Sanctus Doctor exemplum hoc de duabus albedinibus affert, ad ostendendum quomodo nequeant plures Angeli intra eandem speciem multiplicari, aliàs enim tam ipsi, quàm albedines essent, & non essent realiter; & numericè distincti: essent quidem, vt supponitur; non essent verò sic distinctæ, quæ talis distinctio intra eandem speciem non potest non saltim ex ordine ad subiectum desumi.

Nec

Nec necesse erit solutionem illam ad præcedentem aliquo modo spectantem denuò impugnare, eam quòd id, in quo à præcedenti differt, satis ex dictis 6. Phys. disp. 25. num 37. proportionabiliter tamen ad præsens applicatis manet impugnata.

§. IV.

Diluitur fundamentum primum primæ sententiæ, ex Arist. & D. Thoma desumptum.

108 AD primum, pro prima sententia ex testimonio Arist. desumptum respondetur. Philosophum ibi velle, idem esse susceptiuum contrariorum, ac proinde cùm ex frigido fit calidum, non addi nouam partem materiæ: quare solùm quoad hoc æquiparat motum à calido infrigidum, & à minus calido in magis calidum, non verò in hoc, quòd vtrobique acquiratur nouus calor. Ratio autem disparitatis sumitur ex dictis, & ex D. Th. 1. 2. q. 52. art. 2. ad tertium & 2. 2. qu. 24 art. 3. quia nimirum cùm ex frigido fit calidum, non præsupponitur calor in subiecto: & ita nihil est, quod impediat, quominus calor denuò producatur. Cæterùm, cùm iam est productus calor, & fit transitus à minus calido in magis calidum, tunc præsupponitur subiectum eum calore & impeditum est, ne simul recipiat in eadem parte subiecti alium calorem partialiter numericè & præexistenti distinctum, ex eo quòd non apparet ibi aliquid, vnde numerica eorundem distinctio desumatur (vt ostensum est), & ideo per illam actionem solùm perficitur præexistens calor ex maiori radicatione ipsius in subiecto, vt quæstione sequenti magis ostendemus.

Ad primam confirmationem ex D. Thom. desumptam respondetur, ipsum S. Doct. eleganter se explicuisse quodlib. 9 q. 6. artic. 1. his verbis: *Sciendum est, quod hæc propositio (secundum) inter alias varias habitudines, quas importat quandóque denotat subiectum, vt cum dicitur. Iste est albus secundum pedem, quia pes est subiectum albedinis: quandoque denotat formam vt cum dicitur, Iste est coloratus secundum albedinem. cum ergo dicitur aliquid secundum hoc moueri, potest intelligi, vel subiectum, vel forma cum enim dicitur, Iste mouetur secundum manum, notatur subiectum motus: cum vero dicitur, Iste mouetur secundum locum, notatur ibi, quod formaliter specificat motum: sic ergo cum dicimus charitatem secundum essentiam augeri, denotatur ibi subiectum augmenti (vt sit sensus) ipsa essentia charitatis augetur: sicut cum dicimus, album augetur secundum essentiam: nec autem designatur forma specificans motum: vt sit sensus, augetur secundum essentiam, id est, augmentum eius est motus in essentia, vel in esse.*

Ecce ergo quomodo in via S. Doct. qualitas, quæ intenditur ex participatione subiecti eatenus, dicitur intendi etiam secundùm suam essentiam, quatenus per hoc denotatur, quòd secundùm suam essentiam habet esse id, quod afficitur tali latitudine intensiua, seu modo illo maioris radicationis in subiecto, & per illum intra proprium genus qualitatis perficitur, ita vt tribuat illi quandam maiorem actualitatem, & terminationem, quæ intra prædictum genus illi conuenit, vt docet idem S. Doct. quæstione de virtutibus art. 1. & quæst. sequenti amplius patebit: per quod etiam constat ad id, quod ibidem ex Dino Thoma additur, scilicet per intensionem addi qualitati maiorem efficaciam: nam hæc maior efficacitas benè potest prouenire ab eadem qualitate cum prædicto modo, vt loco citato num. 117. & deioceps explicabitur.

109 Nec refert quòd S. Doct. in hoc eodem testimonio ex 1. sentent. quod explicamus, addiderit in solutione ad 3. & similiter quæst. & art. eisdem de virtutibus in solutione ad 2. & ad 8. charitatem non augeri, ve subiectum augmenti, quia est forma simplex, & ideò secundum se omnino inuariabilis vt subiectum: nam ad hoc dicendum est, ex doctrina eiusdem D. Th. 1. 2. quæst. 50. artic. 2. ad 2. & quæst. 56. artic. 1. ad 3. quòd quia in accidentibus est quidam ordo, quatenus aliqua eorum non possunt inesse substantiæ, nisi mediantibus aliis, vt colori non potest inesse corpori nisi mediante superficie: ideo aliquando dicitur, quòd vnum accidens est subiectum alterius, quatenus per hoc præcisè denotatur subiectum *quo*: aliquando verò dicitur formam simplicem, & accidens non posse esse subiectum accidentium, quatenus per hoc innuitur non esse subiectum *quod*, & principale, & ita charitas licet non sit subiectum *quod*, & principale sui augmenti, est tamen subiectum, quo mediante recipitur augmentum ipsius in subiecto: vndè D. Thom. noluit à charitate auferre quod augetur secundùm essentiam per modum subiecti *quo*, benè tamen per modum subiecti *quod*.

Ad secundam verò confirmationem ex primo testimonio ex 3. part. desumptam respondetur, quòd vt constat ex testimoniis præallegatis, D. Thom. nunquam agnouit intensionem qualitatis per additionem gradus ad gradum: & ita cùm ibidem exempli gratia inquit: * Quod aër non potest efficere in calidare, quando pertingit ad vltimum gradum caloris: qui post saloari in natura aëris: & similiter cùm addidit, * Sicut si dicamus quòd calor ignis non potest augeri, quia non potest esse perfectior gradus caloris, quàm ille, ad quem pertingit ignis; * loquitur de gradibus caloris virtualiter contentis in ipso calore, vt magis radicato: nam in eius sententia calor radicatus vt octo, quatenùs non minùs vt sic radicatus est intensus, & perfectus, ac si formaliter ibidem essent octo calores partiales eundem calorem totalem componentes: per quod etiam ad verba illa *, quæ ex Caiet. in fauorem suæ sententiæ adduxit Hurtado, satis constat: nam Caietanus locis à nobis citatis multoties affirmat intensionem non fieri per additionem gradus ad gradum, benè tamen per maiorem radicationem in subiecto, ipseque perpetuus est in affirmando individuationem qualitatum, siue partialem, siue totalem sumi ex subiecto, ac proinde plura accidentia numero etiam partiali distincta non posse esse in eadem parte subiecti, & ideo id solùm in illis locutionibus vult, quòd S. Doct. cuius est perpetuus discipulus, intendit: vnde non benè Hurtado vtrumque Thomam (vt ipse loquitur) pro sua sententia adducit, quandoquidem vt ex locis allegatis constat, vterque oppositam sententiam aperto marte tuetur.

§. V.

Soluuntur fundamenta eiusdem prioris sententiæ ex rationibus petita.

110 AD primum, concesso antecedenti iuxta ea quæ 6. Physicorum diximus, neganda est consequentia: & ad probationem dicendum est, quòd si loquamur de actione calefactiua, per quam calor semel productos intenditur, non est vtcumque calefactio, sed calefactio intensiua specie distincta à calefactione, per quam denuò producitur calor, & ita non habet pro nouo termino formali, seu *quo* nouum calorem, sicut prior illa, sed maiorem radicationem eiusdem caloris, quæ est modus quidam specie

ſpecie modali diſtinctus ab eodem calore, vt ex dicendis quæſt. ſequenti magis patebit: ſi verò fiat ſermo de calefactione non ſupponente calorem productum, ſed illum dennò producente, & continuatè pertingente vſque ad calorem vt octo, de qua viderunt argumentum procedere, tunc calefactio vt producit calorem ſecundum ſuam ſubſtantiam, & vt attingit illum ſecundum quòd habet latitudinem intenſionis, eſt eadem met actio continuata. Cæterùm quia ſemel producto calore ſecundum ſuam entitatem, eſt incapax ſubiectum ad recipiendum aliom calorem; ideo calefactio illa, licet produceret calorem, ſi non inoeniter productum, non tamen ipſum de facto producit, ſed ſolùm ex vi ipſius magis ac magis in ſubiecto radicatur. Sed de his videantur ea, quæ in hac diſpun quæſt. 2. diximus.

Ad ptimam confirmationem reſpondetur cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 24. artic. 5. ad 1. veram eſſe maiorem, ſeruata tamen natura vtriuſque augmenti, nam augmentum quantitatis formalis, vt talis, eſt extenſiuum, & in ordine ad diuerſas partes ſubiecti radicaliter: & ideo poteſt fieri per additionem partis ad partem, quantitatis ad quantitatem: at augmentum quantitatis virtutis, ſeu intenſiuum, eſt in ordine ad eandem partem ſubiecti, & ideo non poteſt propter rationem dictam in aſſertione fieri per additionem gradus ad gradum, ſeu qualitatis ad qualitatem.

Ad ſecundam confirmationem patet ex dictis, tam in præcedenti ſolutione, quàm in hac eadem diſput. quæſt. 2.

111 An ſecundum reſpondent Bañez 2. de Generat. c. 4. quæſt. 3. in ſolutione ad ſecundum contra ſecundam concluſionem, & alij ex Iunioribus Thomiſtis, ſolutionem ibi traditam eſſe optimam. Ad impugnationem negaot conſequentiam, & ad eius probatinnem dicunt eandem indiuiſibilem entitatem ratione alicuius modi ſuperadditi, à qua habeat eſſe magis, vel minùs radicabilem in ſubiecto, poſſe dicere quandoque maiorem habitudinem ad ſubiectum, quandoque minorem, ſi talis modus deperdatur, & alios minoris radicabilitatis acquitatur: nam hoc ipſo quòd habeat talem modum, reſpiciet ſubiectum tanquam forma in ſe magis actualis, magiſque perfecta: & ita dicet habitudinem ad magis perficiendum ſubiectum, ſi vnà cum prædicto modo illud informet.

Secuodò reſpondetur eum Ariſt. c. de qualitate & D. Thom. locis ſtatim refeseodis, Conrado 2. 2 q. 52. art. 1. Flandria 8. Metaph. qu. 4 art. 3. & 4. Martinez loco citato ex 1. art. 2. 4. dub. 1. in ſolutione ad tertium, Zanardus c. de qualitate lect. 33. in explicatione tertiæ proprietatis qualitatis, & in dub. 1. quod circa hanc proprietatem excitat, probabilius eſſe albedines illas in eo euentu non eſſe magis, vel minus intenſas, quia qoalitas ſeparata, etſi poſſet habere maiorem, vel minorem extenſionem in ordine ad obiectum, non tamen maiorem, vel minorem intenſionem, quæ proprie, & in rigore dicitus talis, quæque eſt in ordine ad maiorem participationem ſubiecti. vnde D. Thom. 1. 2. quæſt. 53. art. 2. ad tertium, inquit: *Sic igitur id, quod commune accidentibus ex parte ſubiecti, non autem ex ipſa ratione accidentis, non attribuitur accidenti in abſtracto, ſed in concreto: & hanc modi eſt intenſio, & remiſſio in quibuſdam accidentibus: vnde albedo non dicitur magis & minus, ſed album, & eadem eſt ratio in habitibus, & in aliis qualitatibus.* Item 6. Phyſic. lect. 7. ſic ait: *Diuiſio albi per accidens poteſt eſſe dupliciter: vno modo ſecundum partes quantitatiuas, ſicut ſi ſuperficies albi diuidatur in duas partes, album per accidens diuiſum erit: alio modo ſecundùm intenſionem, & remiſſionem: quòd enim vna pars ſit magis, vel minus alba, non eſt ex ipſa ratione albedinis, quia ſi eſſet ſeparata non diceretur ſecundum magis & minus.*

112 Cuius elegantem rationem seddit D. Thom. q. de virtutibus, art. 12. his verbis: *Forma ſubſtantialis non ſuſcipit intenſionem, & remiſſionem quia dat eſſe ſubſtantiale, & cætera.* Et inde eſt etiam quòd nihil, quod ſubſtantialiter de altero prædicatur, etiamſi ſit in genere accidentis, prædicatur ſecundùm magis & minus: nun enim dicitur albedn magis vel minus color, & propter hoc etiam qualitates in abſtracto ſignatæ, quia ſignantur per modum ſubſtantiæ, nec intendootur, nec remittuntur; non enim dicitos albedo magis, & minus, ſed album.

Vnde ad formam argumenti negandum eſt, albedines illas in eo euentu menſuras cum ſua iotenſione: & ad primam probationem eſt dicendum, eam eſſe veram de proprietatibus aut quaſi proprietatibus quæ ſecundùm aliquam rationem non pendent eſſentialiter à ſubiecto, ſecus verò in aliis, vt contingit in accidentibus vitalibus, quæ vt vitalia ſunt nequeont ab illo ſeparari, quia ab illo intrinſecè pendent, vt 2. Phyſic. diſput. 10. num. 66. diximus, & de numero harum ſunt qualitates quælibet, vt intenſæ vel remiſſæ formaliter ſunt.

Ad ſecundam verò probatinnem conceſſo antecedenti neganda eſt conſequentia: & ad probationem dicendum eſt, intenſionem deſumptam ex parte obiecti, ſeu, vt elatiùs loqoamur, quoad extenſionem; non pugnare cum ſe ſignificata per modum ſubſtantiæ: quia non deſumitur ex ſubiecto inhæſionis, vt ſuprà explicuimus: & ideò nnn mirum, quòd accidenti ſignificato per modom ſubſtantiæ, & in abſtracto, reſpicienteque eſſentialiter obiectum extrinſecum, poſſit conuenire, ſecùs verò intenſio propter rationem dictam.

113 Vndè D. Thom. loco citato ex 1. 2. poſtquam diait: * Vndealbedo non dicitor magis, & minus, ſed album: & eadem eſt ratio in habitibus, & in aliis qualitatibus * ſtatim addidit: *Niſi quòd quidam habitus augentur, vel minuuntur per quandam additionem, vt ex ſuprà dictis patet*, ſcilicet in quæſt. 52. artic. 2. vt ex margine textus S. Dn & conſtat. At in quæſt. 52. artic. 2. dum inquit habitus augeti pet quandam additionem, ſolùm inquitus de augmento, & diminotione, quoad extenſiooem, & ita eam habitibos, qui illius ſunt capaces, etiam io abſtracto, & in ſtatu ſeparationis eoncedit. Cæterùm, in quo ſenſu ſit verum, prædictos habitus extendi per quandam additionem, & quæ ſit in hoc mens D. Thom. quæſt. 1. huius diſput. diceraus: & ſimilitet 1. 2. quæſt. 52. artic. 1. loquens de intenſione largiùs ſumpta, ſcilicet extenſione. V. G. ſcientiæ in ordine ad obiectum, quam ipſe vocat perfectionem ſotmæ ſecundum ipſam, vt ſuprà explicuimus, inquit: *In quantum igitur attenditur perfectio forma ſecundum ipſam, ſic dicitur ipſa eſſe parua vel magna, puta parua, vel magna ſanitas, vel ſcientia; in quantum verò attenditur perfectio forma ſecundùm participationem ſubiecti, dicitur magis, & minus, puta magis vel minus album.* Ecce etgo quomodò extenſionem tribuit qualitati in abſtracto, intenſionem verò non niſi inconcreto.

Ad tertium oegandum eſt antecedens: ad probationem concedenda eſt maior, & diſtinguenda minot: & ſi ſenſus illius ſit, duo illa lumina numerò ſaltim partialiter diuerſa produci io eadem parte ſubiecti, neganda eſt; ſecùs verò, ſi ſenſus eius ſit produci in diuerſa parte ſubiecti: at intenſio luminis non fit ex eo, quod in diuerſis partibus ſpatij producantur diuerſa lumina: nam per hoc extenditur, non verò intenditur lumen: ſed ex hoc, quod lumen iam productum magis radicetur. Cæterùm vt hæc plenè

capiantur,

capiantur, debent omnino videri ea, quæ 2. Phys. disp. 15.n.42.& 43.latiùs diximus.

114 Ad primam confirmationem concedendum est antecedens, intellectum de maiori dilectione, maioritate (vt sic dicamus) intensiua; sed neganda est vtraque consequentia, & ad probationem primæ dicendum est, quòd licet nihil aliud ordinis supernaturalis distinctum à gratia sanctificante possit se solo reddere hominem obiectum congruum maioris dilectionis diuinæ, benè tamen si sit modus maioris intensionis, & radicationis eiusdem gratiæ, quippe hoc ipso, quòd talis eandem necessariò inuoluit. Nec contra hoc obest probatio ibidem adducta: quia licet in nulla alia re, aut modo distincto à gratia, & præcisè sumpto, reperiatur tanta bonitas, quanta in gratia; attamen illud coniunctum, quòd resultat ex gratia, & modo maioris intensionis, & radicationis in subiecto, est quid melius, ac perfectius, quam gratia seorsum considerata, quandoquidem dicit ipsam; vt est sub maiori actualitate, & perfectione, & ita potest reddere hominem obiectum congruum maioris dilectionis diuinæ in sensu iam explicato.

Ad secundam confirmationem, concesso antecedenti, debet negari consequentia: & ad primam probationem, negandum est visionem beatam præcisè sumptam repræsentare Deum, quia solùm habet essu vnionem intellectus cum Deo clarè viso per modum actus secundi, & vitalis, & ita addito modo illo maioris vnionis poterit meliùs attingere Deum.

Ad secundam verò probationem eiusdem partis respondetur visionem non esse vtcunque tendentiam actualem, sed primam, & essentialem tendentiam actualem in Deum clarè visum: intensionem autem, seu modum prædictum esse modum illius tendentiæ in Deum etiam tendentem: quia est ratio, ob quam visio habet tantitatem quantitatis virtutis, ad attingendum clarè Deum: & ita ex hoc, quòd id, quod superadditur in visione beata, sit aliquid importans tendentiam in Deum clarè visum, non sequitur illud esse nouam partem visionis.

QVÆSTIO IX.

An qualitates intendantur per hoc quod addatur illis nouus modus maioris radicationis in subiecto.

115 QVid non sit intensio, non est ita difficile explicare; quid autem sit, difficultet capitur: & ideo post quam exposuimus quid non sit intensio, restat, vt quod, quid est ipsius, explicemus.

§. I.

Proponitur prior sententia.

PArtem negantem tuentur omnes Doctores, quos quæst. præcedenti pro prior opinione num. 93. retulimus. Et licet fundamenta huius sententiæ quàm plurima sint, nihilominùs quia pluta ex eis in hac disput. partim quæst. rr. ad aliud intentum proponentur, partim verò duabus præcedentibus quæstionibus adducta sunt, ideò solùm ea, quæ supersunt in præsenti quæstione, proponemus.

Probatur ergo primò, modus maioris radicationis tantùm potest consistere in maiori inhæsione qualitatis in subiecto; sed intensio non potest consistere in hac maiori inhæsione: ergo neque in maiori radicatione: maior est D. Thom. 2. 2. quæst. 24. vbi intensionem quam art. 5. in solutione ad tertium explicuerat per maiorem radicationem in subiecto, explicat artic. 5. in corp. & ad tertium per hoc, quod eadem qualitas magis insit subiecto; ac proinde hæc duo pro vno & eodem sumit: & deinde ratio etiam suadet: nam qualitatem radicari in subiecto, nihil est aliud, quàm illi inesse, vt primo fundamento, & radici sui esse, & consequenter magis radicari, erit magis inesse illi, vt primæ suæ radici.

Minor verò probatur: nam qualitas nun est semper intensa quantum potest, etiamsi insit subiecto, semotis omnibus impedimentis, vt quæstione præcedenti dicebamus: at semotis omnibus impedimentis semper inest quantum potest: quia sicut causa efficiens naturaliter agens, agit quantum potest, ita forma naturaliter inhærens subiecto, inest quantùm potest, si impedimenta remoueantur: ergo intensio illius non potest consistere in maiori inhæsione eiusdem in subiecto.

Secundò, quia aliàs cùm aqua calida vt tria, & frigida vt quinque, acquirit frigiditatem vt sex, tunc calor ille non solùm remitteretur vsque ad calorem vt duo, sed etiam penitus corrumperetur, & consequenter numquam aliqua qualitas haberet solùm remitti, sed eo ipso, quòd remittatur, semper corrumpetur: at hoc est apertè falsum, vt experientia constat: ergo, &c.

Sequela quoad secundam partem satis patebit ex probatione prioris: prior autem sic ostenditur: nam cùm modus ille minoris radicationis vt tria, quem habet calor in aqua, debeat (ne duo accidentia: solo numero etiam partiali distincta dentur simul in eadem parte subiecti) esse indiuisibilis, non potest petere secundùm aliquid sui, quin secundùm se totum pereat, vt ex se patet; ergo non poterit non perire ipsa qualitas caloris, cùm hæc nequeat permanere sine aliquo modo radicationis suæ in subiecto.

Confirmatur, nam pereunte illo modo maioris intensionis, seu radicationis in aqua non apparet agens, quod producat alium minoris adhuc radicationis, V. G. vt duo: ergo penitus corrumpetur ipse calor.

Consequentia patet ex modò dictis. Antecedens verò probatur, quia influxus ignis calefacientis aquam iam cessauit, vt supponimus, & aqua ipsa, quæ est agens contrarium, non potest producere alium modum radicationis vt duo (vt ex se constat) aër autem circumstans nequit etiam prædictum modum producere in aqua: nam ipsa quippe frigida vt sex resistet actiuitati aëris, qui multoties valdè exiguam vim ad calefaciendum habet: ergo cùm non appareat aliud agens, non potetit prædictus modus produci.

116 Tertiò, quia vel ille modus maioris radicationis, verbi gratia vt quinque, permanet quando aduenit modus radicationis vt sex, vel non: primum dici nequit, quia si illi modi distinguantur solùm numero, iam duo accidentia numericè tantùm distincta erunt in eadem parte subiecti: si verò differant specie, non poterunt terminare vnum, & eundem motum continuum, siquidem ad continuationem, & vnitatem motus, requiritur vnitas numerica termini, vt constat ex his, quæ latiùs 5. Phys. disp. 23. nu. 22. diximus.

Secundum autem dici non potest: tum, quia nequit reddi sufficiens ratio cur euanescat: tum etiam, quia cùm ignis, verbi gratia, ita elaborauerit in introductione prædicti modi vt quinque, non est verisimile quòd destruat illum per actionem calefactiuam, continuatam vsque ad calorem vt sex, per quam ipsum produxit: siquidem eadem met actio non est productiua, & corruptiua alicuius rei. Tum denique

denique quia quantitas minor non destruitur quoad suam entitatem per aduentum quantitatis maioris, sed solùm quoad terminationem illam minoritatis, seu tentiam alterius partis quantitatis, per quam fit maior: ergo similiter motus ille minoris radicationis non deperditur quoad suam entitatem modalem, per hoc quòd adueniat alius modus maioris radicationis, sed solùm quoad minoritatem, seu quoad priuationem alterius modi perfectioris, qui vnà cum ipso magis intendat qualitatem.

Quartò: nam vel modus iste maioris radicationis est indiuisibilis, vel diuisibilis: si indiuisibilis, ergo non poterit terminare saltim vt terminus formalis *quo* motum intensionis, quandoquidem ad terminandum motum successiuum requiritur in ipso termino latitudo, & diuisibilitas, ita vt parti motus correspondeat pars termini, & toti motui, tota latitudo termini: si verò est diuisibilis in plures partes, non possent non istæ distingui solo numero, nam ex modis, vel accidentibus diuersæ speciei, non potest resultare vnum & idem numero accidens, vel modus: ergo iam incidimus in inconueniens, quod vitare intenditur, scilicet, duo accidentia solo numero etiam partiali distincta esse in eadem parte subiecti: quod sic hoc in prædicto modo maioris radicationis repugnantiam non inuoluit, cur in ipsis qualitatibus eam inuolnet? Quæ argumenta adeo enervicetunt Franciscum Suarez, vt sentiat oppositam sententiam non esse probabilem.

§. II.

Animaduersiones valdè notandæ.

117 PRo huius quæstionis decisione oportet primò explicare, quid sit modus ille maioris radicationis in subiecto, vel maioris participationis eiusdem qualitatis ab eodem subiecto: hinc enim tota difficultas huius quæst. eiusque resolutio pendet. Vt autem hoc plenius capiatur, supponendum est primò, in qualitate esse inter alia quatuor ista, scilicet essentiam, existentiam, vnionem qualitatis cum subiecto, ac tandem modum istum maioris radicationis, seu participationis eiusdem formæ, qui quidem distinguitur, tam ab ipsa essentia qualitatis, & eius existentia, quàm ab vnione, seu inhærentia illius: tum quia eadem met qualitas permanet vnita in subiecto, etiamsi non permaneat modus intensionis, seu radicationis illius, V. G. vt quinque in subiecto: tum etiam, quia inhærentia correspondet in accidentibus modo essendi per se reperto in substantiis: vndè sicut substantiæ naturaliter loquendo, retinent quandiu durant, eundem modum existendi per se, ita qualitates, & quælibet alia accidentia retinent eandem inhærentiam, cùm tamen, quæ intensibilia sunt, non permaneant sub eodem modo radicationis in subiecto, vt ex se patet: tum denique quia id ex probatione minoris pro primo fundamento aduersariorum, & ex statim dicendis, magis constabit.

Secundò notandum est, modum istum maioris radicationis, seu maioris participationis, V. G. caloris addere supra ipsum, & eius vnionem, actualitatem quandam, non qualitercumque, sed maiorem intra propriam lineam, ratione cuius meliori, & perfectiori modo se habet, & ideò si per impossibile daremus calorem: qui præcisè intra lineam caloris esset actus purus, tunc in eo non distingueretur etiam virtualiter intensio à propria entitate ipsius, non secùs ac in ilia quasi intensio diuinæ misericordiæ non distinguitur etiam virtualiter ab illa ex eo, quòd talis intensio pertinet ad propriam eius lineam vnde prædictus calor hoc ipso quòd in ratione caloris sit magis iuxta quantitatem, & perfectionem prædicti mundi perfectus potest perfectiorem, & meliorem effectum præstare, qui tamen ita perfectus non poterat sine modo isto ab eo procedere: hoc autem est verum, siue loquamur de effectu, qui procedit ab illo, siue in genere causæ formalis, siue in genere causæ efficientis.

Et ratio est, nam causa formalis nisi creseat in propria entitate, vel in modo aliquo illius, ratione cuius intra propriam lineam magis perficiatur *vt quo*, nequit vnitri cum subiecto ad tribuendum perfectiorem effectum formalem iuxta eandem lineam: quia cùm forma caluet in genere causæ formalis per exhibitionem propriæ entitatis, propriæque perfectionis, nequit per se loquendo communicari, & vniri perfectiùs intra suam lineam, nisi intra eam secundùm propriam entitatem, aut modum illius ab eadem vnione distinctum habeat maiorem perfectionem, & actualitatem, sicut etiam principium agendi nequit, per se loquendo, in effectum perfectiorem intra propriam lineam prorumpere, nisi intra eam habeat modum essendi magis actualem, magisque perfectum.

118 Ex quo etiam satis intelligitur, in quo essentia prædicti modi intensionis, seu maioris radicationis consistat: nam sicut modus iste perficit calorem non solùm intra genus qualitatis, sed etiam intra propriam lineam caloris, quia est (vt sic loquamur) *ipsum magis*, ipsaque quantitas virtutis eiusdem caloris, quæ ad eandem lineam reducitur: ita eius essentia consistit in hoc, quòd tribuat calorem, vt intra lineam caloris, inuariata semper manente eius essentia, sit magis perfectus, ac proinde sit (vt sic dicamus) magis, ac magis calor, atque adeo possit tribuere sub ecto, quòd sit magis calidum, habeatque maiorem efficacitatem ad producendum magis calidum.

Quæ optimè dicunt Thomistæ, modum maioris radicationis, V. G. vt sex virtualiter continere, seu æquiualere totidem gradibus eiusdem caloris, vt per hoc denotent calorem, vt affecto prædicto modo non minus efficacitatis habere ad producendum calorem, ita intensum, ac si formaliter haberet totidem gradus caloris, seu formaliter excresceret per additionem plurium caloruin partialium in eadem parte subiecti (vt aduersarij contendunt) & propter hanc rationem aliquando vruntur nomine latitudinis gradualis, seu gradum qualitatis ad intensionem explicandam.

119 Tertiò notandum est, quod licet quidditas huiusmodi sit ea, quam iam explicuimus, nihilominùs D. Th. & discipuli eius variè illum circumloquuntur, vt ita eius natura meliùs capiatur: vndè S. Doct. 2. 2. quæst. 24. & in 1. dist. 17. quæst. 2. art. 2. ad 3. Illum explicat per hoc quòd subiectum magis subdatur qualitati, ac proinde qualitas ipsa (vt loco citato ex 1. sent. art. 1. docet.) habet maiorem victoriam super illud; sed reuerà hoc coincidit cum his quæ nuper diximus: nam potentia subiecti (vt ibidem inquit S. Doct.) ad multa se habet, & semel habita ab agente vna forma seu qualitate intensibili sub esse imperfecto & remisso, est in potentia ad habendam illam sub esse perfecto, & magis intenso, in qua potentialitate libera, vel absolutè ab ipsa qualitate, vel saltim ab esse perfecto illius consistit eius (vt sic dicamus) exemptio, tam ab actuatate agentis quàm à formis, seu qualitatibus ab illo introducendis.

Vndè, sicut agens introducendo qualitatem tollit in genere causæ efficientis à subiecto hanc

potentialitatem, ac proinde illud sibi actiuè subiicit, & quo eandem qualitatem sub esse magis perfecto inducit, eo magis prædictam potentialitatem aufert & subiectum sibi magis subditum, maioremque ab illo, victoriam reportando relinquit: ita qualitas inducta, quò est magis perfecta, & intensa tatione modi iam explicati, eo sibi magis in genere causæ formalis subiicit subiectum, maioremque victoriam ab illo adipiscitur: quia in hoc genere illud magis possidet, & ita perfectiùs explendo, & determinando eius potentialitatem, tollit ab eo illam (vt sic dicamus) exemptionem, quam in ratione subiecti præcisè sumpti habebat.

120 Vndè in eodem redit, calorem, verbi gratia, habere ex vi prædicti modi maius incrementum iam dictum in ratione caloris, & subdere sibi magis subiectum, maioremque victoriam ab illo reportare; quandoquidem non nisi ratione prædicti incrementi, & modi maioris actualitatis illud sibi magis subdit, & vincit.

Deindè in prima sententia, vbi suprà explicat hanc eandem intensionem, *Per hoc, quòd subiectum magis, ac magis terminatur actu illo, seu qualitate*, & 1. 2. quæst. 52. art. 2. & loco citato, ex 2. 2. *Per hoc, quod subiectum magis, vel minùs perfectè participet vnam, & eandem formam.* In quæst. verò de virtutibus art. 1. *Per hoc; quòd subiectum reddatur magis in actu ipsius qualitatis.* In primo autem sententiarum vbi suprà: *Per hoc, quod eadem qualitas semel educta, educatur de imperfecto ad perfectum.* Et quæstione citata ex secunda secundæ, art. 4 in solut. ad tertium: *Per hoc, quòd qualitas magis infis in subiecto, magisque illi radicetur.* Et in quarto dist. 17. quæst. 1. art. 4. quæstiuncula 3. & in prima secundæ quæst. 22. art. 2. ad primum: *Per hoc, quòd eadem qualitas magis accedat ad suam causam.* Et ita secunda secundæ quæst. citata art. 5. ad tertium, alt; *Et hoc est, quod facit Deus charitatem augendo scilicet: quòd magis insit, & quòd perfectius Spiritus sanctus participetur.*

121 Sed teuerà hæc omnia ibidem coincidunt: nam hoc ipso, quod qualitas habeat illam maiorem actualitatem tatione prædicti modi qua magis sibi subiciat subiectum, quod se habebat ad multa, eo ipso (vt loco citato explicat S. Doct.) talis qualitas tatione illius modi magis terminat potentialitatem, & (vt sic dicamus) exemptionem illam subiecti, quia eo ipso magis eam determinat. Accedit, quòd eùm terminatio rei sit tantitas eius, & modus iste, verbi gratia, vt sex, quippè æquiualentet continens modo explicato sex gradus caloris, dicat tantitatem perfectionis, & incrementi caloris, & quantitatis virtutis illius, consequens est, vt per illum qualitas terminetur vt *qua* & subiectum eius vt *quod*, & ideò meti ò prædictus modus intensionis, nomine terminandi insignitur.

Et similitet, quia qualitas tatione prædicti modi est in se perfectior, (vt explicatum est) ideò perfectiùs se subiecto communicat, perfectiúsque ab illo participatur, & ita subiectum tadicatur magis in actu illius, ac proinde qualitas ipsa magis educitur de potentia eiusdem subiecti: quia illamet, quæ ante prædictum modum, tantùm erat educta de potentia illius, quoad entitatem, & modum imperfectum, atque adeò non tutaliter; educitur magis ratione modi perfectioris, & maioris actualitatis, quam denuò acquirit: & consequentet magis inest subiecto, magisque illi radicatur; quandoquidem ante prædictum modum maioris radicationis, solùm inhærebat, solúmque communicabatur, & erat radicata in subiecto, secundùm propriam essentiam, & modum illum minoris perfectionis: at adueniente modo perfectiori ineft magis, magisque radicatur, quia ineft, & radicatur secundùm modum excellentiorem, & virtute, seu æquiualenter continente plures gradus caloris, seu plures calores partiales, si ibidem esse possent.

Et tandem hoc ipso, quòd qualitas habeat omnia prædicta, erit magis simulis suæ causæ, quia licèt intensio consistat formaliter in modo prædicto, nihilominùs regulatiuè attenditur, penes maiorem similitudinem cum sua causa, & accessum ad illam: & ideò idem Diu. Thom. loco citato ex 1. sentent. art. 2. docet, intensionem qualitatis desumi ex accessu ad suum terminum, quia ex maioti, vel minori propinquitate ad vltimum quasi gradum connaturalem eidem qualitati, potest maior, vel minor intensio eius regulari.

Quæ omnia fusè explicauimus: tum vt profundum sensum verborum Diu. Th. enuclearemus: tum etiam, quia ex his natura intensionis, aliàs cognitu difficilis, non parum maoet explicata: tum denique quia plures non parum doctrinæ Angel. Doct. ideò studiosi, aliam quoad hoc viam inuitt artipiunt, quia non satis eiusdem S. Præceptoris mentem, & verborum eius sensum capiunt.

§. III.

Ex mente Arist. & D. Th. difficultatis nodus expeditur.

122 His ergo prænotatis dicendum est, intensionem qualitatum fieri per additionem modi maioris radicationis hactenus explicati: hæc est Atistot. loco citato quæst. præcedenti, vt ex statim dicendis magis patebit; eandem docet Diu. Th. locis in præcedenti §. citatis, & ferè omnes Doctores pro nostra assertione quæstione præcedenti adducti.

Vtimur autem in assertione potius nomine maioris radicationis, quàm aliis, quorum §. præcedenti mentionem fecimus, quæque in idem cum his coincidunt, vt ibidem ostendimus: tum quia Diu. Tho. sæpè eo vtitur: tum etiam, quia est valdè accommodatum ad rem hanc explicandam: eam sicut essentia caloris, V. G. optimè explicatur per suum obiectum, & modum essendi in eo, ita maior perfectio ipsius in ratione caloris valdè accommodatè exponitur per maiorem radicationem in eodem subiecto.

Probatur primò ratione, quam innuunt Arist. citatis & Diu. Thom. locis citatis: nam intensio qualitatum solùm potest fieri, vel per destructionem præexistentis, & imperfectioris qualitatis; & productionem alterius perfectioris, vel per depuiationem eiusdem qualitatis à suo contrario, vel additionem gradus ad gradum, vel tandem per maiorem radicationem in subiecto: at non fit aliquo ex istis priorib. modis, vt duabus quæst. præcedentibus iam ostendimus: ergo fieri hoc posteriori, scilicet per maiorem radicationem in subiecto.

Confirmatur: nam calor, verbi gratia, solùm potest intendere per additionem alicuius entitatis, aut modi ipsius, per quem reddatur actualior, & constituens magis calidum: at non per additionem alicuius entitatis: ergo per additionem alicuius modi tribuentis effectus prædictos. Minor patet: nam entitas illa, si est numero distincta ab entitate caloris præexistentis, non potest esse in eodem subiecto vnà cum illa: si verò specie differat, non poterit perficere, & intendere calorem in ratione caloris, sed perficiet illum in ratione propria quam talis entitas addita

addita ex se affert, secus tamen modus, cuius totum suom esse est propter entitatem, quam perficit, quippe est modus pertinens ad aliquam caloris in ratione calotis ex eo, quod licet non sit calor, est tamen ipsum magis caloris & ita licèt non possit tribuere esse calidum absolutè, potest tamen vnà cum calore tribuere esse magis calidum.

123 Secundò, probatur assertio ratione eiusdem S. Doct. 2. 2. quæst. 74. art. 5. & alibi, quæ potest sub hac forma proponi. Sicut augmentum extensiuum qualitatis, verbi gratia, scientiæ arrenditur penes comparationem eiusdem ad obiectum, & maiorem accessum ad illud (vt infrà q. 9. ex eodem D. Thom. ostendemus) ita augmentum intensiuum illius attenditur etiam suo modo penes comparationem ad subiectum: nam extensio respicit plures partes obiectiuas, vt patet in Philosophia & Metaphysica: intensio verò eandem partem subiecti: ergo sicut qualitas, V.G habitus Metaphysicæ, eò magis extenditur, quo magis ac magis ad suum obiectum accedit, plurea de illo veritates cognoscendo: ita magis ac magis intenderur per hoc, quòd magis ac magis ad suum subiectum accedat: cumque hic accessus consistat in maiori adhæsione, seu radicatione in illo, sicut & accessus absolutè sumptus in adhæsione, seu radicatione absolutè considerata, sit inde, vt prædicta intensio in maiori radicatione debeat consistere.

§. IV.

Soluuntur fundamenta primæ sententiæ.

AD primum ergo respondetur, tam qualitatem secundum suam entitatem consideratam, quàm modum istum maioris actualitatis ipsius iudigere sua peculiari vnione, & vinculo, quo vniantur eum subiecto: tom propter ea, quæ in hac eadem quæstione num. 117. dicebamus: tum etiam, quia iuxta dicta num. 111. probabile est in sententia Thomistarum calorem, verbi gratia, vnà cum sua intensione posse separari à subiecto: si autem modus intensionis esset actuale vinculum magis perfectum caloris com subiecto, nequiret ab eo separari.

Vude ad formà augmenti neganda est maior, si intelligatur de maiori vnione, seu vinculo actuali eiusdem qualitatis, non verò de maiori, & perfectiori vi ad informandum, & radicandum se in subiecto, quamuis ob rationem num. 112. adductam probabilius sit, prædictam vim non posse separari ab actuali vinculo sui cum subiecto.

124 Nec contra hoc habet vim, tam probatio ex Diu. Th. adducta, vt potè solum conuincens id, quod modò dicebamus, quàm probatio ex ratione petita: nam qualitatem radicari in subiecto, potest sumi dupliciter: primò latè prout denotat entitatem qualitatis, secundùm quod habet aptitudinem ad inhærendum subiecto, tanquam primæ radici proprij esse, vel prout dicit actualem inhærentiam, seu vinculum sui cum illo: secundò strictè, secundùm quod dicit modum maioris actualitatis superadditum qualitati, per quem habet vim ad magis actuandum subiectum: nam radicabilitas strictè sumpta, de qua præsenti, præsupponit vim ad inhærendum, & denotat maiorem vim, seu virtutem ad talem inhæsionem. In præsenti ergo non loquimur de radicatione in priori acceptione considerata, sed in posteriori: vnde negandum est antecedens prædictæ probationis, quia sicut radicari propriè, & atctè sumptum, de quo in præsenti, non denotat actuale vinculum correspondens entitati formæ, sed maiorem actualitatem, & vim superadditam ad perfectiùs actuandum illud: ita maior radicatio in hac acceptione denotabit maiorem superadditionem maioris actualitatis, & modi perfectioris, ratione cuius possit magis ac magis prædictum subiectum actuare.

Ad secundum negauda est sequela, quoad vtramque illius partem, & ad probationem contra priorem, ex qua probatio posterioris partis pendet; concedendum est antecedens, & negauda consequentia; & ad eius probationem dicendum est, qualitatem illam non permanere absque aliquo modo radicationis sui in subiecto: nam peteunte illo modo caloris vt tria, aduenit alius, quo aqua illa fit minùs calida proportionatè ad maiorem frigiditatem, quam recuperat: vnde cum ipsa perueniat ad frigiditatem, vt sex habet alium modum distinctum à radicatione caloris, vt tria, qui sit radicationis, vt duo.

Ad confirmationem negandum est antecedens, ad cuius probationem dicendum est quod licèt influxus ignis, quo calefacta est illa aquà, non maneat tunc in se formaliter, manet tamen in suà virtute, scilicet in calore per illum producto, & ita modus remissus radicationis eiusdem calotis, vt duo, fit ex vi præcedentis calefactionis, & resultat per naturalem emanationem à calore ibidem remanente: non secus proportione tamen seruata, ac frigiditas eiusdem aquæ, quæ quoad minorem radicationem recuperatur, fit ex vi actionis generatiuæ aquæ virtualiter manentis, & resultat per naturalem emanationem ab eadem aqua, vt in lib. Phys. disput. 10 n. 102. & deinceps diximus.

Nec obstat si obiicias, quòd calor ille non habet maiorem connexionem cum hoc modo radicationis, vt duo, quàm cum alio; ergo prædictus modus non fier per naturalem dimanationem ab eodem calore. Pater consequentia, quia quod fit per naturalem dimanationem ab alio, habet peculiarem nexum cum illo.

125. Non ita hoc obstat, negandum est eulm antecedens, quia cùm in illa aqua non introducatur frigiditas, nisi quoad intensionem vt sex, nequit petire calor, secundùm suam entitatem, quippe qui non est incompossibilis cum frigiditate vt sex: cúmque calori remanenti in aqua debeatur in instanti generationis aliquis modus radicationis, quicumque ille sit, oportet vt cum aliquo modo habeat suam naturalem connexionem, cúmque non posset habere cæteros alios modos radicationis, præter modum radicationis vt duo, quia est impossibile aquam esse frigidam solùm vt sex, & habere maiorem aut minorem calorem quàm vt duo, ex eo quòd quantum deest illi de intensione frigiditatis, quæ solùm poterat esse vt octo, tantum, & non magis, aut minus potest habere de calore. Consequens, vt in eo euentu habeat maiorem connexionem cum modo radicationis, vt duo, quàm eum cæteris alijs, & ita ex vi horum manet determinata actio præcedens virtualiter ibidem (iuxta dicta 2. Phys. disp. 10. num. 114. & deinceps) perseuerans, necnon & resultantia præsens ad hoc, vt potiùs resultet iste modus radicationis vt duo quàm alius.

Sed circa hæc videantur ea, quæ 2. Phys. disp. 10. n. 112. diximus notando tamen, quod dum ibidem asseruimus per infrigidationem aquæ ealidæ recuperari frigiditatem, non loquebamur de illa secundùm suam entitatem sed vt magis radicatam, & ideo indiscriminatim de frigiditate, & intensione eius loquuti sumus ibidem.

126 Ad tertium, eligenda est secunda pars illius dis-

lemmatis, scilicet quod adueniente vno modo maioris radicationis, desinit esse alius minoris, qui antea præexistebat, non quidem ex eo quod solo numero distinguantur: nam virtualis, & eminentialis illa continentia, qua modi magis perfecti, vt verbi gratia calor, vt octo, continet alios minùs perfectos, aiunt maiorem distinctionem, siquidem vnum individuum non solet ita virtutali, & eminenti modo continere alios eiusdem speciei, sed ob rationem modò insinuatam, scilicet quia vnus eorum nempè modus perfectior continet virtualiter, & eminenter alios inferiotis rationis.

Vndè, ad primam probationem negandum est antecedens: nam sicut adueniente forma substantiali perfectiori, & eminentet continente aliam, eo ipso destruitur præexistens, quippe superflua, ex eo quòd forma illa perfectior, & eminens potest tribuere id, quod præexistens tribuebat, vt constat in forma embrionis tribuente esse vegetatiuum, quæ ob hanc rationem interit alias perit hoc ipso quòd adueniat forma animalis, vel hominis eminenter continens tam esse vegetatiuum quàm sensitiuum, vt suprà dispur. 2 num. 49. diximus: ita adueniente modo maioris intensionis, verbi gratia vt sex, debet perire modus minoris, quippè qui virtualiter, & eminenter continetur in modo perfectioti.

127 Ad secundam verò probationem dicendum est, nihil obesse, quòd natura multum elaborauerit in productione modi radicationis minùs perfecti, quominùs prædictus modus pereat adueniente alio perfectiori, sicut nihil obest hæc eadem, imò & maior elaboratio in productione embrionis, & organizatione corporis media alia forma substantiali, & dispositionibus accidentalibus præeedentibus formam hominis ad hoc, vt prædicta organizatio pereat adueniente anima rationali, & eius dispositionibus, ex eo quòd hoc ipsum melioti modo ab eadem anima, & eidem materiæ præstatur, quia vtrobique procedit ratio iam dicta.

Ad illud autem, quod in eadem probatione additur, scilicet vtumque modum maioris, & minotis radicationis produci per eandem actionem, ac proindè non posse aliquam ex illis per eam destrui, dicendum est, id non obstare, quia producuntur per diuersas partes eiusdem motus, atque adeo simul cum illis possunt fluere, quod tamen ob specialem rationem prædictorum modorum nuper explicatam, non tollit vnitatem eiusdem termini totalis talis motus, vt quæstione sequenti numero 136. magis ostendimus.

Ad tertiam autem probationem fatemur, entitatem quantitatis, quæ denominatur minor, non perire secundùm se adueniente maioritate eiusdem quantitatis, sed solùm quoad formalitatem minotitatis; negamus tamen inde sequi modum minoris radicationis non perire quoad suam entitatem modalem per aduentum alterius perfectiotis, quoniam modus maiotis radicationis quippè indiuisibilis, & eminens, continens virtualiter eminenter modum imperfectiotem, ac proinde, iste debet perire quoad suam entitatem adueniente illo, vt iam ostendimus. Cæterùm quantitas continet formaliter quantitatem minotem, vt partem sui, quia coalescit tanquam ex partibus ex entitate quantitatis, aliàs minoris ibidem præexistentis, & ex alia, quæ denuò aduenit: & ita neutra pars debet quoad suam entitatem perire.

Ad quartum, quod magnam præ se fert difficultatem, constabit ex his, quæ sequenti quæst. num. 240. & deinceps dicemus.

QVÆSTIO X.

Vtrùm motus alterationis sit continuus.

128 Decisio huius quæstionis ex his, quæ circa modum, quo intenduntur, & remittuntur qualitates, diximus, valde pendet, & ideò quousque hoc discutcietur, præsens quæstio exactè tesolui non potetat; illo tamen iam expleato, ad huius discussionem meritò accedimus. Nomine autem altetationis non intelligimus solùm alterationem, piove constituit primam speciem subalternam condistinctam ab intensione, & remissione, de qua supra quæst. 2. huius dispur. egimus; sed quemuis motum alterationis, siue ille sit intensionis, siue remissionis, siue tandem alterationis, piove constituit primam speciem iam dictam.

§. I.

Adducitur prior sententia.

PRima sententia assetit, motum alterationis iam explicatum esse successiuum, non tamen continuum: quia licet non fiat in vnico instanti, non tamen fit in tempore continuo, sed in aliquo instanti producitur minimus gradus caloris, & in tempore immediatè sequenti quiescit calefactiuum à calefactione, & calefactibile à receptione caloris, & in instanti sequenti producitur alius minimus gradus calotis, seu minimus altus modus intensionis illius, & sic de allis, ac proinde totus ille motus intensionis solùm coalescit ex pluribus mutationibus indiuisibilibus, & discretis. Ita Capicol. in 5. dist. 7. quæst. 2. art. 2. Soncinas 8. Metaph. quæst. 22. Iabellus, & Ferrara 8. Physic. quæst. 7.

129 Probatur primò testimonio Aristot. 8. Physic. text. 25. vbi ait: *Dicere alterationem fieri continuè est aduersari valde manifestis*, Et lib. 6. text 58. vniuersaliter docet motus, qui versantur inter terminos contrarios non posse continuari; quare cùm quiuis motus proptiè dictus debeat versari inter terminos contrarios, vt asserit idem Philos. 5: Physte. in principio, fit inde, vt motus alterationis participans veram rationem motus, non possit esse cuntinuus.

Confirmatur ex D. Thom. 8. Physic. lect. 5. 2. contta Gentes cap. 49. & in 1. distinct. 8. q. 3. art. 3. ad 3. vbi inquit: *Sicut Commentator probat in 8. Physicor. nullus alius motus est simpliciter continuus nisi motus localis.*

Deinde ratione probatur eadem sententia: nam ad continuationem motus tequititur vnitas numerica termini: sed in termino motus non reperiui talis vnitas: ergo neque in motu ei correspondente continuitas. Maior patet ex his, quæ 5. Physic. disp. 23. num. 22. diximus: nam idem est motum esse continuum, & esse vnum numero: vnitas autem numerica motus sumitur inter alia ab vnitate numerica sui termini: minor verò constat ex dictis num. 126. nam terminus motus intensionis coalescit ex diuersis illis modis maioris, & maioris radicationis; ac hi distinguuntur specie, vt loco citato diximus: ergo neqneunt constituere vnum & eundem terminum totalem secundùm numerum. Patet consequentia, quia ex accidentibus diuersæ speciei neqnit vnum numero accidens tesultare.

130 Secundò tepugnat motum continuati quia terminus illius sit per se vnus; sed terminus intensionis

nequit

nequit hoc modo esse vnus: ergo neque ipsa intensio potest esse continua. Maior ex se constare videtur, nam sicut ad motum requiritur latitudo termini, ita etiam ad vnum, & eundem motum continuum latitudo per se vna eiusdem termini. Minor verò probatur: nam siue isti modi, quia terminant intensionem, distinguantur specie, vel tantùm numero, sunt talis naturæ vt aduenienti modo perfectiori desinat modus imperfectior: ergo modi isti non possunt inter se aliquo modo vniti ad constituendum vnum per se terminum totalem.

Consequentia patet: nam licet res successiuæ possint componi ex parte præterita, quæ iam non est, & ex futura, quæ nondum est, sed erit: & ita habere continuitatem successiuam, non tamen res permanens, qualis debet esse terminus cuiuscumque motus, quandoquidem hoc ipso, quòd permanens compositaque debet componi ex partibus permanentibus, secundùm illas esse permanenter, sicut res successiua ex partibus successiuis, & secundùm illas habet proportionatam continuitatem.

Tertiò: nam aliàs in fine motus intensionis durantis per dimidiam horam, V.G. produceretur qualitas infinitè intensa; hoc autem est contra euidentem experientiam: ergo, &c. Probatur sequela; nam si toto illo tempore continuo produceitur maior & maior calor, fiet inde, quòd cùm in illo sint infinitæ partes, producantor etiam infinitæ partes eiusdem caloris, vel maior & maior radicatio ipsius vsque in infinitum, & per consequens infinitus calor secundùm intensionem.

Vltimò, potissima autem ratio ad hanc sententiam suadendam est illa, quam vltimo loco quæstione præcedenti pro priori sententia adduximus, scilicet modum intensionis, seu maioris radicationis in subiecto, esse formaliter indiuisibilem, ac proinde non posse terminare motum, ex eo quòd ad illum terminandum requiritur latitudo, & diuisibilitas in termino, ita vt parti motus correspondeat pars termini, & indiuisibili continuatiuo motus indiuisibili termini.

Nec refert, si dicas prædictum modum habere virtualem latitudinem, quamuis formaliter sit indiuisibilis, & hoc sufficere ad terminandum motum.

Nam contra hoc est, tum, quòd alioqui sicut qualitas ipsa secundùm se, & præcisè sumpta non habet latitudinem intensiuam, ex eo quòd est indiuisibilis, ita nec cum prædicto modo: tum etiam, quia quælibet pars motus continui quantumuis minima, est diuisibilis in plures medietates priores, & posteriores; quandoquidem quæuis pars prædicti motus est motus: ergo debet illi correspondere terminus; qui secundùm aliquid sui fiat per medietates anteriores motus, & secundum aliquid sui per posteriores, alioqui partes istæ posteriores, non obstante quòd sint vetùm fieri, nihil producerent: ergo id, quod terminat partem illam motus, quæ est inter duo mutata esse, quæque est diuisibilis in plures medietates, non poterit esse aliquid formaliter indiuisibile, quantumuis in se habeat latitudinem virtualem.

Patet consequentia: nam id, quod est formaliter indiuisibile, eo ipso quòd producatur secundùm aliquid sui, produceitur secundùm se totum, & ita nihil restabit ipsius, quòd per posteriores medietates illius partis motus produeatur: quia indiuisibile aut secundùm se totum aut secundùm nihil producitur: & ideò anima nostra, licet sit virtualiter, & eminenter diuisibilis, nihilominùs hoc ipso, quòd producatur, non potest non vel secundùm se totam, vel secundùm nihil sui attingi.

Colleg. Compl. Physic.

131 Confirmatur primò: nam vel per priorem medietatem illius partis, quantumuis minimæ, producitur modus ille indiuisibilis totus, & totaliter, vel attingitur totus, non tamen totaliter. Si primum, quid ergo restabit posteriori medietati producendum, quia producta aliqua re tota, & totaliter nequit nullo modo produci. Si secundum: vel ergo per hoc quod producatur totaliter, additur ei aliquid, vel nihil. Si aliquid, ergo non erit formaliter indiuisibilis, & simplex, sed diuisibilis, & compositus. Si nihil, quomodo valebit terminare posteriorem medietatem illius fieri, siquidem per quodlibet fieri debet aliquid denuo produci, & superaddi?

Confirmatur secundò: nam calor vt octo est virtualiter diuisibilis continens æquiualenter totidem caloris gradus, & nihilominùs fit in instanti, & permutatum esse terminatiuum motus, ac propterea eò acquisito non procedit vltra calefactio: ergo quòd modus radicationis sit virtualiter diuisibilis, non sufficit ad hòc, vt possit fieri per motum continuum, sed inde ad summum fiet, quòd diuersi illi modi radicationis produeuntur per distinctas, & discretas mutationes instantaneas.

§. II.

Vera sententia Arist. & D Thom. eligitur & explicatur.

132 Dicendum est tamen, motum intensionis, vel alterationis propriè dictum esse motum continuum. Ita Bañez in hoc lib. c. 4 quæst. 6. Masius; Soto Onna lib. 5. Phys. Suarez 2. Metaph. disp. 46. sect. 3. num. 9. Fonseca 5. Metaph. Rubio in præsenti, cap. 4. tract. 3. quæst. 1. & alij quam plures tam ex Iuniotibus Thomistis, quàm ex aliis.

Probatur primò testimonio Arist. 5. Phys. vbi postquam text. 18. docuit res tantùm esse species motus propriè sumpti, scilicet alterationem, augmentum; & lationem, deinde text. 39. sic inquit. *Cum autem vnius motus cōtinuus sit, si omnis est diuisibilis, nam qui simpliciter vnus est, & continuum esse necesse est, & si continuus est, vnus est.* Quem locum sic explicat ibidem D. Thom. 7: *Cum enim multipliciter dicatur vnum simpliciter vno modo sicut aliquod indiuisibile est vnum, alio modo sicut continuum est vnum, motus non potest dici vnus simpliciter sicut indiuisibile, quia nullus motus indiuisibilis est. Vndè relinquitur, quod hoc modo dicatur vnus, sicut continuus, & quòd hoc sit motui esse vnum simpliciter, quòd est ei esse continuū, & ipsa continuitas motus sufficiat ad eius vnitatem.* Quod etiam docet idem Philos. text. 23. & 31. & Doct. Angel. lect. 5. & 6.

Confirmatur ex D. Th. in hoc lib. text. 84. lect. 24. vbi inquit: *Motus continuus non est nisi in tribus generibus, scilicet quantitate, qualitate, & vbi* &c. in 2. d. 5. quæst. 2. artic. 1. his verbis: *Quia alteratio est motus continuus, idem principium alterationis, & medium, quæ materia disponitur ad formam substantialem, tempore præcedunt introductionem formæ substantialis.* Idem etiam docet 2. q. 24. art. 2.

133 Potissima autem ratio huius assertionis sumitur ex his, quæ diximus tum in 5. Physic. disp. 21. n. 12. & deinceps, vbi ratione ex Aristot. & Diuo Thom. ostendimus non posse motum esse vnum numero, quin sit continuus; tum etiam in 4. & 6. Physic. vbi sæpiùs inculcauimus motum, & tempus constare infinitis partibus præteritis, & futuris, easque vnirl; & continuari per sua indiuisibilia proportionata, & solum existere ratione illorum, ac tandem motum non posse incipere intrin-

seeè in instanti, & per primum sui esse, sed solùm extrinsecè, & per vltimum non esse, atque adeo in tempore.

134 Et deinde potest probari ratione desumpta ex communi axiomate ab Arist. & D. Thom. sæpè repetito, scilicet agens naturale debi-e applicatum passo capaci, & non impedito, agere in illud: nam ignis, exempli gratia, potest per aliquod tempus continuum esse approximatum alicui passo habenti aliquid frigiditatis: ergo potest per aliquod tempus continuum, & consequenter per continuam alterationem illud calefacere, & frigiditatem ab illo expellere. Antecedens ex se constat, consequentia verò ex prædicto axiomate apertè sequitur maximè, quia sicut ignis ex eo quòd in aliquo instanti est approximatus passo, potest in eo minimum calorem iuxta oppositam sententiam producere: ita quia per illud tempus continuum est etiam approximatum eum debitis conditionibus eidem passo, poterit absque intermissione, & continuò in tempore illo prædictum passum alterare, & calefacere.

Nec refert, si cum aduersariis dicas, ignem tempore illo sequenti ad instans, in quo produxit minimum calorem, vetè agere, non tamen producendo calorem, sed disponendo passum per raritatem ad hoc, vt in instanti sequenti produceat aliud minimum caloris, & sic de aliis.

Non itaque hoc refert, quia adhuc admissa hac solutione, remanet ratio facta in sua vi, quandoquidem raritas est qualitas quædam, vt & aduersarij admittunt, & nos disp 7. n 26. & deinceps ostendemus habetque suum contrarium, scilicet densitatem: & ita toto illo tempore potest motus ille alterationis introductiuus raritatis continuari.

§. III.

Diluuntur argumenta prioris sententiæ præter vltimum.

135 AD primum ex variis testimoniis desumptum respondetur eum Bañez, & aliis, duplicitèr posse motum alterationis dici continuum: vel quia nunquam cessat, quo pacto motus cœli habet continuitatem, & illam vsque ad finem mundi habebit: vel quia licet aliquando interrumpatur, & mobile maneat sine illo, nihilominùs quandiu est, habet suam continuitatem, verbi gratia, per horam: quate eum D. Tho. & Arist. negant motui alterationis continuitatem loquuntur de continuitate priori modo, non verò posteriori modo sumpta, vt contextum S. Doctoris intuenti patebit. Sed citra hæc testimonia videantur ea, quæ infra disput 9. num. 4. dicemus.

136 Ad primam verò rationem concedenda est maior, & neganda minor, ad cuius probationem concessa etiam maiori debet distingui minor, & concedi, si intelligatur de his modis maioris & minoris radicationis materialiter, & in esse entis considerati, & negati si intelligatur de eisdem formaliter, & in esse termini sumptis & deinde neganda est consequentia: nam licet ex modis distinctis speciei modali in esse entia, non possit in hoc ordine, scilicet in esse entis, resultare vnus, & idem numero modus: attamen ex modis solo numero partiali, in esse termini distinctis potest vnus, & idem numero terminus totalis coalescere. Itaque calor, verbi gratia, vt tria vel quatuor in esse entis distinguuntur ipecie, vt supra num. 126. dictum est: in esse verò termini, quia solùm per se intenduntur per motum intensionis, quatenus habent rationem maioris radicationis, & magis accedunt ad maiorem illam radicationem, quam per se & naturaliter natura intendit ac proinde, vt sunt media per se ordinata ad hunc finem (in qua ratione omnes prædicti modi conueniunt) ideo in hoc ordine solùm distinguuntur numericè, & non vtcumque, sed partialiter ex eo, quod ordinantur ad vnum aliquem terminum totalem constituendum, vt statim dicemus.

137 Potestque hoc explicari ex his, quæ 5. Phys. disp. 23. num. 19. diximus, scilicet motum ab albo in nigrum per cæruleum, & per fuscum esse eiusdem speciei, quia non inspiciatur color cæruleus, aut fuscus, quatenus materialiter, & in esse entis distinguuntur, sed quatenus sunt participationes quædam nigri, & ad aliud tendunt.

138 Ex quo ad secundam respondetur satis esse ad terminum vnius, & eiusdem motus, quòd terminus totalis sit per se vnus in ratione termini; hoc autem modo terminus totalis intensionis habet suam vnitatem: vnde concessa maiori, neganda est minor, & ad probationem in contrarium, concesso antecedenti, neganda est consequentia. Ad cuius probationem dicendum est, pugnare eum natura modi, & termini permanentis, quòd componatur ex partibus secundùm suam substantiam successiuis, non tamen quòd in esse termini totalis successiuè acquisibilis constituti, componatur ex pluribus, & diuersis modis, qui secundùm suam substantiam sint de genere permanentium, quamuis quoad modum fluendi & refluendi, nonnihil participentur tes successiuas, maximè quando talis terminus totalis coalescit ex pluribus & diuersis, quorum quilibet denuo aduenies continet virtualiter eminenter totam perfectionem præcedentis, vt in præsenti contigit: quia tunc solùm possunt pertinere ad vnum, & eundem terminum totalem, quatenus habent inter se prædictum ordinem non tamen quatenus omnes illi simul permanent, vt ostensum est.

139 Et explicari potest hoc ipsum ex his, quæ 5. Phys. disput. 23. num. 28. & 29. asseruimus. Nam sicut vbicationes terminantes motum localem possunt considerari, vel in esse entis, & diuisiuè sumptæ, vel in esse pertransibilium, seu, quod idem est, in esse termini totalis successiuè acquisibilis per motum: & secundùm priorem considerationem quælibet habet suam latitudinem correspondentem loco, quem replet locatum, necnon & suam permanentiam: & ita posset mobile sistere in acquisitione illius: at verò secundùm posteriorem, omnes illæ vbicationes, & præsentiæ constituunt vnam & eandem præsentiam totalem, quatenus vna post alias immediatè acquisibilis est, & habent hunc ordinem inter se, vel, vt alij volunt (de quo alibi) vniuntur ratione cuiusdam indiuisibilis præsentiæ correspondentia mutatis esse eiusdem motus.

Ita modi maioris radicationis considerati in esse entis, & diuisiuè habent suam peculiarem latitudinem iam explicatam, suamque proportionatam permanentiam; ratione cuius quilibet habet totum suum esse simul. Si verò considerentur in esse (vt sic dicamus) pertransibilium, seu in esse termini totalis successiuè acquisibilis per motum, omnes illi constituunt terminum totalem habentem suam vnitatem numericam in esse termini, quatenùs vniuntur inter se ratione huius immediatæ acquisibilitatis vnius post alium, per se ab eisdem importatæ, vt motum illum continuum terminant.

Ad tertium patet ex his, quæ 6. Physic. disp. 25. numer 43. & deinceps diximus.

§. IV.

§. IV.

Occurritur vltimo argumento prioris sententiæ.

140 AD vltimom benè respondetur ibidem satis esse virtualem illam diuisibilitatem in quocumque ex his modis, & quod ex omoibus illis vnus & idem terminus totalis tam explicatus coalescat ad hoc vt possint terminare motum: quia cum virtualis latitudo eniusuis modi æquiualeat latitudini formali, si ibi esset, potesit præstare id, quod latitudo formalis (si ibi esset) præstaret. Vnde anima nostra, quia licèt formaliter indiuisibilis, habet tamen virtualem diuisibilitatem, potest informare corpus extensum, & diuisibile.

Et ad primam probationem contra solutionem ibi datam dicendum est, esse disparem rationem inter qualitatem ipsam secundum se, sine modo ei superaddito, & inter modum maioris intensionis: nam illa sic considerata præscindit à quantitate virtutis, & à magis & minus, & consequenter à latitudine virtuali; at modus ipse maioris radicationis est ipsa quantitas virtutis, & ipsum magis & minus qualitatis: & ita qualitas vt exactuata habet latitudinem virtualem, & intensiuam, secùs verò sine illo.

141 Ad secundam vero probationem, quæ satis difficultatis habet, vt respondeamus, notandum est, quòd licèt quæuis pars motus sit diuisibilis in medietates priores, & posteriores, & sic in infinitũ, nihilominùs vt 6 Physic. disp. 25. num. 60. diximus, facta quauis diuisione semper debet dari aliquid indeterminatum, quod inadæquatè, seu secundum aliquid sui sit indeterminato, & confuso modo primum, & immediatum indiuisibile, seu mutatum esse motus, quodque pro materiali subtracto sit vltetius diuisibile, quamuis vt stat sub conceptu primitatis iam dictæ, sit formaliter indiuisibile: quia eo ipso, quòd in partes priores, & posteriores diuideretur, non posset secundum istam rationem retinere denominationem prioritatis, & immediationis, quæ cum posteriorirate vt tali apertè pugnat.

Non secus, proportione tamen seruata, ac licèt quæuis pars lineæ sit de materiali diuisibilis in semper diuisibilia; nihilominùs semper datur aliquid indeterminatum, quod non secundum se totum, sed secundum aliquid sui habeat indeterminato, & confuso modo affici primò, & immediatè puncto terminatiuo eiusdem lineæ, illudque primò attingere, ac proinde vt subest illi denominationi, & conceptui primitatis, & immediationi, etit indiuisibile: non enim repugnat vt aliquid, quòd secundùm vnam rationem est indiuisibile, sit secundùm aliam diuisibile, ad eum sane modum, quo licet vlna, exempli cansapto subtracto importet quantitatem continuam diuisibilem, attamen sub conceptu vlnæ est indiuisibilis.

142 Quamuis in hoc sit sua disparitas inter exemplum adductum, & id, de quo loquimur, quæ in eo consistit, quod cùm denominatio vlnæ sit quid determinatum, petit pro subtracto quantitatem determinatam, atque adeo per ablationem curiosius partis vlnæ, auferret etiam subtractum ad talem denominationem requisitum, at uero cum denominatio primitatis, & immediationis in his rebus continuis, sit nun secundùm aliquam partem secundùm se totam sumptam, sed secundùm aliquid illius, & sic in infinitum *de hoc aliquid*, quod primum, & immediatius esse dicitur, atque adeo sit indeterminata, & confusa, petit pro subtracto partem indeterminatam, confusam, & inadæquatè sumptam, ac proindè partem in qua, quantumcumque fiat diuisio, semper post quamcumque diuisionem relinquatur subtractum ad prædictam denominationem primitatis, & immediationis sufficiens.

143 Vndè fient pars illa, quæ in linea est modo explicato, & inadæquatè, seu secundùm aliquid sui immediata puncto, est id, quod primò primitate inadæquata, confusa, & indeterminata sequitur post punctum, ac proinde quatenus stat sub prædicto conceptu, non licet sub illa descendere ad designandum eam nec ad vlterius ipsam, prout huic denominationi subest, diuidendam: ita pars motus, quæ eodem modo est immediata indiuisibili motus, debet esse id, quod inadæquatè, confusè, & indeterminatè, atque indesignabiliter subsequitur primò post illud; subquaque non licet descendere ad eam designandam, vel ad vlteriùs ipsam secundùm prædictam denominationem diuidendam, & consequenter erit id, quod vno quasi transitu confuso, inadæquato, & indeterminato, & per correspondentiam ad similem partem temporis fluit post mutatum esse.

Quapropter per hanc partem indeterminatam, & per illud aliquid sui tam explicatum, non quidem secundùm se totam, sed secundùm illud materiale, quod dicit, vt stat sub conceptu partis primò primitate confusa fluentis post mutatum esse motus, producitur modus quidam maioris radicationis vagus, & confusus, & per illammet partem, & per illud aliquid ipsius, non quidem vt dicit illud materiale, quod stat sub prædicto conceptu primitatis, sed aliud etiam materiale confusum, quod subest alteri denominationi habenti medietates sibi ipsi succedentes, (quia quoduis aliquid diuisibile motus, quantumuis mente diuidatur, constat prædictis subtractis) producuntur plures, & diuersimodi, qui sibi inuicem succedant.

144 Vndè ad formam prædictæ probationis respondetur antecedens esse verum intellectum cum duplici conditione, prima vt facta quauis diuisione semper remaneat aliquid indeterminatum, quod inadæquate, indeterminatè, & confuso modo sit primum & immediatum indiuisibile motus: secunda verò quòd illud indeterminatum sub isto conceptu primitatis sit indiuisibile, quamuis sumptum pro subtracto prædictæ denominationis sit in infinitum, & modo iam dicto statim magis explicando diuisibile: & deinde distinguendum est consequens primæ consequentiæ, & negandum, si intelligatur de vno, & eodem modo radicationis; secus verò si de pluribus, & infinitis modis radicationis partibus illius motus correspondentibus, & vnà cum eis fluentibus.

Et tandem distinguendum est consequens vltimæ consequentiæ, & negandum de termino illius partis motus, vt talis pars ratione primitatis iam dictæ est aliquo modo indiuisibilis, secus verò determino illius partis, quatenùs ipsa de materiali habet suam diuisibilitatem iam explicatam: & comita quod nihil obest probatio ibidem adducta. quia ea ea solùm sequitur, quemlibet ex his modis produci secundum se totum per aliquam partem motus, vt ipsa est quodam modo indiuisibilis, affertque subtractum huic denominationi correspondens. Ex quo tamen non sit non superesse aliquid, scilicet plures alios modos, qui vnà cum eadem parte, vt de materiali habet diuisibilitatem fundantem denomioationem aliam iam dictam, scilicet habentis medietates sibi inuicem succedentes, fluunt, & refluunt.

145 Ex quo tandem rectè intelligitur id, quod initio huius solutionis dicebamus scilicet quomodo formalis indiuisibilitas, virtualis verò diuisibilitas cuiusuis horum modorum, & quod ex omnibus illis

resultet vnus, & idem termious totalis, requiratur, & sufficiat ad partem motus modo tam explicato terminandum.

Etenim quia quæuis pars indeterminata, confusa, & inadæquata motus sub conceptu primitaris, & immediationis explicatæ est formaliter indiuisibilis, merito ei correspondet terminus formaliter indiuisibilis, ad quod deseruit formalis prædicti modi indiuisibilitas.

Quia verò talis pars motus, etiam vt est indeterminata, inadæquata, & prima, taliter est formaliter indiuisibilis, vt sub denominatione hac retineat suam materialem, & proportionalem diuisibilitatem, peti terminum talitet indiuisibilem pro formali, vt aliquam etiam sortiatur diuisibilitatem correspondentem diuisibilitati, quam pro materiali prima pars illa indererminata, & inadæquata motus retinet, & ad hoc deseruit virtualis diuisibilitas prædicti modi vagi, & confusi per eandem producti.

Ac tandem quia eadem pars adæqoata, indeterminata, ac prima, & illud aliquid inadæquatum, ac primum ipsius, quantumcumque mente diuidatur; nihilominùs est insupet de materiali, & aliàs diuisibilis in medietates sibi inuicem succedentes, habentesque suam latitudinem proportionatam, ideo prædictæ parti, vt dicit de materiali subsstratum huius vltimæ denominatioois, correspondent plures, & diuersi modi radicationis sibi inuicem succedentes, quique simul sumpti contineant omnem illam latitudinem eiusdem partis. Nec mirum, quòd hoc modo in partibus motus, aut alterius continui, & termino illius vt tali philosophemur, quia hoc perit natura harum partium proportionaliom, & terminiillius vt talium, quæ indistinctè, & indeterminatè ibidem existunt, vt in lib. Physic. loco citato magis explicuimus.

Ad primam confirmationem satis patet, quomodo licèt per illam partem motus producatur in sensu explicato motus ille indeterminatus maioris radicationis, habensque latitudinem virtualem, & determinatam, & non vt eumque sed quoad prædictam latitudinem totus, & totaliter attingatur, nihilominus supersit aliquid quod per eandem partem eiusdem motus adæquatè sumptam producatur, licèt alius, & alius modus maioris radicationis, qui cum partibus eiusdem motus fluant, & sic de aliis donec ad modum illum, in quo sistit motus, deueniatur.

146 Ad secundam confirmationem transeat antecedens, & negamus consequentiam: & ratio disparitatis est; nam sicut motus non consideratur vt tantus, nisi dum adest indiuisibile quoddam, seu mutatum esse determinatum correspondens instanti determinato nostri temporis, ita non potest attingere modum illum indiuisibilem caloris, vt octo, qui hoc ipso, quòd est vt octo, vel vt quatuor, vel vt sex, dicit latitudinem virtualem certam & determinatam, & vt tantam, nisi dum adest prædictum indiuisibile, quod est complementum motus, vel secundùm se totum, vel secundùm aliquam certam, & determinatam partem motus, in quoque verificatur, quòd tunc non est motus, & immediatè antea erat: quare non qualiscunque latitudo virtualis Sed latitudino incerta, & indeterminata, & sufficiens ad correspondendum modo dicto cuiuis parti incertæ & indeterminatæ motus ita vt per illam, vt iam explicuimus, producatur.

QVÆSTIO XI.

Quomodo fiat augmentum extensiuum qualitatum.

147 POstquam explicuimus quomodo fiat augmentum propriè, & in rigore intensiuum qualitatum, restat vt explicemos modum, secundùm quem fit augmentum earensiuum earuodem. Nomine autem prædicti augmenti non intelligimus illud, quod conuenit qualitati ob extensionem sui subiecti: qua tatione calor inhærens in vna medietate manus dicitur extendi ex parte subiecti, ea eo quòd denuò inhæreat in altera medietate; sed illud quod conuenit aliquibus qualitatibus specificatis ab aliquo extrinseco ratione sui specificatiui iuxta sensum supra n. 59. & deinceps explicatum, quodque à D. Thom. solet nuncupari intensio conueniens qualitati secundùm ipsam, vt ibidem diximus.

Etenim de priori illo argumento nulla est difficultas, maximè suppositis his, quæ in Logica disp. 1. 3. quæst. 3. circa distinctionem, & extensionem partium substantiæ à quantitate prouenieute diximus: qua in hoc pariter de qualitatibus, proportione tamen seruata philosophandum est. Cæterùm, de hoc posteriori adhuc suppositis his, quæ circa intensionem propriè, & in rigore sumptam adducta sunt, superest difficultas: agimus autem de hoc vltimo augmento in hac disp. tum propter connexionem, vel affinitatem, quam habet cum augmento propriè intensiuo: tum etiam, quia fit saltim per aliquam alterationem. Verùm quia augmentum extensiuum qualitatum potissimè cernitur in habitibus scientificis acquisitis, ideo maioris claritatis gratia quæstionem hanc citra illa discutiemus. & quidquid de ipsis dictum fuerit, debet etiam intelligi de aliis qualitatibus, quæ prædicti augmenti sunt capaces.

§. 1.

Proponitur prior opinio.

148 PRima sententia asserit, extensionem qualitatum, verbi gratia scientiæ, fieri per additionem vnius qualitatis ad aliam, ita vt vna ea illis respiciat vnum ea obiectis per se inspectis ab eadem scientia, & alia aliud, & sic de cæteris, & consequenter ex omnibus illis resultare vnicam totalem qualitatem; seu scientiam extensam ad omnia obiecta illius. Hanc tenent Soncin. 6. Metaphysic. quæst. 9. Scotus in 2. dist. 3 quæst. 1 3. Gabr. in 3. distinct. 2 3. quæst. vltima, art. 2. conclus. 3. & quæst. 8. Prologi, & in 3. qu. quodlib. 3. quæst. 7. Marsilius quæst. 2 Prologi art. 4. Aureol. q. 3. Bassol. q. 6. Alphabeti, Molina 1. part. quæst. 1. art 3: Suarez tom. 2. Metaph. tom. 2. Metaph. disp. 44. sect. 1. & nouissimè Iacob Granodo 1. 2. controuersia 4. disp. 10 sect. 2. & 3. & alij.

Probatur primò testimonio Dioi Th. 1. 2. quæstione 52. art. 2. vbi postquam negauit, qualitates intendi per additionem, statim loquens de augmento extensiuo illarum, quod Sanctus Doctor appellat augmentum conueniens accidentibus secundùm se ipsa, subdit: *Sed quia quædam accidentia augentur secundùm se ipsa, vt supra dictum est, in quibusdam eorum fieri potest augmentum per additionem, &c. Similiter etiam & scientia potest augeri secundùm se ipsam per additionem, sicut cùm aliquis plures conclusiones Geometriæ addiscit.* Ergo sentit, augmentum extensiuum

siuum qualitatis fieri per additionem nouæ qualitatis saltim partialis. Patet consequentia: nam si solùm addeterur nouus aliquis modus extensionis, non distingueretur augmentum extensiuum, & intensiuum, per hoc quòd illud non fiat per additionem, secus verò istud, siquidem augmentum intensiuum etiam fit per additionem noui modi; vt quæstione præcedenti osteusum est.

149 Deindè probatur ratione, primò. Habitus scientifici ponuntur ad facile vincendas difficultates obiectorum, & actuum rendentinum in illa, sed intra latrirudinem eiusdem scientiæ sunt plures, & diuersæ difficultates, quæ vinci debent, ad hoc vt scientia perfectè acquiratur: ergo ad illam sic acquirendam debent dari plures habitus saltim partiales. Maior patet, nam ideò acquisito perfectè habitu scientifico adest facilitas, & delectabilitas in operando, quia per habitum illum deuicta est illa difficultas, quæ antea præexistebat in operatione circa illud obiectum. Minor verò probatur; nam acquisita scientia circa primam conclusionem, superest ad hoc, vt perfectè eadem scientia acquiratur, noua difficultas circa vigesimam, & hæc per nouam demonstrationem scita, restat etiam noua alia difficultas circa quadragesimam, & sic de aliis.

150 Secundò, intra eandem scientiam sunt plures actus scientifici distincti secundū speciem; ergo & distincti specie habitus saltim partiales, & consequenter dabitur aliquis habitus totalis coalescēs ex illis, quod habeat suum augmentum extensiuum per additionem habitus partialis ad alium habitum etiam partialem. Hæc vltima consequentia ex se videtur constare, prima verò ex antecedenti: nam cùm habitus fiant per actus, consequens est, vt per actus specie diuersos producantur habitus specie diuersi. Antecedens autem probatur: nam in Philosophia, verbi gratia, actus quo demonstratur mixtum esse corruptibile ex eo quòd constat ex contrariis, est specie distinctus ab eo, quo demonstratiuè ostenditur ignem esse leuem ex paucitate materiæ, & terram esse grauem ob multitudinem materiæ, quam habet, quandoquidem versantur circa distincta obiecta formalia, & per distinctum medium; quod quidem satis est ad distinctionem specificam in ipsos actus refundendam.

151 Tertiò habitus scientificus circa vnam conclusionem potest intendi & corrumpi, non intenso, & corrupto circa aliam: ergo signum est, habitum inclinantem in vnam non esse eandem qualitatem, & habitum cum eo, qui inclinant in aliam, & consequenter extensionem eiusdem sententiæ ad plures conclusiones non fieri, nisi per additionem nouæ qualitatis. Hæc vltima consequentia satis ex se patet, prima verò liquet: nam idem simplex habitus non potest intendi, & non intendi, corrumpi, & non eo corrumpi. Antecedens autē quoad intensionem probatur nā sæpè quis penetrat magis ac magis vnam cōclusionem non penetrata alia, ac proinde intenditur in eo habitus circa vnam, non verò circa alteram. Quoad corruptionem suadetur, quia multoties obliui citur quia vnius, non verò alterius conclusionis, & ideò respectu conclusionis omnino oblitæ patitur magnam difficultatem in ea elicienda, secùs verò, in illa, quam rem omnia retinet, quod quidem satis indicat habitum, seu facilitatem circa illam deperditum esse, non deperditā facilitate circa istam.

Confirmatur, quia scientia primæ conclusionis non opponitur errori tam actuali, quàm habituali conclusionis, verbi gratia sexagesimæ: ergo habitus inclinans in vnam. Antecedens non indiget probatione; siquidem potest quis simul habere scientiam habitualem primæ conclusionis, & errorem circa sexagesimam, vt experientia docet. Consequentia verò probatur, quoniam si esset idem simplex habitus, tunc sicut scientia conclusionis sexagesimæ opponitur errori circa eandem, illumque expellit, è contra: ita scientia primæ conclusionis opponerētur errori circa eandem sexagesimam, eumque expelleret, & è conuerso, cùm eadem qualitas idem debeat habere contrarium.

152 Quartò; ad hoc vt scientia extendatur ad nouas conclusiones, non sufficit nouus modus: ergo de fide tam noua qualitas. Consequentia videtur perspicua: quoniam per illam extensiunem manet illa scientia perfectior: ergo si hæc maior perfectio non potest conuenire illi ratione alicuius modi, oportet, vt proueniat ab aliqua noua qualitate saltim partiali. Antecedens autem probatur: tum quia per nouam illam extensionem acquiritur aliqua facilitas, quæ antea non erat, vt experientia constat: ergo etiam aliquis nouus habitus in hac facilitate consistens: tum etiam, quia aliàs deperdita scientia, soliur primæ conclusionia, deperderetur quoad entitatem habitus, qui per primam demonstrationem eiusdem conclusionis producta fuit, vt ex se patet, & consequenter tota illa tesolueretur in modos extensionis ad alias conclusiones, qui tunc permanerent.

§. II.

Ex mente Aristot. & Angel. Doct. difficultatis nodus expeditur.

153 Dicendum est primò, scientiam, verbi gratia, & consequenter quamlibet aliam qualitatem modo dicto extensibilem, non extendi per additionem qualitatis ad qualitatem: assensio hæc satis aperte colligitur ex his, quæ ex Arist. quæst. 7 in fauorem nostræ sententiæ adduximus, vt intuenti parebit, eamque expressè docet D. Th. 1. 2. q. 54. art. 4. his verbis. *Habitus est qualitas simplex ne constituta ex pluribus habitibus, etiamsi ad multa se extendat.* Et in solutione ad tertium inquit: *Illo, qui in aliqua scientia acquiris per demonstrationem scientiam vnius conclusionis, habet quidem habitum, sed imperfectè: cum verò acquirit per aliquam demonstrationem, scientiam alterius conclusionis, non aggenerantur ei alius habitus.* Idem docet q. 51. art. 2. ad primum, & 2. 2. q. 24. art. 5. quos sequuntur Caietanus, Conradus, Medina eadem q. 54. art. 4 Capreol. q. 3. Prolog. art. 1. concl. 1. Fertara primo contra Gentes, c. 56. Bergomens. dub. 118 & 119 Maior q. 7. Prolog. Hienticus quodlib. 9. q. 4. Æglidius 2. part. Prolog. q. 2. Richard. q. 5. Soto in q. 3. Proœmiali Logicæ. Valentia 1. 2 disp. 4 q. 6. puncto 3. & 1. part. super q. 1. punct. 3. q. 5. Salas 1. 2. tract. 20 disp. 5. sect. 5. Vasquez 3. part. disp. 1. num. 8. & dilp. 9. n. 2. nec non disput. 46. num. 32. & 3. 2. disp. 8. cap. 3. num. 13. & disp. 180. cap. 3. 4. & 5. Gonçales 1. part. dilo. 1. concl. 8. quos omnes, vnico excepto Gonçalez, refert, & sequitur nouissime Gregor. Martin. 1. 2 q. 52. artic. 2. dub 2.

154 Probatur ratione desumpta ex Diuo Thoma articulo quarto iam citato, quæ potest ad hanc formam reduci; Eadem proportionali ratione respicit, & extenditur habitus scientificus ad suum obiectum, quo potentia intellectiua, in qua est, ad suum; sed potentia intellectiua, licet tendat, & extendatur potentialiter ad plura & diuersa obiecta materialia, nihilominùs respicit ea sub vna, & eadem ratione formali & ideo quantumuis ad illa extensa est vna, & eadem simplex potentia, & qualitas: ergo etiam habitus scientificus, quamuis inspiciat, & extendatur habitualiter

tualiter ad plura obiecta materialia; nihilominus respiciet illa sub vna, & eadem ratione formali; & ita ob eandem rationem, quamuis ad illa extendatur, erit vna, & eadem simplex qualitas ex diuersis qualitatibus non coalescens.

Consequentia cum minori satis constat: maior verò etiam patet, quia habitus scientificus est perfectio quædam potentiæ intellectiuæ in ordine ad attingendum eius proprium obiectum: omnis autem perfectio proportionatur suo perfectibili, & ita debet habere modum attingendi obiectum proportionatum modo quo potentia suum attingit.

155 Occurrunt Suarez, & alij huic rationi, reddendo disparitatem inter potentiam intellectiuam, & eius habitum: nam cum illa habeat vim agendi eminentiorem, & magis vniuersalem, poterit, etiamsi sit indiuisibilis & simplex qualitas, extendi ad omnia obiecta per se ab eadem inspecta: habitus verò, verbi gratia, scientificus est principium agendi magis limitatum, ac proinde non habens prædictam eminentiam; & ideo nequit idem habitus absque eo quòd illi superaddatur alius & alius habitus partialis, extendi ad omnia obiecta ipsius. Explicatque hoc ipsum Granado ea eo quòd prædictus habitus respicit distincta obiecta partialia, & ita ex multiplicatione illorum debet etiam partialiter multiplicari.

Sed contra, quia licet hinc colligitur habitum scientificum habere obiectum minùs amplum, non tamen quòd non respiciat illud, ad eum proportionalem, modum, quo potentia intellectiua respicit proprium obiectum magis amplum, magisque vniuersale: alioqui non perficeret illam proportionatè ad suam naturam, & modum, quo ipsa perfici petit: ergo sicut intellectus, licet respiciat plura obiecta materialia, quàm habitus: nihilominùs respicit omnia illa sub eadem ratione formali magis ampla, & ideo est vna simplex qualitas; ita habitus scientificus respiciet sua pauciora obiecta sub vnica etiam ratione formali minùs ampla, & sic erit etiam simplex qualitas.

156 Confirmatur, nam species intelligibilis Angelica habet obiectum minus amplum, quàm intellectus Angelicus, & nihilominùs, quia perficit illum proportionatè, ad eius naturam, ideo per modum simplicis qualitatis respicit omnia obiecta materialia per illam repræsentata sub eadem ratione formali: ergo licet habitus scientificus extendatur ad pauciora obiecta, quàm intellectus; attamen quia perficit illum proportionatè ad modum operandi ipsius, ideo respiciet prædicta obiecta sub eadem ratione formali, & per modum simplicis qualitatis.

Ex quo etiam id, quod addit Granado, manet impugnatum, quia illa habitudo, quam dicit habitus scientificus ad prædicta obiecta materialia & partialia illius, licet sufficiat ad diuersificandos actus, qui ab eo procedunt, materialiter sumptos, non tamen ad diuersificandum ipsum habitum, qui est principium illorum: nam principium non diuersificatur ex diuersis effectibus, vel ex diuersis obiectis materialibus ipsorum: sicut ob eandem proportionalem rationem, nec distinctio habituum intellectuallium, aut obiectorum, ad quæ tendunt, valet diuersificare potentiam intellectiuam, quæ comparatur ad singulos habitos, sicut principium ad effectum, vel sicut principium vniuersalius ad principia minus vniuersalia.

157 Secundò probatur ratione, quam innuit S. Doct. nam illæ qualitates, ex quibus coalesceret vna simplicitet scientia totalis, & extensa ad omnes conclusiones sub illa contentas, nec distinguerentur solo numero, nec etiam specie: ergo, &c. Antecedens quoad priorem partem patet: nam vt suo loco dicemus, duo accidentia solo numero distincta, non possunt esse simul in eodem subiecto.

Quoad secundam verò partem probatur, quoniam nec possent vniri per continuationem: tum quia vnio hæc solùm conuenit quantitati, & ratione illius substantiæ, & qualitatibus, ex eo quòd ad illam desiderantur partes, quæ sint eatra partes, vt in Logica disp. 13. quæst. 3. diximus: tum etiam, quia vt ex Arist. & D. Thom. 5. Physic. disp. 23. num. 23. asseruimus, ea, quæ sunt distinctæ speciei, non possunt continuari, & ideo ad continuitatem motus indispensabilitet desideratur vnitas specifica termini.

158 Nec etiam possunt vniri per modum actus, & potentiæ: nam quod in vno ordine est actus, nequit in eodem habere rationem potentiæ, sicut quia forma substantialis est actus in ordine essentiæ substantialis, in hoc ordine non habet rationem potentiæ respectu alterius actus substantialis, benè tamen in alio ordine, scilicet subsistendi, vel existendi, vt 1. Physic. disp. 3. num. 51, diximus: quare eùm quæuis ex his qualitatibus superuenientibus in ordine extensiuo sit actus, & forma accidentalis, non potest in eodem ordine habere rationem potentiæ; & consequenter non poterunt inter se vniri aliquo genere vnionis ad constituendam vnam, & eandem scientiam.

Respondent aduersarij, superesse alium modum vnionis, tantum cuius omnes hi habitus inter se vniantur ad compunendum vnum, & eundem simpliciter habitum scientificum, scilicet per quandam subordinationem, seu coordinationem inter se; hanc autem subordinationem esse duplicem, primam effectiuam, qualis est inter partiales habitus inclinantes ad subordinatas conclusiones: nam tunc qualitas inclinans in vnam producit qualitatem inclinantem in aliam: secundam verò obiectiuam, quatenus omnes illæ dicunt respectum ad idem obiectum totale.

159 Sed contra: nam in primis vnio illa effectiua nihil refert ad hoc, vt illi habitus producens, & productus constituant vnum simpliciter habitum scientificum, quinimò ratio causæ efficientis, & effectus præcisè sumpta, potiùs tendit ad distinctionem, & multiplicitatem quàm ad vnionem, & vnitatem, siquidem idem nequit esse causa sui ipsius.

Deinde posterior vnio ex parte eiusdem obiecti, vel conuincit habitum scientificum esse vnam & eandem simplicem qualitatem, cùm habitus non multiplicentur, vel distinguantur, nisi iuxta multiplicitatem, & distinctionem sui obiecti formalis, & totalis; vel nihil ad rem conducit: nam si vnitas obiectorum non est tanta, vt eadem qualitas possit in omnia illa tendere, qualiter erit tanta, vt qualitates aliàs diuersæ, nihilominus in ordine ad talia obiecta, ita inter se vniantur, vt vnum per se facere possint? tenim si verè omnia illa obiecta constituunt vnum, & idem obiectum in esse scibili, poterit eadem qualitas ad ea terminari: si verò illud non constituant, nequibit in ordine ad ipsa collectio hæc quantitatem vnam, & eandem scientiam constituere. Sed circa hæc videantur omnino ea, quæ in Logica disp. 19. quæst. 4. per totam circa vnitatem, & distinctionem scientiarum diximus: nam ea ibidem dictis hæc valdè pendent.

160 Dicendum est secundò, extensionem scientiæ, & aliarum similium qualitatum fieri per additionem noui cuiusdam modi maioris actualitatis, & perfectionis: hæc est D. Thom. art. 4. ad 5. quæst. 54. tam citatæ vbi postquã dixit, quòd cùm quis acquirit

per

per aliquam demonstrationem scientiam alterius conclusionis, non aggenetatur in eo alius habitus subdit: *Sed habitus qui prius inerat, fit perfectior, vt postea ad plura se extendens*: & quæst. 53. vbi suprà, his verbis: *Habitus secundum se consideratus, est forma simplex, & secundum hoc non accidit ei diminutio, sed secundum diuersum modum participandi, qui provenit ex indeterminatione potentiæ ipsius participantis*; *qua scilicet diuersimodè potest vnam formam participare, vel qua potest ad plura vel ad pauciora extendi.* Vnde S. Doct. sequuntur eius discipuli.

161 Ratio autem potissima huius assertionis desumitur ex his, quæ ex eodem S. Doctore assertionc præcedenti diximus: nam cùm habitus scientificus (quod idem proportionaliter de aliis qualitatibus huius augmenti capacibus dicendum est) extenditur per nouam demonstrationem ad nouam conclusionem, manet in se intrinsecè perfectior & actualior, & ideo vsque dum extendatur ad omnes, non est in statu perfecto: at maiorem hanc perfectionem non habet per additionem alicuius nouæ qualitatis, etiam partialis: ergo per additionem alicuius modi, quia non superest aliquid aliud, quod ei sit extrinsecè actualius in ordine ad prædictam extensionem.

Confirmatur ratione, quam idem Angel. Doct. locis citatis num. 123. huius disput. innuit; nam sicut qualitas intensibilis habet suam latitudinem propriè intensiuam per ordinem ad subiectum, ita habet suam latitudinem extensiuam per ordinem ad obiectum, vel aliquid aliud, à quo specificatur, iuxta ea, quæ in disp. num. 59. diximus; sed ad priorem latitudinem requiritur, & sufficit superaddi nouum quendam modum intensionis, & maioris radicationis: ergo ad latitudinem extensiuam desiderabitur, & satis erit superadditio noui modi extensionis, ratione cuius ad noua obiecta extendatur.

§. III.

Obiectiones contra dicta, & emendatio earum.

162 Sed obiicies primò, rationem factam pro prima assertione, vel probare non esse addendum habitui scientifico aliquem nouum, & intrinsecum modum, ratione cuius extendatur ad nouam conclusionem; vel nou conuincere esse simplicem habitum ex aliis partialibus habitibus minimè coalescentem: etenim sicut intellectus non indiget noua & partiali potentia intellectiua, ita nec nouo modo ad hoc, vt extendatur ad quodlibet obiectum sibi connaturale; vt suprà tetigimus; & communiter docent Philosophi ergo sicut ob proportionem, quæ est inter habitum scientificum, & intellectum in quo recipitur, non est admittenda in habitu additio noui habitus partialis integrantis vnum; & eiusdem habitum totalem; ita ob eandem proportionem nec additio noui modi.

Quòd si hæc proportio non tollit quominus habitus cõponatur ex sua entitate, & modis superuenientibus; non obstante quòd talis compositio non inueniatur in intellectu; quia ipse est potentia magis eleuata: ita propter eandem rationem non repugnabit dari compositionem ex diuersis habitibus partialibus in aliquo vno habitu totali etiam si similis compositio non reperiatur in intellectu.

163 Secundò obiicies, secundam rationem prò eadem prima assertione adductam conuincere etiam non esse addendos prædictos modus; nam si distinguantur solo numero, non poterunt esse in eodem habitu scientifico, aut in eodem intellectu: si vero specie, non valebunt vniri; vel inter se; vel cum ipso habitu, ad constituendam vnam per se scientiam: nam etiam ipse habitus, & quiuis ex his modis in ordine extensiuo ad proprium obiectum, habent rationem actus, & formæ accidentalis: ergo sicut ob hanc rationem non poterat vnus ex illis habitibus se habere per modum potentiæ respectu alterius in hoc ordine extensiuo, ita ob eandem, nec vnus modus respectu alterius, nec habitus respectu modorum.

Tertiò obiicies; nam vt communiter docent Thomistæ; relatio paternitatis terminata ad priorem filium extenditur ad posteriorem, absque variatione aliqua intrinseca; præterquam connotationem filij posteriùs geniti: ergo idem etiam dicendum erat in habitu scientifico terminato ad priorem conclusionem, & postea extenso ad aliam. Patet consequentia: nam sicut habitus scientificus non extenditur ad nouam conclusionem, nisi præcedente noua demonstratione: ita nec paternitas extenditur ad posteriorem filium, nisi præcedat noua generatio illius: ergo si ex hoc quòd relatio connotet prædictam generationem, & filium genitum; extenditur ad illum, absque variatione aliqua intrinseca, fiet inde, vt etiam habitus extendatur ad nouam conclusionem per hoc præcisè quòd connotet nouam demonstrationem, nouamque conclusionem scitam.

164 Ad primam ex his obiectionibus respondetur negando antecedens, & ad probationem concesso antecedenti negãda est consequentia: nam potiùs propositio intellectus & habitus scientifici pertinet oppositum, cuius ratio est, quòd habitus acquisitus (de quo loquimur) debet habere talem proportionem cum intellectu modo respiciendi, vt totaliter tus, quippè proprietas fluens ex essentia animæ immediate respiciat per modum potentiæ proprium obiectum, & ita ex vi primæ productionis habeat omnem extensionem, quam circa illud potest habere; habitus verò ita respiciat proprium obiectum proportionatè ad modum respiciendi intellectus, vt simul conseruet non esse proprietatem essentiæ ab illa fluentem; sed effectum eiusdem intellectus mediis actibus illius.

165 Quare cùm quiuis actus specie materiali ab aliis distinctus, per quem habitus fit, & extenditur, sit ita limatus, vt secundum se non extendatur ad obiectum materiale alterius; seu in esse rei cogitati: omnes tamen formaliter considerati attingant idem formale obiectum in esse scibilis: consequens est, vt quo capite quilibet attingit non diuersum, sed idem obiectum formale in esse scibili; quilibet possit efficere non diuersum, sed eundem prorsus habitum secundum speciem, & ita si inueniat illum productum huiusmodi habitum efficiet, ne vel idem semel factum iterum reproducatur; vel duo accidentia solo numero distincta sint simul in eodem subiecto, & ex quo capite vnus ex prædictis actibus non se extendet ad obiectum materiale alterius; seu ad obiectum illius in esse rei considerati; neque producere habitum vt extensum ad tale obiectum: & ideò desideratur nouus modus extensionis in prædicto habitu, ratione cuius extendatur ad prædictum obiectum, nouusque actus illud attingens.

Ad secundam dicendum est, prædictos modos distingui inter se specie in esse rei, quia, vt modo dicebamus, correspondent, & fiunt per actus similiter specie diuersos: & ad probationem in contrarium respondetur, vniri inter se per identitatem, quia licet omnes illi distinguantur ex natura rei, & secluso intellectu, attamen identificantur in eadem entitate habitus; cuius sunt modi. seu vt melius dicamus, cuius sunt modales quædam formalitates.

166 Adde,

166 Adde, quòd licet non identificarentur in habitu, nihilominùs saltim vniuntur eum illo tanquam modus cum te modificata, & tanquam actualitas cum re actuabili, ita vt pertineat ad eandem lineam, ex eo quod modus extensionis reducitur ad lineam habitus, & ita vnientur per se in quodam tertio, scilicet in prædicto habitu, vnde negandum est, quòd habitus in ordine extensiuo habeat tationem actus, quia potiùs est quid potentiale, & actuabile: nam sicut extensio incipit formaliter à modo, ita extensibilitas ab habitu, qui secundùm suam entitatem non est extensus, sed extensibilis, ex eo quòd ad extensionem formalem prærequiritur, vt ptiùs inclinet secundùm suam entitatem ad obiectum formale, & ad illud obiectum materiale, quod ex vi demonstrationis productiuæ illius fuit scitum.

Ex quo etiam constat, nihil referre, si contra hoc obiiciatur, quòd si hæc vnio in quodam tertio, & communi subiecto fuisset ad vnitatem pes se modotum in illo, etiam sufficiet vnio partialium habituum, verbi gratia, logicalium cum vno & eodem communi subiecto, scilicet intellectu ad vnionem per se illorum, & ita cecidit secunda ratio, quam pro assertione adduximus.

Nam satio dispatitatis ex dictis apertè constat: etenim modi extensionis reducuntur ad lineam habitus, & non vtcumque, sed adhuc intimiùs, quàm modus intensionis, ex eo quod habitui scientifico est intimior ordo ad obiectum quàm ad subiectum, & ideò non mirum quòd omnes illi possint in habitu tanquam in vnico tertio per se vniri: intellectus verò, & habitus scientifici constituunt diuersas lineas totales, quarum neutra ad aliam reducitur, & ita vnio habituum cum intellectu, tanquam cum tertio, seu communi subiecto, tantùm est vnio accidentis cum subiecto, non verò vnio tendens ad constituendum aliquod per se vnum: secùs verò vnio horum modotum cum habitu: nam sicut vnio per se duorum ad inuicem petit, quòd pertineant ad eandem lineam, ita vnio duorum cum tertio exigit ea pertinere ad eandem lineam cum eodem tertio.

167 Ad tertiam, concesso antecedenti, neganda est consequentia: & ad eius probationem negandum ex eodem modo tequiti generationem secundi filij ad hoc, vt relatio actu, & in exercitio extendatur ad illum, ac tequiritur demonstratio nouæ conclusionis ad hoc, vt scientia maneat ad illum, extensa: nam genetatio illa non tequititur, nisi tanquam connotatum ad hoc, vt relatio, quæ quantum est de se, præbebat vim ad banc extensionem, & non extendebatur ex defectu positionis termini, habeat eo posito ad illum extendi: demonstratio verò desideratur ad hoc, vt scientia, quæ etiam quantum est de se, non extendebatur ad prædictam conclusionem, extendatur ad illam.

Ratio autem huius, quoad scientiam patet ex dictis: quoad relationem etiam constat, quia sicut potentia visiua, verbi gratia, fit per eandem actionem, per quam animal, & per naturalem tesultantiam ab illo: & ideò vel non tesultat, vel tesultat cum omnimoda extensione, quam naturaliter potest habere in ordine ad suum obiectum, ita quia telatio fit per eandem actionem, per quam fit fundamentum, & per naturalem dimanationem ab illo; vel non tesultat, vt dum non adest aliquis terminus; vel si tesultat, debet tesultare cum omnimoda extensione, quantum est de se; quæ ei competere potest.

168 Et sicut possibilitas visibilium tantùm est connotatum quoddam desideratum ad banc extensionem potentiæ visiuæ, & dato per possibile, vel impossibile, quòd deessent, vel angerentur visibilia quoad possibilitatem, tunc potentia visiua non patetetur intrinsecam mutationem, sed desinetet extendi ad ea, quæ iam non essent visibilia, & denuò catédetetur ad nona visibilia propter diuersam illam connotationem obiectorum: quia per accidens est ad intensionem illius, quòd dentur tot, vel tot visibilia dummodò adsint visibilia sufficientia ad eam terminandam ita: positio filij, aut filiorum, est connotatum ad hoc, vt telatio paternitatis terminetur, vel extendatur ad illos, & ex eo quòd ponantur duo, vel tres, aut plures, vel pauciores, non ideo patitur intrinsecam mutationem, dummodo semper maneat aliquis filius, atque adeò si genetetur secundus extenderur ad illum sine sui mutatione, ex eo quòd ipsa iam præhabebat quidquid ex parte sui desiderabatur. & solùm deetat prædictum connotatum: & si aliquis ex iam genitis peteat, tunc ex defectu prædicti connotati desinet sine intrinseca sui variatione ad illum extendi.

§. IV.

Respondetur argumentis in initio adductis.

169. Ad primum ex testimonio D. Thomæ petitum concedimus cum eodem sancto Doctore, extensiuum augmentum habitus scientifici fieri per additionem, non tamen qualitatis ad qualitatem, sed noui modi vna cum præexistenti permanentis: & ita in hoc distinguitur augmentum proprie intensiuum ab extensiuo, quòd in illo modus minoris tadicationis non permanet adueniente modo maioris tadicationis: in hoc verò non est necessarium deperdi priorem modum inclinantem in vnum obiectum materiale, quando aduenit alius inclinans in aliud: quia non sunt incompossibiles inter se, vt ex dictis constat.

Vnde, quando quis assentitur alicui conclusioni, & ea hac actu cognita deducit aliam, tunc sicut simul adest assensus vtrinsque, ita & modi extensionis per vtramque producti: quod quidem satis indicat modum extentionis supetuenientem non continere priorem, eo modo, quo calor vt sex continet calorem vt quinque.

Ad primam verò tationem distinguenda est maior, & si sensus sit, quòd habitus scientificus datur ad facilè vincendas difficultates pertinentes ad diuersos actus, & obiecta formalia, & adæquata, concedenda est; secùs verò si sensus fuerit, quod detur ad vincendas difficultates pertinentes ad diuersos actus, vel obiecta materialia, & inadæquata, & eodem proportionali modo debet distingui minor & concedi si intelligatur de diuersis difficultatibus materialibus, negati verò si intelligatur de diuersis difficultatibus (vt sic dicamus) formalibus, quæ solum prouenium ex sola formali obiectiua, & adæquata tatione: & ad probationem minoris solùm concludere, quod acquisità scientià citra primam conclusionem supereat noua difficultas materialis citra aliam, non verò formalia, & adæquata, ex qua sola pronenit distinctio, & multiplicatio habituum.

170. Ad secundam distinguendum est antecedens, sunt plures actus distincti secundùm speciem materialiter, & in esse tel concedendum est; formaliter, & in esse actus scientifici respicientis obiectum in esse scibilis, negandum est, & deinde neganda est vtraque consequentia: nam vt essent legitimæ, deberet antecedens esse vetum in hoc posteriori sensu: quoniam (vt dicebamus) habitus scientifici secundùm suam entitatem, & essentiam, non producuntur nisi per actus, vt pertinet per ordinem scientificum, seu vt respiciunt obiectum in esse scibilis.

Nec

Nec contra hoc habet vim probatio antecedentis ibidem adducta: nam demonstrationes illæ, & actus scientifici tantùm distinguuntur materialiter, & in esse rei, non verò formaliter, quia ratio adæquata, & formalis, sub *quo* est vna, & eadem secundùm speciem atomam, & consequenter media, & principia illa formaliter sumpta, non distinguuntur specie, vt constat ea his, quæ latiùs in Logica disp. 19. quæst. 4. per tot. diximus.

171 Ad tertium negandum est antecedens, intellectum de habitu secundùm suam entitatem, quia ad summum potest petere modum maioris intensionis, vel extensionis, quando remanet habitus circa aliquam conclusionem.

Et ad probationem patet ex dictis: nam illa difficultas in eliciendo conclusione, cuius quis est oblitus, non est formalis proueniens ex defectu inclinationis, & facilitatis ad obiectum formale specificans, sed materialis, & orta ex obiecto materiali, ac proinde ex defectu modi extensionis complentis, & perficientis intra propriam lineam facilitatem illam prouenientem ab habitu: vnde adueniente prædicto modo, & trahente habitum ab hoc, vt inclinet, & extendatur illud obiectum materiale, vincetur prædicta difficultas, non quidem ex eo quòd solus habitus, aut solus modus illam deuincant, sed habitus, vt terminatus per prædictum modum.

Ad confirmationem concedendum est antecedens, intellectum de oppositione perfecta, & actu inferente expulsionem alterius oppositi; sed neganda est consequentia, & ad probationem negandum est antecedens: quia scientia, & error habituales, non sunt incompossibilia, nisi vt sunt sub statu perfecto, vel vt vtrumque extenditur ad idem obiectum materiale: quandoquidem nisi ad illud extenderetur, non sunt hi habitus, saltim quoad illud obiectum sub actualitate, & esse perfecto: vnde licet habitus non opponantur, & expellant se actu præcisè ratione modi, benè tamen, vt subsunt prædictis modis.

172 Ad quartum negandum est antecedens, & ad primam probationem patet ex dictis, facilitatem illam tantùm esse materialem, non verò formalem, & in ordine ad obiectum adæquatum specificans, & ita non esse nouam facilitatem augentem ouum habitum etiam partialem, sed nouam extensionem eiusdem facilitatis, seu nouam facilitatem modalem.

Ad secundam verò probationem respondetur, deperdito habitu, vel modo extensionis circa primam conclusionem, deperdi adæquatè, quoad omnes modos: nam hoc ipso, quòd nesciat quis resolvere conclusionem vsque ad prima principia illius scientiæ, si talis scientia non sit alteri subalternata, vel saltim, vsque ad primam conclusionem illius scientiæ, quæcunque illa sit, oportet scientiam illam adæquatè perire, vt communiter docent Dialectici.

Adde, quòd si verum est, non omnes conclusiones pendere à prima, posset aliter occurri huic probationi, negando sequelam; quia ad permanentiam habitus secundùm suam entitatem esset tunc per accidens, quòd remaneat scientia primæ conclusionis, dummodò remaneat scientia aliarum: siquidem ipse ea suis meritis præcisè sumptis, solùm inclinat in obiectum formale: & hæc inclinatio potest remanere, dum scientia aliarum conclusionum permanserit, & ita solùm corrumpetur modus extensionis circa primam conclusionem, qui vnà cum prædicto habitu per primam demonstrationem fuit generatus.

Colleg. Compl. Physic.

173 Illud tamen in fine huius disputationis aduertendum superest, scilicet ab aliquibus in præsenti inquiri, tum, quomodò motus alterationis contineatur, an scilicet per indiuisibilia ab illo realiter distincta: an verò sine illis, & pluta huc spectantia; tum etiam, an qualitates habeant terminum suæ magnitudinis, & paruitatis. Cætetùm, quia primum illud satis constat ea his, quæ lib. 6. Phys. disp. 25 diximus, & de secundo etiam liquet ea his, quæ ibidem disputatione 26. asseruimus, idco ab illis pro nunc abstinendum.

DISPVTATIO V.

De nutritione.

1 POSTQVAM Aristotel. egit de generatione, & alteratione ad eam prærequisita, agit statim de augmentatione, & nutritione ad rem iam genitam subsecutis, ideòque not vna cum illo præsentem disputationem excitamus: quia verò nutritio, & augmentatio ita inter se comparantur, vt illa ordine naturæ prior sit, hæc verò posterior: ideo primo loco de nutritione dilucidamus: & licèt de ea pluta possent inquiri, nihilominùs in præsenti solùm agemus de illa, vel secundùm quod concomitatur augmentationem: secundùm quam rationem de ipsa in præsenti Aristot. præcipuè disseruit: vel secundùm ea, quæ aliquatenus circa eadem idem Philosophus innuit, dicturi postea in libris de Anima de cæteris quæ ibidem discuti solent.

QVÆSTIO I.

An sit nutritio, & in qua actione, & mutatione consistat?

QVia nutritio, sicut & generatio potest dupliciter considerari: primò, vt habet rationem actionis, secundò, vt est mutatio: ideòm titulo non solùm inquiritur in qua actione; sed etiam in qua actione & mutatione consistat, vt ita natura eius melius dignosci possit.

§ 1.

Ex mente Arist. & D. Thom quæstio quoad priorem eius partem decidituv.

2 DIcendum est primò, reverà dari nutritionem. Ita Arist. in hoc libro c. 1. & 2. de Anima text. 43. & 47. D. Augustinus lib. de vera religione; qui habetur in primo tomo capite 40. his verbis: *Alimenta carnis corrupta, id est amittentia formam suam, in membrorum fabricam migrant.* D. Thom. in 2. dist. 30. quæst. 2. art. 1. in 4. dist. 44. quæst. 1. art. 2. quæstiuncula 4. & in hoc libro cap. 5. & 1. p. quæst. 119. ar. 2. vbi postquam oppositam sententiam dixit esse multiplicitet irrationabilem, concludit: *Et idò dicendum est, quòd alimentum*

verè conuertitur in veritatem humanæ naturæ, in quantum verè accipit speciem carnis, & essis, & huiusmodi partium: & hoc est quod dicit Philosophus in 2. de Anima, quòd alimentum nutrit, in quantum est potentia caro. Quos sequuntur omnes Theologi, & Philosophi contra Magistrum in 2. distinct 3.

3 Probatur primò, ratione desumpta ex Aristot. & D. Thom. citatis: nam experimur animalia deperdere per continuam actionem caloris naturalis partem substantiæ, quam habent: maximè verò dum in grauem morbum incidit, postea verò mediante alimento noua partes substantiæ acquirere, per quarum acquisitionem damnum illud reparatur: ergo signum est alimentum illud verè transire in substantiam aliti, & consequenter dari ibidem veram nutritionem in hoc transitu, seu conuersione consistentem (vt statim explicabimus.) hæc vltima consequentia ex se patet: prima verò ex anteecedenti, quia medianre alimento non posset damnum illud reparati, nouaque pats substantiæ viuæ acquiti, si alimentum sub proprta specie maneret, & in substantiam viuam aliti non conuertetetur.

Secundò, ptobarur ratione S. Doctoris 1. par. vbi suprà, quia virtus actiua quæ est in semine animalis, vel viuentis, ad generandum alitud viuens, aut animal, est quædam impressio detiuata ab anima generantis, vt ex se constat: ergo sicut ex virtute, quæ est in semine deriuata à viuente, vel animali, verè introducitur forma viuentis, aut animalis in materia, ita multò magis potetit anima seu animal, per alimentum sibi coniunctum introduceere proprtam formam, ac proiude alimentum illnd conuertetur in substantiam aliti, dabiturque ibidem vera nutritio.

Hæc postetior consequentia non indiget ptobatione, priot verò etiam constat, qui non potest semen esse maioris virtutis in agendo, quàm ipsa anima, à qua deriuatur: si ergo ex virtute seminis verè assumit aliqua materia formam animalis, multò magis poterit ipsa anima in alimentum coniunctum operari, & illud in proptiam substantiam per potentiam nutritiuam conuertere.

Sed obiicies cum Magistro illud Matthæi. 15. Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & per fuce essum emittitur: sed quod sic emittitur, non transit in substantiam aliti, vt ex se constat, & communiter docent Philosophi, & Medici: ergo, &c.

4 Secundò, si alimentum transiret in substantiam aliti, tunc quidquid in animali deperditur, restaurare posset per illud, sed hoc est falsum: ergo, & cætera. Sequela videtur certa, quia tantum posset sumi de alimento, quantum deperditum est animali. Minor verò etiam videtur perspicua, quia aliàs posset animal per sumptionem alimenti contra mortem se perpetuò tneti, ita, vt numquam per resolutionem, & consumptionem humidi radicalis perirer: quod tamen vt experientia constat, est apertè falsum.

Tertiò, quia vt Medici communiter restantur, humidum radicale ad veritatem naturæ humanæ pertineus restaurari nequit, sed eo pereunte perit etiam animal: si autem alimentum in substantiam viuentis conuertetetur, posset vtique restaurari per conuersionem illius in ipsum humidum radicale: ergo, &c.

Ad primam ex his obiectionibus respondet D. Thom. 1 par. vbi suprà, in hæc verba: *Dicendum quod Dominus non dicit, quod totum quod in os intrat, per succeſſum emittatur: sed oportet quòd de quolibet cibo aliquid impurum per secessum emittatur: vel potest dici, quod quidquid ex alimento generatur, potest etiam per calorem naturalem resolui, & sic potest quæsdam oculos emitti, vt Hieronymus exponit.*

Ad secundam neganda est sequela, & ad probationem occurrit: D. Thom. loco proximè citato, his verbis: *Dicendum, quod omnis virtus in corpore passibili per continuam actionem debilitatur, quia eiusmodi agentia etiam patiuntur, & tdè virtus conuersiua in principio quidem tam fortis est, vt possit conuertere non solum quod sufficit ad restaurationem deperditi, sed etiam ad augmentum: postea verò non potest conuertere nisi quantum sufficit ad restaurationem deperditi, & tunc cessat augmentum: demum nec hoc potest, & tunc fit diminutio deinde deficiente huiusmodi virtute totaliter, animal moritur, sicut virtus vini conuertentis aquam admixtam paulatim per admixtionem aqua debilitatur, vt tandem totum fiat aqueum, vt Philosophus exemplificat 1. de generatione.*

5 Ad tertiam concessa maiori negnda est minor, cuius rationem tradit Angel. Doct. loco citato in solutione ad 3. dicens. *Ad humidum radicale intelligitur pertinere totum id, in quo fundatur virtus speciei: vnde si subtrahatur, restitui non potest, sicut si amputetur manus, aut pes vel aliquid huiusmodi, sed humidum nutrimentale est, quod nondum peruenit ad suscipiendum perfectè naturam speciei, sed est in via ad hoc sicut est sanguis, & alia huiusmodi: vnde si talia subtrahantur, remanet adhuc virtus speciei in radice, qua non tollitur.* Sed de his itetum in lib. de Anima sermo ex parte tedibit, vbi explicabimus in quo sensu dicatur sanguinem, & alia huiulmodi, non participare perfectè naturam speciei. Et hæc de prima quæstionis parte.

§. II.

Resolutio quæstionis quoad secundam eius partem.

6 VT autem deeisio secundæ partis huius quæstionis melius capitur, prænotandum est cum Galeno libr. 4. de vsu partium, cap. 5. plures alterationes, & mutationes interuenire ad hoc, vt animal nutriatur, vel augeatur. Cætetùm, quia de his latiùs in libris de Anima dicendum est, ideo eas in præsenti non numerabimus.

Dicendum est secundò, quamuis plures, & diuersæ alterationes, & mutationes præcedant nutritionem, vt masticatio, concoctio cibi, & cætera, de quibus in libris de Anima latiùs dicemus: nihilominus nutritio, provt est actio & productiu, consistet in alreratione illa, per quam alimentum virtute potentiæ nutritiuæ, & animæ, vltimatè disponitur ad hoc, vt conuertatur in substantiam viuam aliti: at vt habet rationem mutationis, est transitus materiæ eiusdem alimenti in substantiam viuam aliti. Assertio hæc quoad vtramque partem est Diui Thomæ locis 2. Physicorum disput. 10. numer. 22. & 72. citatis: quoad ptiorem verò est communis inter omnes Pbtlosophos.

7 Et in primis quoad ptimam partem, scilicet quòd nutritio, vt actio consistat in prædicta alteratione, probatur ratione, quam innuit Arist. 2. de Anima, & Doctor Angelicus ibidem lectione 7. & 9. necnon 3. part. quæst. 119. articul. 2. nam sicut anima est principium generandi sibi simile secundùm speciem per potentiam generatiuam, ita est principium nutriendi animal, vel viuens conuertendo alimentum in proptiam substantiam viuam per potentiam nutritiuam

usm ac proinde generandi aliquo modo sibi simile secundùm vultatem numericam: ergo sicut generatio, provt actio, & productio similis secundùm speciem consistit in alteratione illa per quàm vltimatè dispositiones antecedentes disponunt materiam ad recipiendam eandem formam secundùm speciem: ita nutritio, provt est productio & actio conuersiua alimenti in substantam aliti, & consequenter vt est actio Generatiua, seu, vt meliùs dicamus, aggeneratiua similis secundùm numerum consistet in alteratione iam dicta, provt vltimatè alterat, & disponit alimentum in ordine ad receptionem ptædictæ formæ.

8 Ex quo etiam secunda pars eiusdem assertionis constat: nam sicut generatio similis secundùm speciem, provt est mutatio, consistit in transitu illo, per quod materia disposita transit à priuatione formæ viuentis ad eandem formam secundùm speciem, ita partialis generatio viuentis simillis secundùm numerum, provt habet rationem mutationis, consistit in transitu illo, quo materia alimenti iam disposita transit ad eandem numero formam, per quam alitum viuet.

Dixi mus, *materia alimenti*: nam sicut pro generatione totali viuentis similis secundum speciem, verbi gratia equi, solùm potest disponi materia seminis, & ideo sola ipsa potest in prima generatione transire ad formam æqui: ita pro generatione partiali viuentis simillis secundùm numerum, tantùm potest connaturaliter disponi materia alimenti, ac proinde sola ipsa potest in prædictam summam transire.

Sed obijcies primò ignis reuerà nutritur, & tamen nutritio illa non est actio productiua substantiæ viuæ, vt mutatio in eandem substantiam viuam: ergo de ratione nutritionis non est, quòd sit conuersio, aut mutatio in substantiam viuentem aliti. Minor cum consequentia satis patet: maior verò probatur ex eo, quòd ignis conuertit combustibilia in propriam substantiam, per virtutem intrinsecam, scilicet per ealorem, & propriam formam substantialem: vnde approximato omninò combustibili reparat per conuersionem eius in propriam substantiam damnum sibi à contrariis illatum, & & deficiente hoc pabulo deficit statim.

9 Secundò obijcies, quòd aggeneratio viuentis est actio conuersiua in propriam substantiam viuentis, & mutatio in illam per virtutem intrinsecam; & nihilominùs differt à nutritione: ergo nutritio non consistit in actione, aut mutatione ptædictis. Consequentia cum maiori videtur legitima: minor verò probatur quia aggeneratio est productio substantiæ partialis, quæ sit minor, aut æqualis eum parte substantiæ disperditæ: nutritio verò est productio substantiæ partialis maioris, quàm sit illa, quæ deperdita fuit ex eo quòd semper concomitatur augmentationem productiuam maioris quantitatis, & consequenter potentem, vt actio terminata ad substantiam, & illam concomitans sit productio maioris partis substantiæ: ergo aggeneratio distinguitur specie à nutritione. Patet consequentia, quia substantia, vt mainr distinguitur in ratione termini à substantia minori, vel æquali, & ideo terminat distinctas specie actiones, sicut ob banc rationem quantitas, vt maior, & minor illas terminant

10 Tertiò, contra rationem pro assertione factam obijcies, quòd agens, & terminus productus debent distingui saltim realiter numericè: ergo nutritio non erit conuerso, aut mutatio in eandem numero substantiam aliti: Patet consequentia, quia alioqui terminus illius, neque etiam partialiter numericè distinguitur ab agente; scilicet à nutriente seipsum: nam cùm substantia non habeat partes intra propriam lineam sed solùm intra genus quantitatis, vt in Logica disputatione 13. num. 30. & deinceps dixi mus: fieret inde, vt si semel alimentum conuerteretur per nutritionem in eandem numero substantiam, quòd terminus substantialis per illam productus non distingueretur nec etiam partialiter numericè ab ipso agente, quod se nutrit.

Ad primam ex his obiectionibus respondetur, ignem, aut quoduis aliud inanimatum proprièe, & in rigore loquendo, non nutriri, sed sola viuentia: vt docet Aristoteles in secundo de Anima text 46 his verbis: *Quoniam autem nihil alitur, nisi participans vitam, animatum vtique erit corpus quod alitur in quantum animatum.* Et D. Thom. ibidem in hæc verba: *Dicit ergo primò, quod nihil nutritur, quod non participet vitam: omne autem participans vitam est animatum: sequitur ergo, quòd corpus quòd alitur, est animatum.* Et infrà: *Considerandum est autem quod nihil proprièe nutritur, nisi animatum*: & idem docet in hoc libro lectione 17.

Nec contra hoc obest probatio ibidem adducta, quoniam vt disputatione sequenti dicemus, actio illa combustiua ignis per accidens terminatur ad conuersionem combustibilis in eandem numero substantiam cum igne generante, per se autem solùm ad generandum alium ignem, qui solùm sit idem secundùm speciem, nutritio autem, quæ proprièe, & in rigore habet rationem talis, per se rendit ad conuertendum alimentum in eandem numero substantiam cum nutriente.

11 Ad secundum, concessa maiori, & minori, neganda est consequentia, quia hìc non loquimur de nutritione, vt distincta ab aggeneratione, sed vt ambit illam: vnde vt optimè notauit Magister Bañez in hoc lib. c. 5. q. 1. conel. 3. vnà cum pluribus aliis Thomistis, nutritio dupliciter accipi potest, vno modo pro qualibet conuersione alimenti in substantiam aliti, siue sit maior, siue minor, siue æqualis modo tamen infrà à n. 21 dicendo, cum deperditione alimenti, & hoc modo sumpsit illam Aristot tex. 41. dum dixit, quòd *Quando vsalnum manet animal, etiamsi decretionem habeat, alitur, sed non semper accrescit*: quia vt experientia constat, in discursu vitæ aliquando acquiritur substantia, quæ est maior, aliquando substantia, quæ est minor, vel æqualis: alio modo accipitur pro conuersione cibi in substantiam aliti, quæ sit maior quàm illa, quæ deperdita fuit: secundum quam rationem solum inuenitur nutritio, quando viuens augetur: quare licèt nutritio secundum hanc posteriorem rationem consideratam distinguatur ab aggeneratione, & eam à suo concepto excludat, quia terminatur ad substantiam, vt maiorem maioritate radicali virtuali, in potentia, vt infrà magis explicabimus; non tamen secundùm priorem secundùm quam à nobis diffinita est.

Ad tertiam patebit ex his, quæ infrà, quæst. 3. dicemus.

QVÆSTIO II.

An nutritio realiter distinguatur ab augmentatione?

1 POstquam explicuimus in qua actione, aut mutatione consistat, nutritio, restat, vt explicemus, an non scitum ratione ratiocinata, verum etiam realiter distinguatur ab augmentatione; Cuius quæstionis resolutionem etsi in Logica ad libros de

Anima remissimus: quia tamen hic etiam propriam sibi sedem vendicat, & cum his, quæ in hac disputatione dicuntur, magnam connexionem habet, nec sine ea nutritionis natura perfectè dignosci potest, ideò anticipata solutione promissa soluimus.

§. I.

Sententia negans.

13 PArtem negantem tuentur Matsil. 1. lib. de Generat. q. 10 Albert. de Saxonia, ibidem q. 9. Venetus cap. 9. eiusdem lib. Vallesius 5 Phys. cap. 2. & contr. 19. ad Tytones. Probatur primò testimonio Arist. in hoc lib. c. 5. text. 41. vbi ait: *Etenim sic differunt nutrimentum, & augmentatio ratione*, & mox iuxta translationem Vatabli subditur: *Nutritio idem quod accretio existit, ratio tamen est diuersa*, &c.

Secundò probatur ratione, nam eadem est actio, quæ terminatur ad substantiam partialem, extendi ut secundariò ad quantitatem partialem, per quam substantia ipsa augetur: ergo nutritio, & augmentatio, non erunt duæ actiones realiter distinctæ, & consequenter nec duæ mutationes. Prima consequentia patet, quoniam actiones non multiplicantur realiter, nisi termini primatij eatum multiplicentur: ex quo secunda consequentia etiam constat: nam actio, & passio & motus sine mutatio, identificantur realiter, atque adeo si nutritio, & augmentatio, vt sunt actiones, non distinguuntur realiter, neque etiam in ratione mutationis erunt realiter distinctæ. Antecedens autem probatur: nam quantitas illa partialis habet se per modum passiouis respectu substantæ partialis per nutritionem productæ: ergo sicut ob hanc rationem quantitas totalis producitur per eandemmet actionem, per quam substantia totalis, & ab eademmet substantia, per naturalem dimanationem resultat, ita quantitas partialis fiet per eandem actionem, per quam substantia partialis attingitur, scilicet per nutritionem, & ab eadem substantia resultabit.

§. II.

Sententia Aristotelis, & D. Thomæ.

14 Dicendum tamen est, nutritionem, & augmentationem, tam vt actiones, quàm vt mutationes, realiter inter se distinguì. Ita Arist. & D. Th. tum in 5. Physic. vbi docent, augmentationem esse verum motum strictè dictum, atque adeo veram actionem per se terminatam ad maiorem quantitatem, & distinctam à qualibet alteratione, siue illa sit productiua substantiæ, siue non: tum etiam in hoc lib. lectione apud D Thom. 16. quos communiter sequuntur ea teri Philosophi.

Probatur primò ratione, quam innuunt Arist. & D. Th. in hoc lib præcipuè verò c. 5. & in 2. de Anima cap. 4. lect. 9. text. 47. nam nutritio & augmentatio, tam vt actiones, quàm vt mutationes recipiuntur in subiectis realiter distinctis: ergo realiter inter se distinguuntur. Consequentia est apetta: antecedens verò probatur, nam nutritio, vt actio, subiectatur in alimento corrumpendo, ex eo quòd terminus primarius illius, scilicet vltima dispositio, antecedens, in eo subiectatur: at vt mutatio, & transitus immediatus ad formam substantialem aliti, recipitur in materia prima: augmentatio verò, tam motus, quàm vt actio, recipitur in toto composito, quod augetur.

15 Secundò probatur ratione alia desumpta ex eodem Arist. & D. Tho. nam illæ actiones, vel mutationes distinguuntur realiter, quarum termini primarij & immediati distinguuntur realiter; sed termini primarij, & immediati nutritionis, & augmentationis, tam vt actiones, quàm vt mutationes sunt, distinguuntur realiter: ergo etiam ipsæ. Maior communiter admittitur à Philosophis: minor verò explicatur, & probatur sic. Nam terminus primarius nutritionis, vt actio, est dispositio illa, per quam modo alibi dicto vltimarie disponitur materia alimenti pro transitu illius in substantiam aliti: terminus verò immediatus, & primarius eiuldem, vt habet rationem mutationis substantialis est forma substantialis viuentis, iam præexistentis, in cuius substantiam prædictum alimentum conuertitur: similiter terminus primatius, & immediatus augmentationis, tam vt est motus, quam vt actio, est maior quantitas viuentis: quia semel producto viuente, intenditur per se primò à natura, quòd fiat maius, atque adeo habeat maiorem quantitatem, à qua formaliter communicantur substantiæ partes, & esse maiorem, vt ita possit exercere debitè suas operationes quas tamen sine illa debite, & perfectè exercere non potetat.

16 Nec obstat si contra hanc rationem obiicias, tùm, quòd actio non specificatur, aut distinguitur penes habitudinem ad terminum, sed penes habitudinem ad principium elicitiuum illius, vt docet D Th. 1.2. quæst. 1. ar 3. & 1. part, qu. 14. art. 5. ad tertium: ergo ex hoc, quòd termini nutritionis, & augmentationis sint distincti realiter, malè colligitur easdem in ratione actionis consideratas distingui realiter: tum etiam, quòd si semel producto viuente per se primò intenditur à natura augmentatio illius, fiet inde, vt productio nouæ substantiæ tantùm intendatur secundariò, & vt sit subiectum nouæ quantitatis, atque adeò nutritio non distinguetur realiter ab augmentatione, sed substantia illa secundariò per eam producetur? quandoquidem id, quod secundariò intenditur, non producitur per propriam actionem, sed per illam, per quam producitur id, quod per se primò intenditur: tùm denique substantiam in prima productione, seu generatione viuentis per se primò intendi à natura, & nihilominùs non ideò fieri per propriam actionem distinctam ab alteratione præcedenti: ergo ex eo, quòd quantitas per se primò intendatur, non benè colligitur fieri per actionem, sibi propriam & distinctam à nutritione, vel quauis alia actione.

17 Non itaque hæc obstant, non quidem primum: nam hic loquimur de actionibus causatum particularium, in quibus, vt notauit Bañez 1. p. q. 77. art. 3. in idem redit quòd specificatio, & distinctio actionis sumatur à principio, vel à termino, quia in his causis quoties dantur termini specie, & realiter distincti, dantur etiam principia specie, & realiter distincta, & è contra, vt patet in calefactione, & frigefactione, vt in Logica disp. 26. n. 12. diximus.

Nec etiam secundum: nam ex hoc, quòd natura per se primò intendat quantitatem maiorem, non sequitur non intendere alia intensione etiam primaria nutritionem, & eius terminum, atque adeò substantiam, vt proximè capacem maioris quantitatis, quamuis hæc posterior intento substantiæ secundum prædictam rationem sit subordinata illi priori intensioni maioris quantitatis, vt in Logica disp. 15. nu. 35. retigimus: nam ibidem dicta iuxta hæc debent intelligi, vt intuenti patebit. Et ita debet ibidem interuenire alia actio realiter distincta, quia cùm augmentatio non sit per se productiua qua itatum disponentium pro conuersione alimenti in substantiam aliti, nam qualitates

qualitates istæ sunt termini per se alterationis, oportet dari aliam actionem alterativam, per quam producantur, maximè, quia substantia, vt proximè capax maioris quantitatis, debet in exequutione produci absolutè, & simpliciter priusquam quantitas, vt maior, & ita non potest fieri secundariò & resultatiuè per prædictam actionem augmentativam.

18 Nec tandem tertium, quoniam substantia non habet omnia requisita ad hoc, vt ab agente naturali fiat per actionem sibi proprtiam, sed solùm per naturalem resultantiam, & actionem per se primò terminatam ad aliquod accidens, vt 2. Physic. disputatione 10. num. 68. ac 69. & deinceps; & in hoc libro disput. 2. num. 16. & sequentibus diximus, & ideo licèt sit terminus primatios intensionis rei operantis, & naturæ, non tamen ipsius operis. Cæterùm, quia quantitas maior habet omnia requisita ad hoc, vt fiat per propriam actionem, vt 5. Physic. disp. 22. num. 9. ostendimus, ideo saltim quoties per se primò intenditur à natura vt in præsenti contingit, potest, & debet esse terminus primarius intensionis operantis, & operis, & consequenter fieri per propriam actionem à quauis alteratione distinctam.

§. III.

Satisfit argumentis sententiæ negantis.

19 AD primum pro prima sententia respondetur, nutritionem, & augmentationem differre, tum ea parte terminotum ad *quos*: tum etiam ea parte subiecti inhæsionis: tum denique ea parte subiecti circa *quod*, seu materiæ circa *quam*, & ea primo & secundo capite distingui essentialiter, & realiter modo iam explicato, ea posteriori vero sola ratione, quoad prædictam materiam circa quam dumtaxat. Nam alimentum, vt est in potentia caro, est materia proxima, circa quam versatur nutritio, vt actio, & idemmet, vt est in potentia caro quanta, habet rationem materiæ, ad quam dicit ordinem augmentatio, & ita ex parte huius materiæ non differunt realiter. Aristoteles ergo in testimonio citato solùm explicuit hanc vltimam diuersitatem, eum quo tamen stat posse nutritionem, & augmentationem ea aliis capitibus distingui essentialiter, & realiter, vt explicatum est.

20 Desumiturque hæc solutio ex Aristot. & D. Thom. ibidem lect. 17. nam loco priorum verborum, quæ in argumento referuntur, inquit iuxta aliam translationem: *Etenim sic differunt cibus, & augmentatiuum ratione* Loco vero posteriorum verborum sic iuxta eandem translationem, ait: *Et nutrimentum augmentationi idem est quidem: esse autem aliud: secundum enim quod est id, quod aduenit potentia quanta caro, augmentatiuum carnis est: secundum id autem, quod solum potentia caro, nutrimentum.* Vbi D. Thom. sic ait *Ostendit differentiam inter ipsum augmentum, & nutrimentum, & dicit, quod nutrimentum est idem ipsi augmento: esse autem in eis aliud: quasi diceret sunt idem subiecto, sed differunt ratione: in quantum id, quod aduenit, est in potentia ad virumque, id est ad hoc quòd sit quanta caro secundum hoc est augmentum carnis: in quantum verò est in potentia ad hoc solum quòd sit caro, secundum hoc est nutrimentum, aut cibus, vt suprà expositum est.* scilicet lectione 6. §. *Comparat augmentum*, & lectione 7. §. *Concludit differentiam eius, quod auget, & augetur* Vbi, vt vides, solùm loquuntur Aristot. & D. Thom de alimento, quod est materia circa quam, & subiectum *quod* possem transmutandum, vt in §. citato magis S. Doctor id explicat.

Ad secundùm respondetur negando antecedens: ad probationem dicendum est, quantitatem partialem non esse passiuum subiantiæ vt partialis, sed potiùs ipsa substantia, vt pars, est effectus formalis eiusdem quantitatis, quamuis eum hoc stet vt sit accidens connatutale eiusdem substantiæ, quæ aliàs est pars, & conueniens illi ratione materiæ, vt in Logica disp. 9. num. 19. vidimus. Cæterum, hæc accidentia quando per se primò intenduntur à natura, & habent omnea conditionea per se requisitas ad terminandum motum, vt in præsenti contingit, possunt fieri per illum.

QVÆSTIO III.

Vtrum terminus Nutritionis sit substantia viuentis, vt intra lineam substantia habet rationem partis vel quisnam ille sit?

21 IN titulo aliquid vtcctiõ supponimus, & aliquid in dubium vocamus, supponimus enim, substantiam partialem viuam denuò per calorem naturalem, & potentiam nutritiuam ex materia alimenti factam, quæque vnum per se sit cum viuente, esse terminum nutritionis. Dubitamus autem, an esse partialem conueniat illi intra propriam lineam, & consequentet an sola substantia, quæ aliàs est pars, an vetò ipsa vt formaliter pars, sit terminus per se nutritionis.

Et licet quæstio hæc fetè dicisa maneat ex his, quæ in Logica disput. 13. quæst. 1. diximus, vbi ostendimus, nullam substantiam habere distinctionem, seu pluralitatem partium entitatiuarum intra propriam lineam, etiamsi ei concedantur cum dependentia à quantitate tamquam à conditione, siue connaturali, siue indispensabili, sed eas habere solùm à quantitate. vt à veta causa formali, & intrinseca, atque adeo extra suam lineam: nihilominùs quia propriam sedem in præsenti habet neque ibi ea quæ ad terminum nutritionis spectant, debebant, aut poterant exactè explicari, & alioude doctrina ibidem tradita valde difficilis aliquibus visa est, ideò vt eam magis illustremus, & quibusdam obiectionibus, quæ adhuc aduersatios magis conuincunt, occurramus, quatuor quæstiones sequentes nunc exercitamus. Curabimus tamen ne tam actum iterum agamus, sed ea solùm, quæ ibidem per sagi non debeant, hìc petagantur.

§. I.

Proponitur prior sententia.

22 PRima sententia asserit, substantiam materialem habere partes substantiales intra propriam lineam, seu à se, ac proindè terminum nutritionis esse substantiam viuentis vt partialem, formaliter, & tedupliceatiue intra propriam lineam, & genus substantiæ. Et licet auctores huius sententiæ inter se differiminentur in hoc, quòd alij ad hoc petant quantitatem tanquàm conditionem connaturalitet requisitam: alij vero tanquam conditionem indispensabiliter desideratam: alij autem ad hunc effectum nullo modo quantitatã expetcant; nihilominùs omnes conueniunt in hoc, quod substantia materialis ita habet partes entitatiuas intra propriam lineam & genus substantiæ, vt non habeat eas à quantitate tanquam à causa formali intrinseeè, sed à se, atque adeo terminum nutritionis esse substantiam viuentis partialem, vt intra propriam lineam substantiæ, & non à quantitate, tanquam à causa formali intrinseca habet rationem petis entitatiuæ Hanc sententiam quoad id, in quo omnes eius sequaces adunantur, renent plures, & graues Philosophi, quos in Logica disput. citata pro priori sententia retulimus.

23 Et quidem secuodam eius partem sic probant ea priori, nam cùm terminus nutritionis debeat esse substantia partialis secundùm substantiale quod est in illa, ea eo quòd nutritio est actio per se terminata ad solum genus substantiæ, consequens est, vt si substantia tota propriam lineam habet modo dicto partes, tunc terminus illius sit eadem substantia, quatenus reduplicatiuè loquendo, intra propriam lineam est partialis.

Prior verò quoad id, in quo omnes conueniunt, præterquam quòd pluribus argumentis loco citato ab eisdem autoribus probata est, nihilominùs potest sic denuo in primis corroborari duplici testimonio D. Th. quorum primum habetur. 1 2. q 17. art. 4. in corp. *Totum in genere substantia compositum ex suis partibus vel integralibus, vel essentialibus, est vnum simpliciter: nam totum est ens & substantia simpliciter, partes vero sunt entia, & substantia in toto.* Ergo apertè sentit totum substantiale habere partes integrales intra propriam lineam substantiæ, alioqui totum istud non esset vnum simpliciter, quippe non coalescens ex his solum, quæ ad genus substantiæ pertinent.

24 Secundum verò testimoniom desumitur ex 3. part. quæst. 76 art. 1. ad 2. his verbis: *Dicendum, quod ex vi Sacramenti in hoc Sacramento continetur quantum ad speciem panis non solùm caro, sed totum corpus, scilicet ossa, nerui, & alia huiusmodi.* Quare cùm ex vi sacramenti nó contineatur sub speciebus panis, aut vini nisi tantùm id, quod pertinet ad lineam substantiæ, non verò quantitas, vt docet idem D. Th. art. 4 eiusdem quæst. his verbis. *Ex vi quidem Sacramenti quantitas dimensiua corporis Christi non est in hoc Sacramento, ex vi enim Sacramenti est in hoc Sacramento illud, in quod directè conuersio terminatur: conuersio autem, quæ fit in hoc Sacramento, directè terminatur ad substantiam corporis Christi, non autem ad dimensiones eiusdem* Fiet inde, vt partes corporis Christi, scilicet caro, ossa, & nerui ea vi Sacramenti ibidem contentæ habeant intra propriam lineam rationem partium, atque adeo non à quantitate tanquam à causa formali intrinseca.

Confirmatur primò ex alio testimoolo, quod disp. citata no. 24 & 25 ex D. Th. tetigimus, quodque desumitur ex 2. 2 dist. 30. q. 2. art. 1 vbi agens S. Doct. de modo, quo alimentum in vnitatem humanæ naturæ transit, sciutat opinionem aliquorum, qui (vt ipse loquitur) imaginantur indiuisibilitatem materiæ carentis omni quantitate ad modum puncti, & simul dicunt, quamlibet materiam, licèt indiuisibilem, posse recipere quantamlibet quantitatem, at si semel substantia, & consequenter materia non habet partes intra propriam lineam, substantiale, imaginatur prædicta materia ad modum puncti potentis recipere quamlibet quantitatem quantumuis magnam: quia cùm ponatur indiuisibilis intra propriam lineam, & consequenter non patiens additionem, aut diminutionem, intra illam ponitur indiuisibilis ad modum puncti, & simul potens recipere quamlibet quantitatem in materia receptibilem.

25 Nec videtur sufficere id, quod in Logica disp. cit. n 34. ex eodem Aug. Doct. diximus, scilicet materiam non recipere quantitatem, nisi mediante forma, hanc autem determinare sibi ectiam quantitatem nam contra hoc est, tum quod materia ex se vt præuenit quantitatem, ac effectum eius, est indifferens, & potens ad omnes formas saltim sublunares: ergo etiam erit indifferens, & potens ad quamlibet quantitatem corporum sublunarium, quantumuis magnam. Patet consequentia, quoniam quod est in potentia ad formas, est in potentia ad quantitates illarum. Tum etiam quia alioqui materia, quæ est sub forma Petri pueri, posset recipere absque alia additione substantiali vltetiorís materiæ totam quantitatem, quam idem Petrus iam vir factus habere potest, quippe cùm tota illa quantitas sit debita formæ indiuisibili eiusdem Petri; at hoc falsum est, vt experientia docet: ergo, &c.

Deinde probatur ratione primò, quia ex opposita sententia sequeretur substantiam, V. G. lapidis secundum ea, quæ intra propriam lineam dicit, seu secundum ea quæ intra se intra proprium genus substantiæ importat, esse totam sub tota quantitate, & totam sub qualibet parte illius; hoc autem admitti nequit: ergo, &c. Sequela videtur euidens: nam id quod est indiuisibile, & partibus caret, decet esse secundum se totum sub tota quantitate, & sub singulis partibus quantitatis, sub quibus est; alioqui iã haberet partes & totalitatem ex eis coalescentẽ, ratione quarum esset totum sub tota quantitate, & pars sub parte: ergo si substantia, quæ est sub quantitate, & partibus eius, non habet secundùm se, & intra genus substantiæ partes eotitatiuas, consequens est, vt secundùm totam suam entitatem sit tota sub tota quantitate, & tota sub quauis eius parte. Falsitas autem consequentis etiam constat, quia iuxta doctrinam D. Thom. 1. p. quæst. 76. artic. 8. & communem Thomistarum sententiam, sola anima rationalis, & animæ animalium perfectorum sunt indiuisibiles, non verò aliæ formæ & multò minus materia prima, ac proinde solùm prædictæ formæ erunt totæ sub tota quantitate, & totæ sub qualibet parte illius.

Secundò, nam si Deus duplicem virgam duplicis arboris eiusdem speciei antea discontinuam continuaret, ita vt vna, & eadem virga ex vtraque coalesceret, tunc virga illa non posset non habere partes substantiales, & intra lineam substantiæ, ac proinde non à quantitate tanquam à causa formali intrinseca: ergo eum in hoc per sit ratio in qualibet alia substantia materiali dicendum est omnes illas habere partes intra lineam substantiæ. Consequentia non indiget probatione.

26 Antecedens autem probatur: nam duæ illæ virgæ erant antea in ratione substantiæ, & intra illius lineam realiter substantialiter distinctæ, vt ea se constat: ergo etiam postquam facta est illa vnio, & contiouatio, erunt substantialiter, & intra propriam lineam distinctæ: quippe eom maneant cum propria entitate substantiali, & essentiali, quam habebant, & ad summom solùm acquirant nouum esse subsistentiæ, & existentiæ, ergo cùm non distinguantur intra illam vt totum, & totum, distinguentur vt pars, & pars. Patet hæc vltima consequentia: nom quidquid pertinet ad aliquam lineam, & iorta illam distinguitur ab alio, cum eoque constituit vnum quid, non potest non distiogui ab illo intra eadem lineam, vt pars & pars.

Tertiò, nam si Sacerdos consectet medietatem hostiæ à se designatam, tunc ea vi consecrationis desinet esse in illa medietate consecrata substantia panis; non verò in alia, vt in materia Eucharistiæ communiter docent Theologi: ergo substantia illa panis verè habebat duas medietates substantiales, alioqui non posset consecrari secundùm vnam, & non secundùm aliam.

Ex quo etiam videtur colligi non satisfacere id, quod in Logica vbi suprà num. 38 innuimus, scilicet sufficere ad hanc consecrationem, quòd substantia habeat partes, & sit extensa ab ipsa quantitate. Nam contra hoc est, quòd actio consecratiua non terminatur per se primò, & directè, nisi ad conuersionem substantiæ panis in substantiam corporis Christi: ergo medietas illa hostiæ, quæ manet consecrata, erat antea distincta intra lineam substantiæ ab altera medieta

medietate, quæ consectata non manet, & consequenter, in illa hostia erant antea plures partes intra lineam substantiæ, & non solùm beneficio quantitatis. Hæc vltima consequentia patet ex dictis. Prima verò etiam constat, quia alias idemmet intra lineam substantiæ realiter manetet, & non maneret, ac realiter conuerteretur, & non conuertetetur in substantiam corporis Christi.

57 Confirmatur primò, nam ea oppositio sequerétur, quòd si Deus separaret quantitatem à corpore Christi Domini, tunc posset substantia, quæ erat sub quantitate manus, conuerti; seu transubstantiari in substantiam, quæ erat sub quantitate pedis; hoc autem videtur absurdum: ergo, &c. Sequela patet, quia omnia substantialia, quæ ibi vna cum quantitate erant, remanent sublata quantitate, ac proinde conuersio substantialis, quo præcisè ad substantiam terminatur, eodem modo posset fieri, siue ibidem sit quantitas, siue non sit. Falsitas autem consequentis etiam constat, quia eum transsubstantiatio sit realis, & actualis mutatio petit quod terminus a quo & ad quem realiter actualiter distinguantur. Quare si substantia Christi quæ erat sub quantitate manus non distinguatur intra lineam substantiæ, seu à se, ab ea quæ erat sub quantitate pedis, consequens est, vt implicet fieri transsubstantiationem vnius in aliam.

Confirmatur secundò: nam si substantia intra propriam lineam, seu, à se non haberet partes entitatiuas, tunc idem esset terminus primarius consectationis panis, & vini: hoc autem est apertè falsum, vt communiter docent Theologi: ergo, &c. Sequela videtur perspicua, quoniam substantia corporis & sanguinis Christi, ea materia & forma eiusdem Christi Domini coalescens, esset vna & eadem absque distinctione partium entitatiuarum intra lineam substantiæ: ergo eùm ea vi cuiuslibet consecrationis debeat poni vt terminus primarius, prædicta substantia ex materia & forma Christi Domini coalescens, iam esset idem terminus primarius consecrationis panis, & vini.

58 Quartò: nam per nutritionem plantæ, V. G. revera producitur noua pars substantiæ: ergo terminus illius est substantia partialis, vt intra propriam lineam habet rationem partis per modum aplicato. Antecedens patet ex dictis, nam eùm per illam producatur substantia, & non totalis, alioqui esset generatio simpliciter, & non aggenetatio consequens, est, vt producatur substantia partialis. Consequentia verò etiam patet, quoniam termions nutritioni debet esse intra lineam substantiæ, ita vt non habeat secum esse formaliter, à quantitate, vt à causa formali intrinseca: ergo si talis terminus est substantia partialis, habebit vtique intra illam rationem partis substantialis & non à quantitate vt à causa formali intrinseca.

Confirmatur priùs natura datur nutritio, quàm augmentatio: ergo si nutritio terminatur ad substantiam partialem, necesse est, vt esse partialem conueniat illi intra propriam lineam, & non à quantitate, vt à causa formali intrinseca. Antecedens communiter admittunt omnes Philosophi, ex eo quod augmentatio terminatur ad quantitatem maiorem: nutritio verò ad substantiam, in qua talis quantitas recipienda est: at productio subiecti substantialis est prior quàm productio accidentis in eo recipiendi. Consequentia verò probatur, quia in illo priori nondum intelligitur quantitas, neque effectus eius formalis intrinsecus: ergo si in illo priori datur nutritio, & eius terminus; scilicet substantia partialis, non potest hoc illi conuenire intra propriam lineam substantialem, & consequenter non à quantitate tanquam à causa formali intrinseca.

59 Nec videtur sufficere id quod in Logica dispeditata n. 35. dictum est, scilicet, quòd quamuis dum planta nutritur, semper ibidem producatur noua pars substantiæ, attamen cum hoc cohæret terminum nutritionis, vt est mutatio substantialis neque esse substantiam vt totalem, neque vt partialem intra propriam lineam, sed vt habet rationem substantiæ potentis recipere partialem extensionem quantitatis, seu hoc quod est esse partialem: ita & in illo priori, & vt est terminus nutritionis, quatenùs mutatio est, non solùm non intelligitur pars actualis intra lineam substantiæ, verùm etiam neque intra lineam quantitatis, quamuis absolutè loquendo non possit esse ibi nutritio, quin sit augmentatio, & substantia illa fiat actu pars ob mutuam dependentiam in diuerso genere causæ, quam terminí harum mutationum, & consequenter mutationes ipsæ inter se habent.

Nam contra hoc est, quòd vel substantia illa, quæ dicitur fieri actu pars beneficio quantitatis, quæque vt terminus nutritionem, habet intra propriam lineam substantiæ esse potens recipere partialem extensionem quantitatis est realiter distincta intra propriam lineam a substantia quæ præerat in alito; vel non. Si primum: ergo non sit distincta ab illa tanquam totum & totum, intra eandem lineam, etit vtique distincta intra eam, tanquam pars, & pars vt in secundo argumento ostensum est: si verò non distinguatur realiter intra propriam lineam: ergo nequit esse terminus nutritionis.

60 Patet consequentia, quia ex quo capite nutritio est actio terminata ad substantiam, non potest non terminus illius esse intra lineam substantiæ; & quo capite talis terminus verè producitur, non potest non intra eandem lineam esse realiter distinctus à producente, scilicet à nutriente se ipsum; quandoquidem quiuis terminus, quatenus terminus & effectus est alicuius causæ, debet ab illo realiter distingui, aliàs non posset ab illo realiter produci.

Confirmatur primò; nam per nutritionem transit materia, quæ erat sub forma alimenti, in substantiam aliti & illi vnitur; at ante nutritionem, non solùm in ratione quantæ, & extensæ; sed etiam in ratione materiæ, & intra lineam substantiæ erat realiter entitatiuè distincta à materia, quæ præexistebat in alito, vt ea se constat: ergo etiam post nutritionem, & consequenter eùm facta nutritione non distinguantur intra lineam substantiæ; vt duæ materiæ totales, quippe quæ sunt vnitæ inter se distinguentur vt duæ partiales intra eandem lineam. Hæc vltima consequentia ea priori apertè sequitur, prior verò ex maiori, & minori liquet, oam quæuis res, quæ semel ab alia intra lineam substantiæ aut aliam lineam distinguitur, nequit non manere distincta ab alia, quandiu manet cum sua entitate & non conuersa in alteram: at materia illa alimenti manet cum sua entitate, & non conuersa in nutritum; vt communiter docent omnes Philosophi: ergo, &c.

61 Confirmatur secundò: quia per nutritionem, vt talem debet instaurari id, quod de substantia aliti deperditum est; at deperdita pars substantiæ, vt intra lineam substantiæ habet rationem partis: ergo id ipsum instaurabitur. Minor probatur, quia deperditum est aliquid pertinens ad lineam substantiæ, vt ex se patet; at hoc non erat quidquid substantiæ erat in illo individuo: ergo erat aliquid illius intra lineam substantiæ, & consequenter pars eius intra eãdem lineam.

Quinto, nam ex eo quòd vna substantia respiciat vnicam quantitatem totalem, & alia aliam, colligimus eas distingui ouneto per modum duarum substantiarum totalium: ergo, ex eo quòd vna, & eadem substantia totalis respiciat in vnica quantitate totali

plures, & diuersas partes quantitatiuas, infecemus esse in prædicta substantia distinctas partes substantiales, & entitatiuas. Patet consequentia, quia si ordo ad distinctam quantitatem totalem refundit in substantiam diuersam totalitatem, non est cur oido ad distinctas partes eiusdem quantitatis non refundat in vnicam, & eandem substantiam, quod in se distinctionem partium substantialium habeat.

§. II.

Testimoniis Aristot. D. Thom & aliorum stabilitur, substantiam materialem intra propriam lineam, seu à se non habere partes entitatiuas, atque adeo terminum nutritionis non esse substantiam partialem viuam, quatenus intra prædictam lineam habet rationem partis.

32 Nihilominus, sententia omnino opposita à nobis amplectenda est, atque adeò dicendum est primò, substantiam materialem non habere intra lineam substantiæ, seu à se, & intra genus eiusdem substantiæ, vllam distinctionem, seu pluralitatem partium entitatiuarum, etiam dependentes à quantitate, tanquam à conditione; sed quamcumque entitatiuam pluralitatem, & distinctionem formalem ei eodem prorsus modo, ac extensionem, à quantitate, tanquam à causa formali intrinseca prouenire, nonsecus, ac intra lineam suam, seu à se, & intra genus substantiæ non habet esse albam, nisi formaliter ab albedine, ac proinde terminus nutritionis nequit esse substantia partialis viua, vt intra prædictam lineam substantiæ, seu à se, & intra propriam genus habet rationem partis.

Assertio hæc, quoad posteriorem eius partem euidenter deducitur ex priori, quia ad hoc, vt terminus nutritionis esset prædicta substantia partialis, & viua, vt intra lineam substantiæ, seu à se, habet rationem partis, necessarium erat, vt substantia materialis à se, & intra propriam lineam haberet partes substantiales: quare si eas non habuerit, nequibit prædicta substantia vt intra propriam lineam habet rationem partis, esse terminus nutritionis.

33 Quoad priorem verò partem est Arist. 1. Phys. text. 13. vbi disputat contra Melissum asserentem esse vnicum tantummodò principium omnium rerum naturalium, & hoc esse infinitum sic ait: *Melissus autem, quod est infinitum, dicit esse quantum: itaque aliquid est, quod est: infinitum enim in quantitate est, substantiam autem infinitam, aut qualitatem, aut passionem esse, non contingit nisi secundum accidens, si simul & aliqua quantitates sint: infiniti autem ratio quantitati congruit, sed non substantiæ, neque qualitati: si quidem igitur substantia est, & quantũ, & duo, & non vnum est, quod est; si verò substantia solum non infinitum est, neque magnitudinem habebit.*

Quæ verba sic explicat D. Thom. ibidem lect. 1. *Hoc est contra positionem Melissi: posuit enim ens esse infinitum: vnde sequitur, quod sit quantum, quia infinitum, per se loquendo, non est, nisi in quantitate: sed substantia, & qualitas, & huiusmodi, non dicuntur infinita, nisi per accidens, in quantum scilicet sunt simul cum quantitate. Cùm ergo Melissus ponat ens infinitum, non potest ponere substantiam sine quantitate: si ergo est substantia & quantitas simul, sequitur quòd non sit tantum vnum ens, sed duo: si verò sit solum substantia, non est infinitum: quia non habebit magnitudinem, neque quantitatem.* Vbi, vt vides, iuxta Aristot. & D. Thom. mentem substantia creata à se, seu intra proprium genus non habet, neque habere potest infinitatem, aut vllam magnitudinem: si autem haberet à se propterias partes substantiales entitatiuas, posset secundum illas, si in infinitum multiplicentur, & ex eis vnica substantia fieret, esse infinita, & habere magnitudinem à se, & intra propriom genus, scilicet magnitudinem, & infinitatem substantialem: quare cum hanc denegent substantiæ, etiam denegant ei quod intra potrium genus, & à se habeat partes entitatiuas substantiales.

34 Quare idem S. Doct. iterum hoc testimonium Aristot. explicans 4. contra Gentes c. 65. & ibidem hanc nostram expositionem confitmans, deduxit ex eo substantiam ex se esse indiuisibilem in partes entitatiuas, & ita ait: *Nam remota quantitate substantia omnis indiuisibilis est, vt patet per Philosophum primo Physicorum* Quod etiam intulit 1. p. quæst. 50. art. 2. his verbis. *Materiam autem dividi in partes non conuenit, nisi secundum quod intelligitur sub quantitate, qua remota, remanet substantia indiuisibilis, vt dicitur primo Physicorum.*

Quod adhuc clariùs deduxit, & tradidit quodlib 9. quæst. 4. a. 1. dicens: *Impossibile est, quod vna materia contrarias, & disparatas dispositiones recipiat, nisi secundum diuersas partes: diuersitas autem partium non potest intelligi in materia non intellecta diuisione, neque diuisio non intellecta dimensione: quia substantia quantitate sublata remanet indiuisibilis, vt dicitur* 1. Phys. Ex hoc etiam docuit S. Doctor. 4. contra Gent. c. 67. vt vt infrà expendemus.

35 Vndetam Arist. quàm Doctor. Ang sequuntur Capreol. in 2. dist. 18. quæst. 1. a. 3. in solut. ad 4. his verbis: *Ad quartum dicitur, quòd posito tali casu, quod scilicet Deus separaret quantitatem à substantia, sine sit impossibile, quia de hoc multi dubitabant, substantia sic spoliata omni quantitate, non haberet partem distantem a parte, &c. partes enim substantiæ desinunt distare in illo casu, non per approximationem vnius ad aliam, sed quia desinunt esse partes. Et si replicetur contra hoc, quod Deus potest conseruare partes substantiæ destructo quolibet accidente, dicitur quòd illa non sunt pars materiæ, potest à Deo conseruari sine accidente absolutè, sed non in esse partis: quia sublata quantitate non haberet partes. Huiusmodi autem ratio est, quia nihil potest conseruari sine eo quod est de sua ratione: quantitas autem est de ratione partium, vt partes sunt: ideo implicat quod remaneant partes in esse partium sine quantitate tum, quia partes illa in esse partium non sunt priores quantitate: imò posteriores, licet, vt sunt substantia, sint priores quantitate realiter sicut lac est prius albedine, vt est quadam substantia: est autem posterius albedine in esse albi, quia albedo prior est albo, sicut forma effectiua formali, & sunt composite.*

36 Idem etiam tenet Caiet. 1. p. q 52. art. 1. vbi sic habet: *Si ponretur à forte remoueri quantitatem, oporteret consequenter fateri, quod non haberet partes integrales, scilicet cor, hepar, caput, & cætera quia remanerent substantia indiuisibilis.*

Ferrara 1. Physic. quæst. 4. his verbis: *Ponitur itaque ista conclusio, materia secundum se considerata non est diuisibilis in partes eiusdem rationis.* Et eam probat pluribus rationibus, & simul impugnat omnes solutiones, quibus aduersarij rationibus D. Thom. occurrere nituntur.

Soncin. 5 Met. q. 19. vbi sic loquitur: *Sciendum est, quod quantitas ponitur in materia, sine in substantia materiali propter duo: primum est, vt per quantitatem habeat substantia partes eiusdem rationis. Componitur enim qualibet substantia materialis ex pluribus diuersarum rationum, scilicet ex materia & forma, qua ex se diuersarũ rationum sunt, quia materia de se potentia est, forma*

forma verò actus: sed quòd materia & forma extensa habeat partes eiusdem rationis, ratio quæ ita se est, cui primò & per se conueniat habere tales partes, & esse diuisibilem in eas, non qualibet pars lineæ est linea & sic de aliis. Non enim qualibet pars aëris esset aër, nisi quia prius natura qualibet pars quantitatis est quantitas; non quòd quantitas aëris sit natura prior substantia aëris, sed quia prius natura habet partes eiusdem rationis: & ideo separata quantitate aëris ab aëre, aër non haberet partes eiusdem rationis.

37 Doctissimus Magister Ioannes Sanchez Sedenno ex Dominicana familia lib. 1. prædic. quæst. 1 5. concl. 7. vbi inquit, subsistantiam non à se, sed à quantitate habere distinctum, partium & ita loquens peculiariter de materia, ait: *Omnis pars, vel est essentialis, vel subiectiua, vel potestatiua, vel integralis, seu quantitatiua: sed partes materiæ non sunt essentiales, nec potestatiuæ, nec subiectiuæ, vt satis constat ex earum diffinitionibus: ergo sunt quantitatiuæ, & per consequens remota quantitate non habebit rationem partis, quia remota forma denominante remouetur effectus formalis, & denominatio quæ erat per talem formam.*

Quod etiam repetit adhuc clariùs ibidem. Nam cum sibi sic obiecisset: *Materia prius natura creatur, & est, quam quantitas: ergo prius natura habet partes formaliter, quam quantitas*: sic respondet: *Negatur consequentia quia formaliter habet partes per quantitatem, radicaliter autem habet id, vnde possit habere partes aduenientes forma & quantitate: sicut non valet, prius natura est aurum, quàm figura annuli: ergo habet esse annulum ante figuram: solum sequitur quòd est potentialitas, vt inde educatur annuli figura: & cum dicitur, quòd partes sunt substantia, formaliter non sunt substantia, sed id quod suscepit talem effectum, substantia est nimirum materia, sicut esse album, formaliter est accidens, licet id quod suscipit talem effectum, sit substantia, nimirum corpus.*

Idem etiam tenent Alb. Mag. 1. Physic. quæst. 6. Nazarius 1. p. quæst. 50. in formatione textus, & alij innumeri ex iunioribus Thomistis, qui scripta sua prælo nondum mandarunt. Vnde merito inquit Suarez vt in Logica notauimus, scientiam hanc esse receptissimam inter Thomistas, quam etiam tuentur Duran. in 1. dist. 34. quæst. 1. in fine. Vasquez 3. part. disput. 196. c. 3. vbi oppositam sententiam acriter obiurgat, & alij plures.

Adduximus autem præter motem verba præcipuorum Thomistarum vt liquido constet, assertionem nostram non solum esse Arist. & D Th. sed etiam ab antiquioribus & minoribus Thomistis valde receptam, quamuis ex iunioribus discipulis eiusdem S. Doct. non desint aliqui, qui oppositam sententiam tuentur.

§. III.

Duplici ratione fundamentali eadem veritas ostenditur.

38. ET licet assertio nostra quoad primam eius partem, ex qua posterior euidenter sequitur, vt intuenti constabit: non parum confirmata maneat rationibus in Logica disput. 13. num. 31. 32. & 33. factis nihilominus in gratiam S Doctoris duplici ratione ex eius doctrina desumpta denuò stabilitur.

Vt autem prior ex illis melius intelligatur, recolendum accuratè est id, quod in 1. Physic. disput. 1. quæst. 3. & 4. fusius ex D. Thom. diximus scilicet materiam secundum se nullo modo habere vnitatem specificam positiuam, sed tantùm negatiuam, ac proinde sic consideratam, seu quatenus dicit id præcisè, quod habet intra lineam materiæ, tantum esse vnam numero negatiuè, id est, non habere ex se vnde distinguatur, quamuis nec habeat vnde sit vna positiuè, vt ibidem explicuimus, quia eodem modo, proportione tamen seruata de vnitate numerica materiæ secundùm hanc rationem consideratæ, ac de vnitate specifica illius; eodem modo acceptæ philosophandum est.

Vnde si cuncta materia sublunaris præcisè consideretur secundùm id, quod ex se, & intra proprium lineam materiæ cum præcisione sumptæ ei conuenit, tunc, vt loquitur D. Thom. Opusc. 31. materia prima dicitur vna in omnibus: quare cùm eadem essentia materiæ simul cohæret vt illa, quæ ratione vnius, vel plurium sigillationum, necnon rat ne vnius vel plurium formatum & quantitatum (modo tamen alibi dicendo (est alias positiuè vna), vel plures numero; nihilominus secundum se, & est vt propriæ lineæ tantùm sit vna numero negatiuè, & consequenter si per impossibile omnis materia sublunaris daretur absque omni sigillatione ad formam substantialem, tunc tantùm esset vna, & eadem in sensu explicato quia non haberet id, quod per se directè ad vnitatem, vel pluralitatem positiuam desideratur: quamuis quia repugnat materiam existere absque sigillatione, & absque forma substantiali, ideo impliceret eam dari re ipsa sub hoc puto, & præciso statu & si sub illo daretur, esset, & non esset pura potentiæ esset quidem vt supponitur, non esset verò, quia haberet capacitatem ad hoc, vt terminaretur per existentiam, quæ est essentialiter actus secundus, quique nequit terminare nisi id, quod inuoluit actualitatem primam.

39 Hinc ergo prior ratio pro sententia D. Thomæ sic desumitur: materia prima secundum se, intra lineam iam explicatam, non est distincta specificè, vel numericè positiuè: ergo intra eandem lineam, seu à se non habet distinctionem partium substantialium, & entitatiuarum: ergo neque etiam formæ substantiales, aut composita ex materia & formis coalescentia. Hæc vltima consequentia communiter recipitur ab omnibus Philosophis. Prima verò in qua est difficultas, sic ex antecedenti loco citato iam à nobis latiùs ostenso suadetur, quia si materia intra propriam lineam cum præcisione consideratur, id est, vt præscindit à sigillatione ad determinatam formam per eam quantitatem, necnon & à forma, & quantitate ipsa haberet distinctionem partium entitatiuarum, non esset vtique vna & eadem numero solum negatiuè, sed ex se esset vna numero positiuè, ac proinde sublata seu præcisa sigillatione ad certam formam & quantitatem haberet vnde positiuè distingueretur secundum numerum.

Et ratio est aperta. nam vt suo loco agentes de principio individuationis ostendemus, ideo quantitas à se ipsa positiuè individuatur, & substantia materialis non à se, & per ordinem ad illam, seu vt est radix certæ quantitatis, habet esse individuam, quia quantitas ex se, & ex propriis meritis, habet partes eiusdem rationis, ac proinde partes, quæ non specificè, sed numericè solùm sint distinctæ. Vnde si materia secundùm se haberet partes eiusdem rationis, etiam esset ex se vna numero positiuè, & non per ordinem ad quantitatem, quin potiùs quantitas esset vna numero ratione substantiæ, & materiæ primæ, à qua vt primo principio *quo* dimanat, siquidem materia in eo euentu per prius haberet partes eiusdem rationis, quam quantitas, & ratio, ob quam quantitas & cætera accidentia materialia eas haberent, esset quia per prius materia & substantia materialis eis gauderent.

40 Quæ omnia eleganter explicuit D. Th. 4. contra gent. c. 65. his verbis: *Habet autem & hoc quantitat*

tas dimensiua inter accidentia reliqua, quòd ipsa secundum se individuatur, & rationem subdit. *Quod ideo est, quia positio, quæ est ordo partium in toto, in eius ratione includitur*, seu quod in idè redit, quia habere partes inter se ordinabile, in ratione quantitatis includitur: nam actualis ordinatio etiam in ordine ad se cõcurrit ei ratione figuræ, vt in Logica disp. 15. ex eodem S. Doct. diximus: & statim addit: *Vtcunque autem intelligatur diuersitas partium eiusdem speciei, necesse est vt eiusdem individuationem non quæ sunt eiusdem speciei, non multiplicantur nisi secundum individuum: & quia sola quantitas dimensiua ex sui ratione habet, vnde multiplicatio individuorum in eadem specie possit accidere. Prima radix huius multiplicationis ex dimensione esse videtur, quia & in genere substantiæ multiplicatio fit secundum dimensiones materiæ*, seu (quod in idem quoad præsens redit per ordinem ad illam, seu per hoc quòd si radix certæ dimensionis, modo tamen suo loco latiùs ex eodem S. Doct. explicando.

41 Secundò, principaliter probatur ratione alia ex doctrina eiusdem Angelici Doct. desumpta: nam substantia materialis, & completa debet, vt est genus intra lineam substantiæ, esse quid per se vnum; at si habeat partes entitatiuas intra prædictam lineam, vnà cum partibus physicis, non posset esse quid per se vnum: ergo repugnat vt habeat illas, sed solùm partes physic. scilicet materiam, & formam. Minor cum consequentia non indigent probatione. Minor verò probatur quoniam ex duobus totis completis nequit fieri aliquid per se vnum, siquidem quod aduenit enti in actu, & completo, aduenit accidentaliter, vt ex Arist. communiter docent Philosophi: at si substantia materialis haberet partes entitatiuas intra lineam & genus substantiæ, seu à se coalesceret ex partibus materiæ entitatiuis, & ex partibus entitatiuis formæ vnum totum, vt sic dicamus entitatiuum, & rursus ex partibus physicis eiusdem substantiæ, vt partes Physicæ sunt, resultaret aliud totum, nempe totum physicum: ergo tota illa substantia includens vtramque totalitatem non posset esse intra lineam substantiæ vnum per se.

Confirmatur, quia alioqui totalitas illa entitatiua, & partes illius, essent, & non essent intra lineam substantiæ. Essent quidem, vt supponitur: non verò essent, quia adunarent materiæ, & formæ, vt constituunt vnum totum physicum, & completum atque ita meritò Arist. & D. Tho. rem hanc profundius & oculatiùs inspicientes quamlibet totalitatem ad ordinem essentiæ pertinentem præter physicam ex actu, & potentia præcisè coalescentem à linea substantiæ relegarunt.

42 Nec refert si primò dicas cum aliquibus, hæc duo tota non distingui realiter, sed sola ratione, ex eo quod totalitas entitatiua, & quasi integralis, nihil est aliud quàm tota entitas materiæ, formæ, & vnionis in recto, & simul sumptarum totalitas etiam physica nihil est aliud, quàm tota entitas prædictæ materiæ, formæ ac vnionis simul in recto acceptæ: vnde hæc duplex totalitas nihil oberit ad vnitatem per se, quæ est vnitas realis.

Nam contra hoc est, quod illa totaliter distinguuntur, quorum singulæ partes sunt realiter diuersæ, vt ex se constat, sed partes totius (vt sic loquamur) integralis, & partes totius physici, vt talis realiter inter se distinguuntur: ergo etiam ipsa tota. Minor probatur nam partes totius physici sunt materia, & forma; quælibet autem ex his partibus realiter differt à quauis parte totius integralis, V. G. à capite, osse, & brachio substantialiter sumpris, vt ex se patet: ergo, &c.

43 Neque etiam obest, si forte cum aliquibus dicas, hæc duo tota quamuis secundùm se considerata, sint quid totale & completum, nihilominùs in ordine ad componendum vnum tertium, scilicet essentiam substantiæ materialis ex vtraque totalitate coalescentem esse quid incompletum, & imperfectum.

Non itaque hoc refert, nam hoc ipso, quòd duæ istæ totalitates pertineant ad ordinem essentiæ tanquam quid intrinsecè, & essentialiter constituentes essentiam in ratione essentiæ per se vnius nõ possunt in illo eodem ordine simul habere rationem totius: vnde quia ordo subsistendi coalescit ex natura, vt terminabili per substantiam, & ex subsistentia ipsa; ideo, in hoc ordine neutra ex his est quid completum, sed natura habet se ad instar potentiæ, & subsistarii per modum actus, ac proinde quælibet est in prædicto ordine quid incompletum, & similiter, quia totum physicum est in ordine essentiæ quid completum; non possunt partes illius esse simul entia completa: ac tandem quia totum integrale habet veram rationem totius ideo partes eius quamdiu sunt partes, non possunt simul esse in hoc ordine totum: ergo cùm hæc duplex totalitas physica & integralis, pertineat ad ordinem essentiæ, quippe cùm iuxta oppositam sententiam essentia substantiæ materialis ex vtraque intrinsecè & essentialiter coalescat; & in hoc iuxta eandem sententiam distinguantur essentialiter substantia materialis ab spirituali, quòd illa est diuisibilis in partes entitatiuas ad genus substantiæ formaliter sumptæ specãtes; seeus verò hæc fiet inde vt non possint hæc duo cohærere, nimirum quod pertineant ad vnum & eundẽ ordinẽ essentiæ ex vtraque coalescẽtẽ, & quòd vtraque in eodẽ ordine simul habeat rationem totius.

44 Confirmatur nam licet id, quod in ordine essentiæ habet rationem totius, possit in ordine existendi, aut subsistendi constituere vnum per se, quia trahitur ad aliud ordinem, intra quod non habet rationem totius, & perfecti: sed tei terminabilis & potentialis: attamen quod in ordine essentiæ habet rationem totius, & completi ex eo quòd habet essentiam totalem, ac proinde completam nequit in illo eodem ordine essentiæ constituere vnam essẽtiam totalem, cum alio toto habente eiam suam totalitatem essentiæ: vnde quia verbum diuinum in ordine essentiæ præcisè consideratum est quid completum & ex alia parte humanitas Christi Domini affert etiam suam essentiam totalem: ideo nequit ex vtroque vna per se essentia, seu natura resultare vt communiter docent Theologi: benè tamen vnum per se subsistens, aut existens, quia humanitas in ordine existendi, & subsistendi tantum habet ibidem rationem alicuius potentialis & rei terminabilis per subsistentiam, & existentiam Verbi: ergo repugnabit quãuis ex his totalitatib. afferte suam totalitatẽ essẽtiæ, & ex vtraque per essẽtiam coalescẽtẽ.

45 Deinde nam quoties aliqua secundùm vnam considerationem habent rationem totius, & secundùm aliam rationem partis, & entis incompleti constituentium vnum per se in esse rei, toties secundùm illam rationem secundùm quam habent rationem entis completi, debent vniri aliquo genere vnionis per se in ordine ad constituendum illud totum, vt ex terminis ipsis constat: at duplex hæc totalitas nequit sic vniri in ordine essentiæ: ergo signum est, quòd intra illum non habent simul rationem totius, & partis, siue entis simpliciter incompleti. Consequentia ex se constat.

Minor verò sequenti inductione explicatur, & suadetur: nam in primis non possunt vniri, aut constituere vnum per se, vel per vnionem physic. quippe cùm nullum eorum se habet per modum actus, aut potentiæ respectu alterius, maximè quia totum physicum, vt tale nequit esse pars in compositione physica: nam id quod in aliquo ordine compositionis est totum nequit

neqoit in illo ordine simul esse pats:alioqui simul in eo esset quid completum, & incompletom; nec deinde possunt vniri pet continuationem.

Tum,quia quæ sic vniuntur, distinguuntur realiter distinctione excludentis,& excluſi, vt patet in partibus quantitatis: totum autem illud integrale, aut quasi integrale,non potest non includere totum physicum: rum etiam, quia totum integrale, aut quasi iotegrale,vt tale, est incapax vnionis cum altero per coottouationem, quia eo ipso amitteret tationem talix totius: rum denique, quia vnio per continuationem tantùm est inter pattes integrales,aut quasi integrales, non verò inter totum iutegrale, & physicum, vt tale, quippecum hoc quatenùs totum nequeat esse extremum vnionis pet se, siquidem in suo ordine est quid completum ergo cum nou testet alius modus vnionis per se in esse tei, couſequens est vt nullo modo possint sic inter se vniti.

45 Nec tandem obstat, si tertiò cum aliis dicas, non esse inconueniens duo tota.seu entia completa, quæ sint talia in otdine essentiæ strictè, & cum præcisione sumpta constituere vnum pet se,quando quodlibet eorum uon affert proptiam subsistentiam,& existentiam,sed vttumque per vnum,& iudiuisibile esse subsistit, & existit,vt in præsenti contingit, & ita ex humanitate Christi Domini, & suppositalitate Verbi fit vnum per se in genere substantiæ,quia humanitas Christi Domini trahitur ad subsistendum per subsistentiam Verbi.

Nam contra hoc est, quòd si semel hæc duo tota non constituunt vnum per se in otdine essentiæ (vt ostensum est)non possunt saltim naturaliter subsistere aut existere per vnam. & eandem subsistentiam aut existentiam:nam quæuis essentia totalis affectet suam proptiam existentiam, aut subsistentiam; imò nec supetnaturaliter id fieri posset: quoniam vt ex S. Thom. 3. part. quæst. 5 artic. 1. docent communiter Thomistæ, nihil potest supetnaturaliter existere per existentiam creatam alterius, nisi per illam natutaliter existere valeat, ex eo quòd nulla alia substantia præter diuinam, potest teruminare alienam essentiam præter proptiam. ex quo etiam fiet, vnam ex his totalitatibus, scilicet illam, quasi integralem, non esse intra lineam substantiæ, nam totalitas, quæ est intra lineam substantiæ, actualiter existit perexistentiam totalitatis Physicæ intra eandem lineam contentæ.

§. IV.

Explicatur quis sit terminus Nutritionis.

47 EX quo inferendum,& dicendum est secundò, substantialem terminum nutritionis, V. G. plantæ, esse substantiam vluam denno pet calorem naturalem, & potentiam nutritiuam ex materia alimenti productam, vt fit realiter, & actu vnum per se cum ipso alto,ac proinde vt est capax nouæ quantitatis pattialis, per quam eateodatur,& fiat pats, ita vt sola substantia,quæ aliàs tatione quantitatis sempet est pats,terminet formaliter nutritionem.

Explicatur assertio, in ea enim solum loquimur de termino formali *quo* nutritionis immed atè constituente terminum *qui*, scilicet suppositum nutritum. Nam de illo est specialis difficultas.non verò de isto: quandoquidem certum est de hoc vltimo, eodem propottionali modo, ac de illo ptiori esse philosophandum. Et ita si terminus *quo* nutritionis est prædicta substantia modo in assertione dicto, fit inde vt terminus *qui*,& totalis sit prædictum suppositum, vt modo explicato est capax nouæ pattis quantitatis,seu provt importat, & includit substantiam, non quidem vt denuò habet tationem pattis,sed quæ aliàs, quoties nutritio datur,semper fit pats per nouam partem quantitatis.

Vnde non negamus, quòd hoc ipsum quòd sit nutritio non producatur ibi necessario,saltim naturaliter loquendo, oova pars substantiæ: sed quòd negamus esse,terminum substantialem *quo*,& formalem eiusdem esse substantiam illam,vt est pars,seu secundum id, quod habet à quantitate.

Quia retecta terminus substantialis illius nutritionis, qua planta, V. G. nutritur, est substantia illa,quæ tatione quantitatis est pars; nun ramen vt pars, sed secundum id substantiale, quod ex se dicit, tatione cuius est capax nouæ partis quan ttatis.

48 Diximus autem in assertione, *vt fit realiter & actu vnum per se cum aliis*, oon verò vt vnitur, cum illo, vel ut constituit vnum per se cum eodem: quia, vt statim à num. 66. vsque ad num 77. magis explicabimus, licet illud substantiale plantæ denuò per nutritionem productum, si consideretur vt pars tatione quantitatis, coostituat quandam totalitatem integratem vna cum aliis partibus eodem modo sumptis:attamen si sumatur secundum id,quod alie,& intra proprium genus substantiæ dicit, tunc non tam intercedit ibi constitutio, & vnio quam id ntificatio enim substantia aliti:quia partes simul conseruant. & quod secundum id, quod de formali in esse partium, & tatione quantitatis dicunt, realiter actualiter distinguotur: & quod secundum id quod dicit quæ aliàs sunt partes, affetunt, seu secundùm substantialia, & ad genus substantiæ pertinentia non distinguuntur substantialiter, sed solum accidentalner tatione quantitatis.

Ac proinde loquendo de eis præcisè secundùm id, quod habent, & consetuant intra genus substantiæ, non erit propriè & rotigorelo quendo ib dem vnio & constitutio formaliter substantialis, quæ necessariò inuoluit distinctionem realem actualem extremorum, non qualemcumque, sed substantialem, si constitutio,& vnio fuerit substantialis qualis in præsenti esset, si ibidem repe.iretur. Sed hæc amplius num. 65 etatis explicabuntur.

49 Assertionem hanc tenent omnes Doctores pro præcedenti tetati, ex dictisque facilè probatur. Nam cum certum sit apud Philosophos, vt initio huius quæstionis diximus,prædictam substantiam pattialem esse terminum nutritionis, & non sit terminus illius, quatenus haber rationem patris,vt ex prima assertione constat, erit vtique terminus eiusdem illamet, quæ quoties adest nutritio, fit alias necessariò pars tatione quantitatis:quia in substantia illa pattiali nihil aliud testat, vt intuenti pat bit, tatione cuius possit esse terminus formalis prædictæ nutritionis: cuinque illud substantiale, quod modo dicto fit pats tatione quantitatis, nequeat secundùm ea, quæ à se habet, seu substantialiter, & intra genus præcisè substantialiter, & intra genus præcisè substantiæ,distingui realiter actualiter à substantia præexistenti nutriti. hoc ipso quòd ad eandem, seu pet eandem quantitatem vna cum illa figilletur, vt numero 68. probauimus: fiet inde, vt attendendo præcisè ad substantialia: non tam ibi intercedat constitutio,& vnio formaliter substantialis petens distinctionem substantialem tealem & actualem extremorum,quam identificatio, tatione cuius illud substantiale,quod aliat est pats tatione quantitatis,fit quoad ubstantialia vnum pet se per identitatem in hac eadem disputatione à n. 66. vsque ad 77. explicandam,cum ipso alito.

50 Confirmatur, & explicatur, quia hic non fit sermo de termino nutritiois, provt est actio, seu de altera

alteratione præuia ad illam; sed de nutritione, provt est mutatio substantialis ad hanc alterationem per naturalem sequelam, iuxta quæ in libris Physic. disp. 10. num. 67. deinceps diximus, subsequuta, ac proinde loquimur de termino formaliter substantiali illius, sed substantia viua partialis, vt partialis est, non dicit de formali aliquid substantiale, quia secundùm istam rationem est effectus formalis quantitatis, bene tamen illa quæ est pars: ergo secundùm hanc, & non secundùm priorem illam rationem, erit terminus formalis illius.

51. Ad argumenta pro contraria sententia adducta non potest dilucidè responderi, nisi prius duæ aliæ quæstiones decidantur, & ita quæst. 6. & 7. huius disput. eis satisfaciemus.

QVÆSTIO IV.

Vtrùm illud substantiale, quod per nutritionem acquiritur, & in vniuersum quidquid substantiale est in nutrito, aut in quauis alia substantia materiali, sit totum quoad substantialia sub tota quantitate, & totum sub quauis parte eius.

IN hac quæst. non minùs quàm in præcedenti aliquid vt certum supponitur, & aliquid in controuersiam vocatur: supponitur enim ex communi Doctor. sententia, & in nutritione reuera acquiri aliquid substantiale: nam materia, quæ autea erat sub forma alimenti, postea per nutritionem fit propria alicui: siquidem informatur per formam illius, & ita vnum quid substantiale ex vtraque resultat; imò si id quod nutritur sit viuens, aut animal imperfectum, producitur denuò noua pars formæ substantialis, quæ tam pro subiecto, scilicet quoad substantialia, quàm quoad formale in esse partis denuò fiat, sine omnia hæc producantur per vnam & eandem actionem solummodò, siue per multiplicem, de quo suprà. Vocatur autem in controuersiam, an illud substantiale denuò adquisitum, & in vniuersum quidquid substantiale est in nutrito aut in quauis alia substantia materiali, sit quoad substantialia per se totum sub tota quantitate, & totum sub quauis eius parte, sub qua est.

52. Cæterùm, quia quoad hoc eadem est ratio de illo substantiali per nutritionem acquisito, ac de quolibet alio substantiali, quod in quacumque substantia materiali reperitur; ideo maioris claritatis & breuitatis gratia, & vt doctrina tradenda sit vniuersalior, quæstionem hanc vniuersaliter, quoad id substantiale, quod in quauis substantia materiali inuenitur, discemus.

Et licet decisio præsentia quæst non difficulter, te bene inspecta, ex dictis in præcedenti colligatur: nihilominus quia exacta eius intelligentia valdè conducit ad hoc, vt plenè terminus nutritionis, & indiuisibilitas substantiæ materialis in partes entitatiuas formaliter substantiales capiatur: ideo antequam argumenta contrariæ sententiæ quæst. præcedenti adducta dissoluantur, oportuit quæst. banc præmittere.

In ea autem rationes dubitandi pro parte negante non adducemus, quia quæ decisionem eius potentant difficilem reddere, & contra eam vrgere, iam suprà quæst. præcedenti in fauorem contrariæ sententiæ, quæ partem etiam negantem quoad hanc quæst. tuetur, adductæ sunt.

§. I.

Decidituir quæst. & eius decisio testimentis D. Thom. fulcitur.

53. Dicendum ergo est, quòd licet non sit absolutè concedendum substantiam materialem V. G. plantam vt affectam quantitate, & totalitate quantitatiua; ac integrali ex ea proueniente, repertri totam in tota planta, & totam in qualibet parte illius; attamen si semel substantia non habet partes entitatiuas intra genus substantiæ, seu à se, vt in hac disp. à nu. 32. vsque ad 46. ostendimus, necessariò est admittendum, totam illam substantiam eiusdem plantæ, adhuc dum est affecta quantitate, necessariò conseruare, vt secundùm ea, quæ intra proprium genus dicit, seu secundùm substantialia quæ affert, ac proinde secundum totam suam entitatè substantialem præcisè sit tota sub tota quantitate, & tota sub qualibet parte illius.

Assertio hæc quoad primam partem est D. Th. locis statim referendis, & communis inter Philosophos, aperteque ex dictis liquet, nam eùm substantia vt affecta quantitate, & totalitate quantitatiua ex ea proueniente, reuera habeat partes & totalitatem prædictam à quantitate: sicut quatenus affecta albedine, est in se alba: fit inde, vt sicut tota quantitas, secundùm totam suam entitatem, non reperitur tota in quauis parte, sed pars suæ entitatis repetitur in vna parte, & alia pars in alia, ita nec substantia, vt habet prædictam totalitatem, reperiatur secundùm totam suam entitatem, & totalitatem prædictam in quauis parte: cumque per hoc quòd absolutè concedamus, substantiam plantæ, vt affectam quantitate, & totalitate prædicta reperiri totam secundùm totam suam entitatem in tota planta, & totam in qualibet parte eius: denotetur substantiam ipsam vnà cum eo quod habet à quantitate, ac proinde tam quoad totam suam entitatem substantialem, quàm quoad totam entitatem, & totalitatem quantitatiuam, seu integralem à quantitate emendicatam reperiri in quauis sui parte, ideo debemus quoad hoc cautè procedere, & talem loquendi modum absolutè non admittere.

54. Secunda verò eiusdem assertionis pars, scilicet eandem substantiam, adhuc dum est affecta quantitate, & ab ea habet partes integrales, quæ de formali sint accidentales & quantitatiuè, simul conseruare, vt præcisè quoad substantialia sit tota sub tota quantitate, & tota secundùm totam suam entitatem substantialem sub qualibet parte suæ quantitatis, est D. Th 4. contr. gent. c 67. vbi apertè concedit, quod quæuis substantia secundùm totam suam entitatem substantialem est tota sub totis dimensionibus, & tota sub qualibet parte earum, & ex hac vniuersali doctrina colligit, quòd substantia corporis Christi Domini sit tota quoad substantialia sub tota quantitate panis, & tota sub quauis parte eiusdem quantitatis panis, ac proinde quòd quantitas Christi, quæ est ibidem tatione substantiæ, & præcisè per concomitantiam, sit etiam ad modum ipsius substantiæ, atque adeò tota sub tota quantitate panis, & tota sub quauis illius parte.

Et ita inquit. *Aliquid autem modo se habet aliquid substantiale ad id, in quo est, & alio modo aliquid quantum. Nam quantum totum sic est in aliqua toto, quod totum non est in parte, sed pars in parte, sicut totum in toto: unde & corpus naturale sic est in toto loco totum, quod non est totum in qualibet parte loci, sed partes corporis partibus loci aptantur, eo quod est in loco mediantibus dimensionibus. Si autem aliquod substantiale sit in aliquo toto totum, etiam totum est in qualibet parte eius. Quia igitur corpus Christi est in hoc Sacramento ratione*

ratione suæ substantiæ, in quam conversa est substantia panis dimensionibus eius manentibus, integrum corpus Christi est sub qualibet parte earundem. Quod etiã docet idem Ang. D. in 3. part. q. 45. art. 1. 3 & 4.

55 Nec refert si dicas, D. Thom. solum velle quod substantia, V. G. aëris secundùm totam suam naturam, seu secundùm suam rationem specificam integram, si tota sub tota quantitate, & tota sub quauis eius parte, ex eo quòd sub quauis parte quantitatis aëtis reperitur natura & species integra aëris, non verò ex eo quod tota substantia eiusdem aëris secundùm totam suam entitatem substantialem, indiuidualem, sit sub tota quantitate, & tota sub qualibet eius parte.

Non itaque hoc refert, nam iuxta ea quæ S. Doctor in hoc testimonio docet, aliter se habet substantia ad id, in quo, seu sub quo est, & aliter quantitas: quare cùm quantitas non sit tota in toto, & pars in parte, ex eo quòd tota natura, seu species eius non sit in qualibet parte illius, in quo ipsa est (siquidem quæuis pars quantitatis est quantitas, ac proinde, vbi ipsa fuerit, debet esse tota natura, seu essentia quantitatis) sed ex eo quòd quantitas secundum totam suam entitatem indiuidualem, non reperitur tota in toto, & tota in singulis partibus: fit inde, vt cùm D. Thom. inquit, substantiam esse aliter in eo, seu sub eo, sub quo est, ac est quantitas in eo in quo reperitur, quia nimirum substantia secundùm sua substantialia est tota in toto, & tota in quauis, seu sub quauis parte, non debeat hoc verificari, ex eo præcisè, quod substantia aëris, verbi gratia, habeat partes eiusdem rationis intra lineam substantiæ, seu à se, sicut eas habeat quantitas à se, & intra suam lineam, & ex eo quòd in qualibet ex illis partibus formaliter substantialibus aëtis saluetur tota natura, & species aëris, sicut in parte qualibet quantitatis saluatur natura, & species quantitatis: quandoquidem in hoc non discriminantur: sed ex eo, quòd tota natura substantialis aëtis, & secundùm totam suam entitatem, & substantiam indiuidualem sit tota in toto, & tota in quauis parte: vt ita sit tota sub dimensionibus, & singulis partibus, diuersimodè, ac quantitas est tota in eo toto, seu loco & in partibus, in quibus est, ac proinde hoc modo verificetur, quòd substantia, & id, quod est secundùm modum proprium, substantiæ, est tota in toto, seu sub toto, & sub quauis parte, sub qua est; secus verò quantitas.

Quare exempla, quæ ibidem inter verba à nobis relata ad explicandum quomodo substantia sit tota in toto, & in singulis partibus, S. Doct. adducit, debent intelligi de tali modo essendi secundùm totam naturam, & speciem sub toto aliquo, & sub partibus, vt id proueniat ex eo quòd est indiuisibiliter ibidem, seu ex eo quòd tam in toto, seu sub toto, quàm sub singulis partibus petit esse secundùm totam suam entitatem substantialem, ac proinde secundùm totam suam naturam.

56 Adde, quòd hoc ipso, quòd substantia illa aëris secundùm suam speciem, & naturam Metaphysicam integram sit tota sub tota quantitate, & singulis partibus ipsius, oportet vt secundùm suam totalitatem Physic. & indiuiduam sit à parte rei sub qualibet parte eiusdem quantitatis: ergo, &c.

Antecedens patet, tum quia, vt acute innuit Cajetanus, illud, quod est in aliquo, aut sub aliquo secundùm totam suam naturam, debet esse sub eo secundùm totam suam entitatem indiuidualem, si sit sub eodem indiuisibiliter: at vt D. Thom. loc. citat. ex 3. p. art. 1. ad 3. docet, quauis substantia est sub quantitate, & quauis parte per modum substantiæ, id est, vt explicat Caiet. ibidem, indiuisibiliter: ergo si est ibi secundùm totam suam naturam, erit vtique secundùm totam suam entitatem indiuidualem, tam sub tota sua quantitate, quam sub singulis partibus: tum etiam, quia species, & natura Metaphysica prædictæ substantiæ, debet necessario fundari à parte rei in totalitate Physica singularizata: cumque vt conclusione 1. quæstionis præced. ostensum est, substantia aëris à se non habeat aliam totalitatem ad eius entitatem indiuidualem substantialem pertinentem, fit inde, vt secundùm totam suam entitatem substantialem indiuidualem sit tota sub tota quantitate, & sub quauis parte.

57 Vnde Ferrar. loco cit. ex 4. contra Gent. hoc modo intelligit sanctum Doctorem, Caiet. 3 par. q. 67. art. 1. ad 3. Gonzalez de Albelda in codicibus manuscriptis ad 2. 3. quæst. citatæ, Ioannes de la Cruz in tract. de Sacram. §. de Eucharist. fauet Duran. in 1. dist. 34 quæst. 1 n. 8. & 28 idem tenent plures alij Doctissimi à nobis consulti. Nam in primis hoc, & ea, quæ de indiuisibilitate substantiæ quæst. præced. diximus, probabilia esse censent Basil. Legionens. primarium in Salmantica Cathedram meritissimè regens. Eadem etiam, vt valdè probabilia, & inter discipulos D. Thom. communiter recepta tuentur Illustriss. & Doctiss. Dominus Antonius de Diezma, sapientiss. DD. Villegas, Batteda, & Mansilla, ex quibus duo primi primariam Theologiæ, penultimus primariam Medicinæ, vltimus Vesperrinam Theologiæ Cathedram in Compl. Acad. dignissimè moderantur. Et deinde sententiam hanc, quoad omnia iam dicta, vt propriam D. Thom. mentem propriamque ipsorum opinionem tuentur sapientiss. Magistri Felix de Guzman, & Gaspar de los Reyes, quorum primus Vesperrinam, lecundus verò Angel Doct. Cathedram Salmanticæ dignissimè possident. D. Christophorus de Guzman Setiensis. Infantis Mag. sapientissimus, & paulo ante cathedræ Durandi in Salmantina non sine magnis metitis Rector. Doctiss. Petrus de Tapia, Sosa, Tumayo, Alphonsus Gonzalez, Didac. Garcia, Gregor. Martinez, ex quibus primus Vesperrinam Theologiæ, secundus sacræ Scripturæ, tertius Philosophiæ moralis quartus & quintus Artium Cathedras meritissimè in Compl. Academ. moderantur: vltimus verò egregia commentar. in 1. 2. D. Thom. in lucem edidit, & plures alij. Et tandem hoc ipsum tueri tenentur omnes discipuli D. Th. pro 1. alter. q. præced. relati, vt ex illatim dicendis magis constabit, & omnes DD citati fatentur.

§. II.

Eadem assert. pars ratione fulcitur.

58 RAtio autem potissima assert. quoad hanc secundam partem deducitur ex dictis q. præced. nam hoc ipso quòd substantia materialis non habeat à se partes entitatiuas, seu eiusdem rationis, sed solùm à quantitate, oportet, quòd licet, vt est affecta quantitate, participat ab ea prædictas partes: nihilominùs tales partes non sint formaliter, & ineste partium substantiales, sed solùm pro substrato, & de materiali: ergo materia & forma substantialis, quæ est sub parte quantitatis, quæ repertus in pede, non potest distingui partialiter substantialiter ab ea, quæ est sub parte quantitatis, quæ est in capite: ita vt hæc distinctio sit formaliter substantialis. sed solùm de formali accidentalis, & quantitatiua: ergo tota materia & forma substantialis, quæ proinde tota substantia materialis, quæ est sub tota quantitate

eademmet substantialitet,& quoad substantialia, etit sub qualibet parte eiusdem quantitatis.

Antecedens patet.nam cum quantitas sit accidens, nequibit per modum causæ formalis intrinsecæ, seu inhærentis, tribuere effectum aliquem formaliter substantialem, quandoquidem causa formalis intrinseca, seu inhærens non causat, nisi dando se, ac proinde si ipsa sit forma accidentalis, non potest tribuere, nisi esse accidentale, & consequenter non valebit præstare alias parties præter eas, quæ de formali sint accidentia. Quare partes illæ solùm sunt, & vocantur substantiales, quia exercentur in substantia, & quia substratum, sue subiectum accipiens illas, est substantia, seu quia suo modo coalescunt ex substantia tanquam ex subiecto, & materia, & ex quantitate tanquam ea forma: sicut annulus dicitur aureus, quia de materiali importat aurum recipiens figuram illam artificialem eiusdem annuli, seu quia annulus aureus suo modo resultat ex auro tanquam ex subiecto, & ex prædicta figura artificiali tanquam ex forma.

59 Ex quo prima consequentia satis constat: nam materia & forma, quæ est sub quantitate capitis, non potest distingui partialiter substantialiter ab ea, quæ est sub quantitate pedis, ita vt versetur distinctio realis, actualia, & formaliter substantialis inter illa, nisi prædicta materia, & forma, ac proinde compositum physicum ex eis coalescens habeant partes formaliter substantiales: ac proinde prouenientes ab aliquo substantiali: argo cùm assertione prima quæstionis præcedentis ostensum sit, non habere partes, nisi formaliter à quantitate, & consequenter non habere partes, quæ formaliter sint substantiales, plane sit, materiam, & formam, & substantiam totalem, & physicam ex eis coalescentem, quæ est sub quantitate capitis, non distinguitur etiam dum est affecta quantitate partialitet substantialiter ab ea, quæ est sub quantitate pedis, sed solùm distinctione, quæ de formali sit accidentalis, & quantitatiua, seu à quantitate prouenientе.

Ex quo tandem vltima consequentia apertè sequitur. Nam si substantia, quæ est sub quantitate pedis, non distinguitur adhuc partialitet substantialiter ab ea, quæ est sub quantitate capitis, ita, vt hæc distinctio sit formaliter substantialis, sit inde, eandemmet substantiam secundùm omnem suam entitatem substantialem esse totam sub quantitate pedis, & totam sub quantitate capitis, & cæt. quamuis secundùm eam totalitatem, quam habet, & conseruat à quantitate, non repetiatur secundùm totam suam entitatem in quauis parte eiusdem quantitatis.

60 Confirmatur, & explicatur primò: nam vel substantia, quæ est sub quantitate manus, est eadem secundùm substantialia cum substantia, quæ est sub quantitate pedis, quoad substantialia præcisè considerata, ita vt nec partialiter substantialitet, distinctione reali actuali formaliter substantiali distinguantur, vel sunt distinctæ distinctione prædicta. Si hoc secundùm dicatur: ergo tribuuntur substantiæ partes formaliter substantiales, & entitatiuæ, atque adeo quòd à se habeat partes, cuius oppositum in prima assertione quæstionis præcedentis ostendimus: si vero primum asseratur, scilicet quòd neque adhuc partialiter distinguantur distinctione formaliter substantiali: ergo eademmet substantia secundùm totam suam entitatem substantialem est quæ subiicitur quantitati manus, & pedis, vt per illã fiat in pede, v.g. pars, atque adeò tota erit secundùm sua substantialia præcisè sub tota quantitate, & tota sub quauis illius parte.

Confirmatur, & explicatur secundò: nam substantia materialis, v. g. planta non potest secundùm suas partes physicas esse diuisibiliter sub diuersis partibus quantitatis, ita vt secundùm materiam sit sub vna parte, & secundùm formam sub alia, vt ex se constat, alioqui daretur actu materia sine forma: nec deinde potest esse secundum alias partes entitatiuaa & de formali substantiales sub diuersis partibus quantitatis: quia, vt ostensum est, implicat eam habere tales partes: ergo loquendo de substantialibus, semper conseruat, vt secundùm omnem suam entitatem substantialem, secundum quam est sub vna parte quantitatis, sit etiam sub alia.

61 Confirmatur, & explicatur tertiò: nam substantia, vt pars, est effectus formalis quantitatis: ergo subiectum eiusdem quantitatis, quod substernitur ad recipiendom prædictum effectum, non erit eadem substantia, vt pars, secundùm ea quæ à se habet, scilicet præcisè secundùm totalitatem physicam: ergo cùm secundùm hanc non possit esse diuisibiliter, ita vt secundùm vnam partem, scilicet secundum materiam sit sub vna parte quantitatis, & secundum aliam, nimirùm secundùm formam, sit sub alia: consequens est, vt loquendo de ea, secundum prædictam rationem subiecti, sit tota sub tota quantitate, & tota sub quauis eius partes.

62 Confirmatur tandem tadicitùs hoc ipsum: nam licèt substantia, quæ de se est indiuisibilis in partes entitatiuas, & eiusdem rationis, sit priuatiue, non verò negatiuè indiuisibilis collata cum diuisione formaliter quantitatiua: quia ita est de se indiuisibilia, vt maneat cum potentia ad hoc, vt habeat partes à quantitate, & quæ de formali sint accidens. nihilominùs collata cum diuisibilitate formaliter substantiali, & cum partibus entitatiuis formaliter substantialibus, & quæ formaliter habeant veram rationem partium, est negatinè indiuisibilis, id est, ita est indiuisibilis, vt non habeat potentiam ad hoc, vt habeat prædictas partes formaliter substantiales, vt in prima assertione quæstioois præcedentis ostendimus: ergo per hoc quòd habeat quantitatem, & ab ea participet accideotaliter; & denominatiuè partes entitattuas, & integrales, non tollitur ab ea, quòd sit formaliter indiuisibilis, prout per hoc significatur, quòd oon habet partes entitatiuas formaliter tales, & formaliter substantiales, nec ponunt in illa, quòd sit formaliter diuisibilis, quatenùs per hoc denotatur, quòd sint in ea formaliter prædictæ partes, quæ de formali sint substantiales, sed solùm per effectum formalem quantitatis eidem substantiæ communicatum, tollitur ab illa priuatio. qua carebat partibus accideotalibos à qoantitate prouenientibus: ergo prædicta substantia, adhoc dum est sub quantitate, semper conseruat, quod loquendo entitate formalitet substaotiali, secundùm quam est sub illa, debet semper esse sub eadem iodiuisibiliter substantialiter in sensu explicato, ac proinde secundùm hanc rationem tota erit sub tota quantitate, & tota sub quauis parte, quamùis accidentaliter simul habeat ratiooe eiusdem quantitatis partes, quæ de formali sint quantitatiuæ, & integrales.

63 Quæ omnia elegantet explicuit Caietan. 3. part. quæst. 76. art. 2 in solutione ad tertium, vbi loquens de modo quo quæuis substantia est sub suis dimentionibus, sic ait: *Est ergo substantia per modum substantiæ, id est, indiuisibiliter secundum integritatem naturæ sub dimensionibus, & cum hoc stat, quòd extendatur sub dimensionibus: quoniam huiusmodi extensionem tollit indiuisibilitatem integritatis naturæ, sed ponit solam diuisionẽ quãtitatiuam, ex eo quòd afficit solam illam, vt subiectum, quam etiam non poneret in illa substantia existẽs sub ipsa, si non afficeret illã: & propterea*

propterea corpus Christi succedens substantia panis, quantum ad subesse dimensionibus remanentibus, & non quantum ad affici dimensionibus illis, non extenditur ad extensionem dimensionum sicut extendebatur per illas substantia panis, ex eo quòd afficiebatur illis vt subiectum ipsarum. Concludo ergo, & tene, quòd substantiam per modum substantiæ existere in aliquo, est in aliquo, est substantiam indiuisibiliter esse in illo. Et non dico substantiam esse indiuisibilem, sed substantiam esse indiuisibiliter in illo, hoc est, substantiam se habere ad illud indiuisibiliter, & non quantitatiuè seu divisibiliter, hoc est, coextento, sicut quantitas locati coextenditur quantitati loci.

64 Ex quo etiam (vt id nbiter dicamus) deducitur maior confirmatio prioris assertionis: nam licèt ex eo quòd aliquid supernaturaliter habeat esse indiuisibiliter sub aliqua quantitate, non sequatur habere esse indiuisibile, seu non esse in eo partes eiusdem rationis, vt patet in qualitate Christi Domini, quæ supernaturaliter est tota sub tota quantitate, & tota qualibet parte quantitatis panis, ex eo quòd est ibidem ratione substantiæ Christi Domini, & ad modum eiusdem attamen id, quod connaturaliter, & secundùm proprium modum essendi, quem petit, debet esse totum sub tota quantitate, & totum sub quauis eius parte, non potest non secundùm esse, quod à se habet, esse formaliter indiuisibile in partes eiusdem rationis: alioqui secundùm prædictum esse peteret esse diuisibiliter sub ea quantitate, sub qua est, vt intuenti constabit: ergo si quæuis substantia habet, vt ostensum est, quod hoc ipso quòd sit per modum substantiæ sub aliquo, sit sub eo secundùm modum suum, id est indiuisibiliter substantialiter, & modo explicato, planè sit, eam secundùm illa, quæ à se habet, non esse diuisibilem in partes entitatiuas, seu eiusdem rationis, sed ad summum in partes physicas, scilicet materiam, & formam, quæ hoc ipso quòd tales, non possunt diuisibiliter esse sub aliqua quantitate, ita vt sub vna parte sit materia, & sub alia forma, sed sub omnibus, & singulis debet vtraque ex his partibus physicis secundùm totam suam entitatem reperiri.

Cæterùm, vt hæc meliùs capiantur, debent ea, quæ in sequenti quæstione dicenda sunt, necnon & solutiones argumentorum à numero 81. vsque ad numerum 97. tradendæ videri.

QVÆSTIO V.

Vtrùm illud, quod per nutritionem acquiritur, identificetur præcisè quoad substantialia cum substantia nutriti, & ea separata pereat identificatio, & realis, actualis ac substantialis distinctio inter vtrumque intercedat.

QVæstio hæc non minùs, quàm præcedens, ad profundam & plenam termini nutritionis, & indiuisibilitatis substantiæ intelligentiam, necnon & ad enodationem eorum, quæ in fauorem primæ sententiæ quæstione 3. huius disputat. adduximus, valdè conducit: & similiter decisio eius rei oculatiùs, & similiter profundè inspecta, & penetrata, ex dictis colligitur, & ferè constat.

65 Cæterùm, quia quæ in duabus præcedentibus quæstionibus circa hæc tetigimus, aliquibus valdè difficilia visa sunt, ideò oportuit ea in hac quæstione ex professo explicare. Verùm, quia quoad hoc eadem est ratio de illo substantiali, quod per nutritionem acquiritur, & postea separari potest, ac de quouis substantiali à quacunque materiali substantia acquisito, ad eius entitatem individualem, & substantialem spectante, ideò vt doctrina sit vniuersalior: quæstionem hanc vniuersaliter quoad prædicta substantialia cuiusuis substantiæ materialis decidemus: & sicut in præcedenti quæstione rationes dubitandi pro parte opposita non adduximus, ex eo quòd quæ difficultatem ingerebant, in quæst. 3. huius disput. in fauorem 1. sententiæ adductæ sunt: ita propter eandem rationem ab eis adducendis in hac quæstione abstinebimus: vnde ad plenam eorum, quæ in præsenti dicenda sunt, intelligentiam, debent solutiones earum à numero 87. vsque ad numerum 97. tradendæ videri.

66 Sensus autem istius non est, an quidquid substantiale per nutritionem, aut quouis alio modo ad entitatem substantialem individui pertinens, acquiritur, identificetur quoad substantialia præcisè cum quouis alio substantiali in eodem individuo iam præexistenti; sed proportione seruata, ita vt materia denuo acquisita identificetur præcisè quoad substantialia cum materia præexistenti: & similiter forma quando denuo producitur, quoad aliquid substantiale, & entitatiuum ipsius, vt in formis animalium imperfectorum, & aliis ignobilioribus formis contingit, identificetur quoad substantialia præcisè cum eo, quod de prædicta forma præexistebat.

§. I.

Ex mente Arist. & D. Thom. quæstionis nodus dissoluitur.

DIcendum ergo est, quòd quidquid materiæ, aut formæ substantialis ad entitatem individui substantialis pertinens acquiritur, identificatur, proportione seruata, & quoad substantialia præcisè cum his, quæ antea in eodem individuo præexistebant: ita vt materia denuò acquisita cum materia præexistenti, & illud formæ, quod denuò in animalibus imperfectis, & aliis ignobilioribus substantiis producitur, identificetur, etiam eodem modo cum forma præexistente, & hoc ipso quòd separentur sine distinctione reali actuali, & substantiali distinguantur.

67 Explicatur assertio: in ea enim volumus, quòd licèt duæ substantiæ materiales eiusdem speciei, vt duæ aquæ, quæ semel sunt substantialiter distinctæ, & separatæ, semper debeant, quantumuis continuentur, & fiant vna aqua, distingui accidentaliter ratione quantitatis, ac proinde rationis illius debeat ibidem intercedere extensio, & distinctio partium integralium, seu eiusdem rationis: attamen hoc ipso quòd continuentur secundùm quantitates, & per vnam, ac eandem quantitatem figillentur, non potest non substantia vtriusque aquæ, secundùm ea, quæ substantialiter dicuntur, fieri vnum & idem per identitatem, ita vt distinctione reali actuali, & formaliter substantiali, seu à principio substantiali prouenient, non distinguantur, sed denominatiuè & per quantitatem. Sicut hoc ipso quòd postea ratione quantitatis diuidantur, & ad diuersas quantitates totales figillentur, non possunt non illæ duæ substantiæ, quæ quoad substantialia & secundùm ea, quæ à se habent, erant ideotificatæ, amittere prædictam identificationem, & esse distinctione reali, & formaliter substantiali actualiter diuersæ.

Assertionem hanc apertè docent Arist. & D. Thn. locis quæst. 3. relatis, vt ex statim dicendis magis constabit, & insuper idem Philosophus 2. de

Anima text. 20. vbi loquens de animabus imperfectis sic ait: *In plantis, quædam divisa videntur vivere separata ab invicem tanquam existente in his Anima actu quidem una in una quaque planta, in potentia autē pluribus.* Quæ verba explicat D. Th. ibidem lect. 4. *Hoc manifestatur per hoc, quod ramusculi abscissi inseruntur, vel plantantur, & coalescunt, quod non esset, nisi remaneret in eis vita, & per consequens Anima, quæ est principium vivendi, quod contingit tanquam in unaquaque planta Anima sit una in actu, & multiplex in potentia.*

Vbi (vt vides) Anima in Arist. & D. Thomæ sententia, catenti partibus entitatiuis formaliter subſtantialibus, & inter se actu, & subſtantialiter, seu penes principia subſtantialia distinctis, vt iam vidimus, ac proinde identificanti sibi quoadȝ subſtantialia præcisè quidquid subſtantiale est in ea ad eius intrinsecam entitatem pertinens, tribuitur quòd actu, & subſtantialiter sit vna, & in potentia multiplex, atque adeo quòd ea, quæ in illa erant actu quoad subſtantialia præcisè, identificata, possint postea realiter subſtantialiter, seu penes principia subſtantialia distingui, & esse plura, & è contra.

68 Quod etiam docuit idem S. Doct. In 3. dist. 21. qu. 1. art. quæstiuncula 2. ad 5. & ad Anibaldum ibidem ad 4. his verbis. *Dicendum est, quòd in morte Christi fuit una unio Ad Animam & carnem ex parte personæ, diuinæ; sed ex parte assumptorum scilicet, Animæ, & corporis, fuerunt duæ in actu, cum prius essent una tantum in actu, & plures in potentia: & sic non oportet, quòd fuerit ibi facta nova unio, sicut nec in diuisione continui sit omnino, vnum corpus, licet vnum dividatur in multa.*

Vbi, vt constat, tribuit S. Doct. modo subſtantiali vnionis hypostaticæ quòd ante separationem Animæ Christi Domini à corpore sit vna, & eadem actu, ac proindè vt ex dictis ex eodem Angelico Doctore patet sit vna absque vlla distinctione partium entitatiuarum formaliter subſtantialium, & quòd simul sit in potentia plures, & similiter quòd post separationem eiusdem Animæ sint plures actu, & vna in potentia: tandem quòd facta reunione sit vna, & eadem actu, scilicet illamet, quæ antea fuerat absque diuersitate partium, quæ de sumali sint subſtantiales, & per consequens iam ea, quæ in prædicta vnione subſtantialiter identificabantur, ex eo quòd non erat in eis distinctio partis & partis formaliter subſtantialis, postea subſtantialiter, seu penes principia subſtantialia distinguuntur, & è contra. Vnde tam Arist. quàm S. Doctorem sequuntur omnes Doctores quæst. 3. & 5. huius disput. adducti.

Et sanè quoad vtramque partem sequitur assertio apertè ex dictis, & in primis, quoad primam sic ex his, quæ quæst. 3. asseruimus, ostenditur. Nam si duæ aquæ separatæ continuentur, & per eandem quantitatem totalem figillentur, tunc vel subſtantia vnius aquæ à se, & quoad subſtantialia præcisè considerata distinguitur realiter actualiter, & subſtantialiter ab alia, ita vt hæc distinctio realis actualis sit formaliter subſtantialis, vel non distinguuntur sic? Si primum, ergo cùm facta continuatione vtriusque secundum quantitates, tunc subſtantialiter, & quoad subſtantialia præcisè, non distinguantur per modum duplicis totius subſtantialis: quandoquidem tevera sunt vnum, & idem totum subſtantiale, distinguentur quoad prædicta subſtantialia, & subſtantialiter, seu distinctione formaliter subſtantiali per modum partis & partis formaliter subſtantialis, ac proinde iam illa aqua haberet intra genus subſtantiæ, & à se multitudinem partium subſtantialium eiusdem rationis, cuius oppositum in prima assertione quæstionis tertiæ huius disputationis ostendimus: si verò secundum asseratur: ergo attendendo ad subſtantialia præcisè, iam illæ aquæ quæ antea erant quoad illa subſtantialiter, seu distinctione reali actuali, formaliter subſtantiali distinctæ, fient quoad prædicta subſtantialia præcisè vnum & idem per identitatem subſtantialem, licèt ibidem intercedat totalitas integralis, & distinctio per quantitatem eidem subſtantiæ communicata.

Et similiter quoad secundam partem eadem assertio apertè ex dictis ostenditur: quoniam si postquam prædictæ aquæ quoad subſtantialia sic identificantur, & quoad ea, quæ à quantitate participant, continuantur, rursus diuidantur, tunc certum est, vtramque aquam esse actualiter subſtantialiter, seu distinctione reali actuali, & formaliter subſtantiali distinctam: siquidem remanent duo individua integra, & totalia sub specie aquæ contenta; cùm tamen antea, vt nuper dicebamus, quoad prædicta subſtantialia præcisè identificarentur: ergo iam, ea, quæ antea subſtantialiter, identificabantur, possunt postea realiter subſtantialiter, seu penes principia subſtantialia distingui.

§. II.

Explicatur quemodo ea, quæ antea subſtantialiter erant distincta, possint postea quoad subſtantialia præcisè identificari, & è converso.

69 QVomodò autem stare possit, vt ea, quæ antea realiter actualiter, & subſtantialiter distinguebantur, possint postea quoad subſtantialia præcisè identificari modo dicto, & è contra: potest explicari tam quoad materiam, quàm quoad formam subſtantialem: & in primis quoad materiam sic. Nam si semel materia intra propriam lineam materiæ cum præcisione sumpta, seu secundùm se, non est distincta numero; sed cuncta materia subluna-ris intra prædictam lineam considerata ex vna numero negatiuè, ita tamen vt ratione vnius, vel plurium figillationum necnon ratione vnius, vel plurium quantitatum (modo tamen suo loco latiùs explicando) sit alias positiuè vna, vel plures numero, vt primo Physicorum disputatione 3. ex Arist. & D. Thom. diximus: oportet vt hoc sit proprium, & peculiare, vt sic dicamus ingenium materiæ per se primò ei conueniens, scilicet, vt illa materia, quæ antea ratione diuersæ figillationis per quantitatem (modo suo loco explicando) factæ, erat aliàs realiter, & positiuè numericè distincta altera, possit si figilletur, per eandem numero quantitatem vna cum altera materia, quæ antea erat distincta, fieri vnum, & idem per identitatem, quoad subſtantialia præcisè cum illa, & rursus hæ duæ portiones materiæ, quæ antea erant duæ, ex eo quòd erant figillatæ per distinctas quantitates, modò sunt vnum per identitatem posse postea. si figillentur, à diuersa numero quantitate fieri plures.

70 Et ratio est aperta ex dictis: nam cùm materia sit vna, vel distincta numero, & positiuè per figillationem, & quantitatem (modo tamen suo loco explicando) fit inde, vt sicut materia, quæ nunc est figillata ad formã alimenti, verbi gratia, potest figillari ad eandem formam, quam habet alitum: ita illa materia alimenti, quæ antea erat distincta positiuè ratione diuersæ figillationis, ac proinde diuersæ quantitatis quam priùs habebat, vel petebat, manet nunc vna, & eadem positiuè cum materia, quæ est sub forma aliti, si figilletur per vnam, & eandem realiter

figillatio

sigillationem vnà cum illa ordine ad habendam præ-dictam formam eiusdem aliti. Cumque nulla materia subluoatis secundùm se præcisè considerata habeat vnde distinguatur ab alia materia subluuati, sit inde, vt absolotè, & simpliciter fiant quoad substantialia præcisè vnum per identitatem. Econtra hoc ipso, quòd semel identificata, tunc illa materia sigilletur, provt est sub prima medietate, v. g. quantitatis vermis ad diuersam formam, non potest non illamet, quæ antea erat idem positiuè, & per identitatem iam explicatam, fieti duplea, & distiogui numero.

Vnde licèt ea, quæ à se, vel inamissibiliter habeor vnitatem, vel distinctionem positiuam, non possint, si semel sunt distincta ab alio, non esse semper distincta ab illo: at ea quæ non à se, sed aliunde, & amissibiliter gaudent, identitate, vel distinctione positiua, possunt quamuis nunc sint distincta, esse postea idem: & cursus postquam sunt idem, possunt iterum fieri distincta: quia principium & ratio identitatis, vel distinctionis habetur ab illis amissibiliter.

71 Et similiter, quoad formam substantialem potest explicari, ex eo quòd formæ, quæ semel distinctæ quoad substantialia, possunt netum quoad illa præcisè identificari & è contra sunt formæ substantiales, satis immersæ in materia, & valdè ab ea dependentes, quales sunt illæ quæ præcisè dant gradum essendi, vt aqua, vel gradum solius vitæ vegetatiuæ, vt forma plantæ, aut tandem gradum vitæ sensitiuæ imperfectæ, quales sunt animæ animalium imperfectorum. Vnde ratione huius magnæ immersiools in materia, & materialitatis earum ac proinde ratione maioris dependentiæ, quam ab illa habent, sapiunt conditionem materiæ, & ita non possunt non participare, vt licèt antea essent tealiter substantialiter distinctæ, ea eo quòd erant sigillatæ, & determinate in duplicitoto per diuersam qualitatem: nihilominùs, si sint eiusdem speeiei, & sigillentur per vnam, & eandem quantitatem, possit realiter quoad substantialia præcisè identificati, ita vt actu non distinguantur realiter substantialiter, benè tamen potentialiter substantialiter. Et deinde è contra, post quam iam sunt identificatæ, possunt iterum ratione quantitatis diuidi, & modo alibi explicando sigillari per diuersam quantitatem, & ita tealiter substantialiter distingui: quia ea se non sunt vna vel plures numerò positiuè, nisi ratione diuersæ sigillationis, & quantitatis (modo tamen suo loco dicendo) quæ variabiliter eisdem conuenire potest ea eo, quòd ratione suæ massis materialitatis sapiunt (modo sibi proportionato) conditionem materiæ.

72 Vnde vltra distinctionem realem virtualem, qualis est illa, quæ reperitur inter animal, & rationale, & distinctionem realem actualem, qualiter duæ aquæ inter se discontinuæ distinguuntur, debet necessariò, iuxta dicta, & in via D. Th. admitti distinctio alia realis potentialis eorum nimirum, quæ licèt quoad substantialia præcisè realiter substantialiter sint idem: nihilominus realiter potentialiter sunt quoad eadem, modo iam dicto distincta: & ita si media quantitate habent partes, & diuidantur, inuenientur actu, & in exercitio realiter actualiter diuersa, non solùm quoad quantitatiua, sed etiam quoad substantialia, & substantialiter, vt in exemplo aquæ in duas medietates diuisæ cernitur.

Et similiter vltra identitatem excludentem distinctionem realem virtualem, qualis in communiori Theologorum sententia reperitur inter intellectum, & intellectionem diuinam, & identitatem admittentem distinctionem virtualem, qualis cernitur inter animal, & rationale, debet necessariò dari identitas omnium finita, scilicet realis potentialis, quæ in eo consistat, vt licet extrema realiter actualiter distinguantur, nihilominùs realiter, potentialiter sint idem, ea eo quòd si sigillentur per eandem quantitatem, possint quoad substantialia, & substantialiter sumpta actu, & in exercitio identificati, licèt tunc etiam dum substantialiter sunt identificata, habeant ratione quantitatis denominatiue, & accidentaliter diuersas partes integrales, quæ proinde formaliter sumptæ sint accidens, vt in exemplo duplicis aquæ antea diuisæ & postea secundùm quantitates continuatæ cernt potest: & ita licèt ea, quæ realiter identificantur, & solùm virtualiter distinguuntur, nequeant amittere realem identificationem, quam habent; attamen ea, quæ identificantur actu realiter vt realiter potentialiter, modo iam dicto distingantur, poterunt prædictam identificationem substantialem deperdere & actu, & in exercitio, & modo explicato realiter actualiter diuersa: aliquo solum virtualiter, non verò realiter potentialiter distinguerentur.

§. II.

Obiectiones notandæ, & enodatio earum.

73 NEc refert, si obiicias primò testimonium quoddam D. Thom. 3. p. q. 75. vbi postquam posuit contra se tertium argumentum his verbis, *Ea, quæ sunt secundùm se diuersa, nunquam vnum eorum fit alterum, sicut albedo nunquam fit nigredo &. ergo non potest esse, quod hoc materia panis fiat hoc materia, quæ sit substantia corpus Christi.* Respondet in hunc modum, *Ad tertium dicendum, quod virtute agentis finiti non potest forma in formam mutari, nec materia in materiam; sed virtute agentis infiniti, quod habet actionem in totum ens, potest talis conuersio fieri: quia vtriusque forma & vtrique materia est communis natura entis, & id, quod est entitatis in vna potest author entis conuertere in id, quod est entitatis in altera, sublato eo, per quod ab ea distinguebatur.* Ergo connaturaliter iuxta doctrinam D. Thom. id fieri non potest, atque adeo oppositus dicendi modus, qui similem mutationem & identificationem connaturaliter fieri posse, imò & frequenter contingere asserit, doctrinæ Angelici Doctoris aduersatur.

Respondetur enim, quòd satis constat ex contextu, quomodo D. Thom. loquatur de identificatione, quæ fit per transsubstantiationem, seu conuersionem vnius in aliud eo modo, quo talis transsubstantiatio, & conuersio in Sacramento Eucharistiæ fit, in qua entitas eius, quod conuertitur, non manet, sed in rem, in quam conuertitur, transmutatur, & fit idem numero omninò cum illa. Nos autem non loquimur de hoc modo fiendi vnum aliud, seu de hoc modo identificationis vnius cum altero, sed de alio secundum quem materia, V. G. poni manet secundùm suam entitatem materialem in alio, quod per illam alitur: & quia sigillatur per eandem quantitatem, potest identificari quoad substantialia præcisè cum materia eiusdem aliti: quamois maneat realiter potentialiter licet non realiter actualiter & substantialiter distincta ad illa, sed accidentaliter ratione quantitatis.

Nec etiam refert, si obiicias secundò quod materia prima vt in libris Physicorum disput. 3. oum. 36. diximus, habet vnitatem positiuam transcendentalem, & ideo materia sublunaris secundùm se positiuè transcendentaliter distinguitur à materia cælesti: ergo vna materia sublunaris nequit identificari

cum alia, quia ea, quæ ex se sunt positiuè vnum, non possunt, si semel distinguantur, identificari. Vnde nihil obest, quòd talis vnitas nnn sit propriè numerica, neque specifica, quia sufficit prædictam vnitatem esse positiuam, & materiæ ex se conuenientem ad hoc, vt vna materia nequeat, si semel distinguitur, identificari cum alia.

Non itaque hoc refert, quia licet materia numquam sit à parte rei sine vnitate positiua fundamentaliter specifica, & formaliter numerica; nihilominus eidem secundum se sumptæ non tribuimus, etiam dum est à parte rei, quod ex propriis meritis habeat simul cum vnitate illa positiua, & transcendentali prædictam vnitatem specificam, at numericam sed solùm aliam negatiuam. Quare cùm vnitas transcendentalis hoc ipso, quòd talis debeat etiam imbibi in vnitate negatiua, & attempetati ipsi, quia hæc posteriot non est puta, & nuda negatio, sed importat etiam putam potentialitatem materiæ, vt explicatum est: ideo prædicta vnitas positiua, vt imbibita in vnitate negatiua: est talis naturæ, vt tealiter loquendo, ennueniat illi, quidquid conuenit, aut conuenire potest eidem materiæ, vt est vna negatiuè secundùm vnitatem specificam, vel numericam: vndè sicut tota entitas materiæ, secundùm se, & intra propriam lineam materiæ est vna numero negatiuè, ita est vna numero positiuè per vnitatem transcendentalem iam dictam: & sicut materia horum infimorum, nnn obstante identitate specifica, & numerica negatiua, potest pluristicari, vel esse ibidem specificè, vel numericè positiuè, ita etiam potest habere hoc ipsum, nnn obstante prædicta vnitate positiua transcendentali, & ob analogam rationem entis ei conueniente.

Adde, quòd licèt reuera materia prima habeat vnitatem positiuam transcendentalem, vt loco citato explicuimus, attamen nun minùs probabile est materiam sublunarem. V. G. ex se nnn habere aliquam vnitatem positiuam, etiam transcendentalem, quia ad hanc vnitatem non sufficit quæcumque entitas, sed entitas, quæ sit actus, vel ineludat actum.

74 Vnde contra aliquam ex his solutionibus nnn obstat id quod ibidem dicitur de materia cælesti, & sublunari, scilicet eas distingui positiuè transcendentaliter, tum quia cum hac positiua distinctione transcendentali stat, quòd solùm negatiuè habeat quælibet ex illis suam vnitatem specificam, & numericam, atque adeò quòd quæuis materia sublunaris possit quoad substantialia præcisè identificari cum alia sublunari, ex eo quòd si Inquamur de vnitate numerica, quæ ei secundùm se conuenit, nulla materia sublunaris potest distingui numericè, etiam partialiter ab alia sublunari, vt ostensum est: si verò de vnitate numerica positiua fiat sermo, tunc hæc prouenit illi à sigillatinne, & ita hoc ipso quod sigilleniur per eandem quantitatem, erunt quoad substantialia præcisè vnum, & idem, modo explicato.

Tum etiam, quia duæ materiæ, quarum vna sit sublunaris, & alia cælestis, distinguuntur per vnitates specificas, & numericas negatiuas, & distinctæ rationis in esse talium, & ideò non possunt identificari aliquando. Cæterùm tota materia sublunaris secundùm se habet vnam, & eandem vnitatem specificam, & numericam negatiuam, ita vt secundùm se non habeant etiam rationie vnitatis negatiuæ, vnde distinguantur, & ita possunt adhibitis eunditionibus iam dictis, & quoad substantialia præcisè inter se identificari.

75 Nec deinde obest, si tertiò obiicias, quòd licèt detur posse in materia prima ita philosophari vt materia, quæ modò est distincta ab alla, identificetur, modo dicto cum illa, si semel sigillentur ad eandem formam & per eandem quantitatem, non tamen in formis ipsis substantialibus, quantumuis in materia immersis, potest hic dicendi modus admitti, quandoquidem forma quæuis ex se habet vnitatem positiuam, & ideo est prima radix vnitatis specificæ. Vnde cùm vna materia possit identificari cum altera ex eo quod ex se, nec est vna, nec plures, ac proinde non habet vnitatem positiuam: fit inde, vt vna forma, quæ illam habet, nnn possit cum alia identificari, si semel supponatur distincta ab illa.

Nnn igitur hoc obest, quoniam licèt forma substantialis, quæcumque illa sit, habeat esse primam radicem vnitatis specificæ positiuæ: attamen forma, verbi gratia, huius aquæ non habet ex se esse vnam numero positiuè, & distingui numero ab alia forma alterius aquæ, nisi ratione distinctæ sigillatinnis per diuersam quantitatem, seu per ordinem ad distinctam quantitatem, vt loco citato explicatur. Sicut etiam forma spiritualis, qualis est anima rationalis, non habet vnde distinguatur numero ab alia anima, nisi per ordinem ad materiam sigillatam per distinctam quantitatem, quamuis in hac sit sua disparitas, quòd forma spiritualis inamissibiliter dicit ordinem ad suam materiam sigillatam quantitate, ita vt nnn possit secundum rationem indiuidualem modò dicere ordinem ad vnam quantitatem, & modò ad aliam, ac proinde neque eius vnitas numerica ex hac ordine desumpta potest variari: quod idem cum proportione de formis animalium perfectorum diximus Cæterùm, formæ magis materiales, & magis immersæ in materia plus sapiunt de conditione materiæ, & ita sicut materia potest modò habere vnam sigillationem, & modo aliam, ita prædictæ formæ, & ideo amissibiliter habent hanc, vel illam vnitatem numericam.

Quare licèt formæ spirituales, vel animalium perfectorum, semel distinctæ non possint iterum identificari, secus formæ magis materiales, quia licèt habeant vnitatem numericam positiuam tatione sigillatinnis possunt tamen habere nunc vnam, nunc aliam: & illæ, quæ antea erant sigillatæ, seu determinatæ ad quantitatem distinctam, possunt ad vnam, & eandem quantitatem sigillari, & determinari.

76 Nec vltetiùs refert, si quartò obiicias non enhærere hæc cū illis, quæ in Logica disp. 3. q 3. n. 40. dicuntur: nam ibi sic habetur: *Et eodem sensu intelligenda est, vt sit vera alia propositio, quòd scilicet caput, & manus substantialiter distinguuntur, id est, res quæ distinguuntur, sunt substantia, &c.* Vbi cum apponatur illa particula *substantia*, in numero plurali, videtur innui, dari ibidem in mano, & capite, substantiam & substantiam tealiter distinctam, ac proinde distingui inter se partialiter substantialiter.

Respondetur enim ex dictis, sensum illius propositionis tantum esse quod res quæ distinguuntur, sunt substantiæ, & plures substantiæ, nnn quidem actu, sed potentia, aliuquin non posset dictum hoc cohærere cum his, quæ in eadem solutione dicuntur: quia ibidem additur, quòd si sensus illius propositionis sit, quòd principium causans distinctionem sit substantia, est propositio nminò falsa: quia talis distinctio solùm provenit ab accidentibus: si autem ibi esset actu substantia & substantia, ita vt substantia manus tealiter actualiter distinguerentur intra lineam substantiæ à substantia capitis, tunc nnn solum accidentalitee, sed substantialiter distinguerentur, & similiter in eo euentu hæc propositio: Substantia habet partes, non esset materialis, & denominatiua, vt in eadem

solutio

solutione dicitur, sed formalis, & essentialis, cuius oppositum eadem quæstione asseritur. Sed de his videatur dicta quæst. 3. nam euidens est in ea denegare substantiæ quamcumque distinctionem partium entitatiuarum ad lineam substantiæ in esse partium spectantium.

Nec tandem obstat, si quintò obiicias, saltim non esse consona ea, quæ hac disputatione diximus, cum his, quæ 9. Physic. disp. 26. num 38. diximus, vbi ex eo ostendimus, medietates vnius, & eiosdem quantitatis, atque adeò dimidiam partem vlnæ, vt pars, & dimidia est, beneficio quantitatis distingui actu, & realiter ab alia medietate: quia nimirùm nullum aliud euidentius signum habemus distinctionis realis actualis aliquorum, quam mutua eorundem separatio: at hæc ratio etiam vrget contra doctrinam toties in hac disputatione traditam, quandoquidem substantia, quæ est sub medietate quantitatis vlnæ, diuiditur, & separatur à substantia, quæ est sub altera medietate.

Non ergo hoc obstat, quia ex mutua aliquotum separatione sequitur realis actualis distinctio in his, quæ specie distinguuntur? in his verò, quæ non debentur esse eiusdem speciei, sequitur distinctio realis actualis, quando eius natura sua est in hoc, vt sit ratio formalis habendi partes; quando verò tantùm in potentia, seu beneficio alterius habet partes, tunc tantùm distinctio realis in potentia intra propriam lineam, & ad summum distinctio realis actualis à quantitate proueniens colligitur. Quate cùm proprium sit quantitatis esse rationem formalem habendi partes, rectè ibidem iuxta subiectam materiam intulimus, medietatem vnius vlnæ vt medietas est, beneficio quantitatis distingui realiter ab altera medietate: proinde dari ibidem in substantia medietatem & medietatem ad lineam quantitatis in ratione taliumde formali pertinentium; non verò inde potest colligi, præexistere in substantia duas medietates realiter actualiter diuersas, quæ ad lineam substantiæ quatenus tales sunt, de formali spectent quia substantia ipsa intra propriam lineam tantùm habet partes eiusdem rationis in potentia, & ratione quantitatis, non verò partes eiusdem rationis in actu, vt ostensum est.

§. III.

Corollarium quoddam notatu dignum, & ad solutionem plurium argumentorum non parum conducens, ex dictis deducitur.

77 EX quibus omnibus corollarium quoddam notatu dignum, & ad solutionem plurium argumentorum valdè conducens deducitur, scilicet, quòd sicut concessis in materia partibus entitatiuis formaliter talibus, & quæ ad lineam, & genus substantiæ secundum id, quod de formali afferunt, pertineant, tunc vna materia includeret plures partes entitatiuas quàm alia, & ea hoc datur maioritas substantialis vnius respectu alterius; ea qua tandem maioritate substantiali proueniret vnam posse recipere formam substantialem petentem maiorem quantitatem, quam tamen non posset recipere alia: ita telegatis iuxta nostram sententiam ab ipsa prædictis partibus intra lineam substantiæ, admissa tamen indiuisibilitate formali ipsius, in sensu explicato, taliter omninò non, quod identificet sibi portiones alias antea distinctas, vel quæ potuerunt esse distinctæ: atque adeò, quòd, vt plures ex discipulis D. Thomæ expressè docent, vt testatur Serna in sua Logica disp. 3, sect. 5. quæst. 1. art. 5. an fin. virtualiter, & æquiualenter habeat partes substantiales virtualiter tales, quatenùs per hoc præcisè significatur identificare sibi portiones materiæ, quæ antea essent substantialiter distinctæ, sic distinctæ esse potuerunt. Hoc igitur admisso quòd admittendum esse satis num. 68 ostendimus prædicta omnia quæ materiæ iuxta oppositam sententiam, ei partes entitatiuas formaliter tribuentem concedentur formaliter, debent etiam iuxta nostram, proportione tamen seruata, eidem materiæ partes entitatiuas substantiales virtualiter, & æquiualenter tales concedentem admitti, saltim in eodem sensu, nempè æquiualenter, & virtualiter.

78 Vnde sicut ad hoc quòd per sigillationem, seu signationem factam per quantitatem, darentur materiæ diuersæ numero positiuè, prædictis formis, & quantitatibus adaptatæ, necesse fuit iuxta oppositam sententiam, vt in qualibet illarum materiarum aliquo modo præsupponerentur intra lineam substantiæ tot partes entitatiuæ formaliter tales, & non plures, nec pauciores, quot perit in tali tempore forma, & quantitas cuius ex illis materiis concessa, & consequenter iuxta diuersitatem formæ, & quantitatis in tali tempore illis correspondentium, debuerunt in vnaquaque materia reperiri plures, vel pauciores partes entitatiuæ formaliter tales, & intra lineam substantiæ de formali contentæ, maioritasque, vel minoritas formalis substantialis.

Ita iuxta nostram sententiam, in qua indiuisibilitas formalis materiæ intra lineam substantiæ, seu à se, propter identificationem iam dictam, ac proinde æquiualentiam, & virtualem multiplicitatem partium substantialium eiusdem rationis virtualiter solùm, seu æquiualenter talium, præstat saltim æquiualentes, & virtualiter idem, quod multiplicitas, seu plutalitas partium entitatiuarum intra lineam substantiæ formaliter talium præstaret: dicendum est, necessarium etiam fuisse, vt quælibet ex illis materiis, connotando saltem hanc, vel illam sigillationem factam per quantitatem, & in ordine ad formam petentem tantam, vel tantam quantitatem, præhabetet aliquo modo intra propriam lineam indiuisibilitatem formalem talis rationis, vt per identificationem iam dictam æquiualeret tot partibus entitatiuis materiæ formaliter talibus, quot perit in tali tempore forma, & quantitas illi portioni concessa, taliter vt forma quæ exigeretur, & secum tunc affectet maiorem quantitatem, non posset saltim connaturaliter poni in illa materia, sed necessario postularet aliam intra lineam substantiæ virtualiter seu æquiualenter, ac radicaliter maiorem, & formaliter perfectiorem atque adeò identificata præcisè quoad substantialia plures portiones materiæ, quæ licèt ratione identificationis iam dictæ, desinant habere rationem partium, vel portionum formaliter talium; nihilominùs aliquando fuerunt etiam quoad substantialia, & substantialiter se ipsa distincta, vel saltem talem distinctionem habere potuerunt; & consequenter in vnaquaque materia connotando hanc, vel illam sigillationem petentem tantam, vel tantam quantitatem, debuit reperiri indiuisibilitas substantialis, seu à se materialiter intra propriam lineam, ab alia diuersa, à qua diuersitate oriatur, vt identificatet sibi quoad substantialia, & modo dicto, pluta, vel pauciora, & ita æquiualeret, virtualiterque diuisibilis esset in plures partes entitatiuas substantiales virtualiter, & æquiualenter tales, esseque tot, vel minor virtualiter, & radicaliter, iuxta diuersitatem formæ, & quantitatis illi in tali tempore correspondentis.

79. Et similiter sicut concessis materiæ, iuxta oppositam sententiam, partibus entitatiuis actu distinctis, ac proinde formaliter talibus, tum prædicta ma-

teria esset formaliter diuisibilis in plura, quæ facta diuisinne non haberet ordinem partium, sed multiplicis totius: ita iuxta nostram sententiam, concessis materiæ prædictis partibus virtualibus, quæ actu præcisè quod substantialia sint identificatæ, & distinguantur distinctione reali substantiali, non quidem actuali, sed potentiali per modum duplicis tantus in potentia talium, & simul habeant accidentaliter rationem partium integralium per quantitatem; oportet, vt prædicta materia sit intra suam lineam virtualiter diuisibilis in plures partes formaliter substantiales, quæ actu sint virtualiter tales, & simul sit realiter potentialiter ad substantialiter partibilis in plura, quæ facta diuisinne non habeant rationem partium formaliter substantialium, sed multiplicis totius, quamuis hæc diuisio realis potentialis, ac radicalis, non sit propter rationem quantitatis, tradendâ reducibilis ad actum nisi media quantitate, ita vt ad diuisionem quantitatis simul etiam substantia ipsa diuidatur, ac proinde non solùm resultent plura quanta totalia, sed plures materiæ, vt sic dicamus, totales, id est non facientes actu vnam, & eandem materiam per identitatem iam explicatam, & consequentes plura composita substantialia substantialiter distincta.

80. Ea quo patet, optimo iure malorum hanc substantialem appellant, *virtualem, seu per æquivalentiam, radicalem, & potentialem, virtualem quidem seu per æquivalentiam*: quia præstat in, quod præstaret maiorias formalis substantialis perens multiplicitatem & distinctionem actualem partium entitatiuarum formaliter talium, & ex eis coalescens: *radicalem verò*, quia eo ipso quòd vna materia, connotando hanc, vel illam sigillationem, modo insinuato, habeat ratione identificationis iam explicatæ, æquivalere materiis, quæ aliàs fuerunt priùs quoad substantialia, ratione aliarum sigillationum (vt suo loco explicabitur) distinctæ, vel saltim sic distinctæ esse potuerunt, debet esse radix suo modo maioritatis formalis à quantitate prouenientis: *Potentialem* denique, tum, quia ratione huius maiorias radicalis, est materia in potentia ad maioritatem quantitatiuam, quæ formaliter absolute, & simplicitet, ac per antonomasiam, est maioritas rum etiam, quia ratione illius est capax ad hanc, vt posita sub quantitate, & beneficio etiam quantitatis, vt suo loco magis explicatur, diuidatur in plures materias, quæ fiat maiores maioritate, tam substantiali radicali, & virtuali, quàm formali quantitatiua iam explicatis; cuius tamen diuisionis non esset capax, si prædictam maioritatem radicalem intra propriam substantiæ lineam non haberet.

QVÆSTIO VI.

Quomodo ex dictis sit occurrendum argumento & confirmationibus testimoniis D. Th. desumptis, & in favorem contrariæ sententiæ, à n. 23. vsque ad 26. huius disputationis adductis?

81. AD primum ergo prædictæ sententiæ ex Angelico Doctore petitum, respondetur, sanctum Doctorem solùm loqui de partibus integralibus virtualiter, & radicaliter talibus de quibus fuitè num. 77. & deinceps. Nam cùm totum substantiale, v.g. Planta, constet, tum ex materia, & forma, tum etiam ex diuersis, quasi portionibus materiæ, & formæ quæ antea fuerunt, realiter actualiter, & substantialiter distinctæ, vel saltim potuerint sic esse distinctæ, vt explicatum est: quamuis hoc ipso, quòd figillentur per vnam, & eandem quantitatem, maneant quoad substantialia præcisè, idem ficiatæ: inde est, vt potuerit optimè S. Doctor affirmare, prædictum totum compositum ex suis partibus, vel essentialibus, vel integralibus, esse vnum simpliciter; quamuis eum hoc stet, vt compositio illa substantialis, qua substantialiter componitur ex prædictis, quasi portionibus, non sit realis formalis, propter defectum distinctionis realis actualis, ac formaliter substantialis, sed virtualis ac æquivalens.

Adde, posse etiam respondeti sanctum Doctorem articulo illo quarto, solum velle explicare quomodò imperium, & actus imperatus, sint vnus, & idem actus humanus, licet quoddam totum, multi autem secundùm partes: & ad hoc explicandum adduxit in exemplum totum substantiale compositum ex suis partibus substantialibus, & integralibus, de quo dicit esse vnum simpliciter, sicut quoddam totum, multa verò secundùm quid, id est, secundùm partes, & ibi continentur verba in argumento relata & tandem in eodem exemplo perstitendo reddit rationem, ob quam prædicta substantia habet vnitatem illam simpliciter cum diuersitate, & multiplicitate secundùm quid.

Hoc autem nihil obest, tum quia, vt constat ex communi Doctorum scoteoria, exemplorum non requiritur veritas, sed aliqualis similitudo, & accommodatio: tum etiam quia inde ad summam potest colligi sanctum Doctorem vsum fuisse hoc exemplo tanquam probabili, non verò tanquam quid certo via, & principijs suæ doctrinæ dicendum: vnde multoties vtitur pluribus, & diuersis exemplis, quæ licèt ad rem, quam intendit, explicandam satis deseruiant nihilominùs doctrina in eis contenta, aut non est iam in schoris probabilitter vera, aut saltem in via eiusdem sancti Doctoris non est amplectenda.

Vnde sanctus Doctor ad hanc regulam attendens 1 part. quæst. 67. art. 1. ad 2. cum opposuisset sibi testimonium quorumdam Philosophi asserentis lumen esse speciem quandam ignis, sic respondet. *Dicendum quod Arist. lumen nominat ignem in propria materia, sicut ignis in materia aerea dicitur flamma, & in materia terrea dicitur carbo; non tamen est multum attendandum de his exemplis, quæ Arist. inducit in libris Logicalibus, quia inducit ea vt probabilia sectandum opinionem aliorum.*

82. Ad secundùm verò testimonium in eodem argumento contentum, dicendum est, certum esse in via D. Thom imò etiam aliorum extra eius schulam, verba illa sancti Doctoris non esse intelligenda in sensu formali, quia nomine carnis, & ossis, &c. formaliter sumptorum non significatur vtcumque substantia, sed vna cum certa quantitate, figura, aliisque accidentibus frigiditatis humiditatis, siccitatis, duritiei, aut mollitiei, &c. vt in libris de Anima dicemus: hæc autem omnia apertum est non contineri sub speciebus ex vi Sacramenti.

Quare verba illa D. Thom solùm sunt intelligenda in sensu materiali, & radicali, ita vt per illa significetur substantiam illam, quæ mediis prædictis accidentibus habet aliàs quidquid requiritur ad hoc, vt sit caro, ossa, nervi, &c. ac proinde materialiter subiiciuntur prædictis denominationibus, estque radix omnium illorum, esse sub Sacramento ex vi Sacramenti.

83. Ad confirmationem quoad id, quod ait nos imaginari vnà cum auctoribus illis à D. Thom. adductis, & refutatis materiam ad modum puncti, satis constat ex his, quæ in Logica disputatione citata num. 41. & in hac eadem disputat. num 77. diximus. Quoad id verò, quod in ea additur, scilicet ex nostra sententia sequi, quamlibet materiam, quantumuis sit sub minori quantitate, posse recipere

quam

quamcumque quantitatem,& formam ; bene respondetur ibidem, constatque ex iam dictis numero nuper citato.

Et ad impugnationem quoad primam eius partem dicendum est, antecedens esse verum, loquendo de materia secundùm se, seu intra lineam materiæ,cum præcisione considerata ; quia sicut tunc materia prima intelligitur vna numero negatiuè in omnibus, & includere omnes portiones materiæ, quæ aliàs sunt diuersæ, & distinctæ,vt ex S.Doct.diximus, ita intelligitur respicere quamlibet formam,& quantitatem secus verò si de materia, quæ est sigillata ad formam formicæ,verbi gratia, intelligatur : quoniam eo ipso quòd non identificet sibi tot portiones materiæ in sensu explicato, quot forma hominis, atque adeò non habeat virtualiter eam maioritatem virtualem, & substantialem, quæ est in materia sigillata ad formam hominis, non potest recipere tantam quantitatem, nec formam eiusdem hominis,nisi prius prioritate saltem naturæ identificet sibi quoad substantialia præcisè plures illas portiones, quæ aliàs fuerint antea substantialiter distinctæ & separatæ, vel saltim potuerunt actu, & in exercitio sic esse distinctæ. Nam ad recipiendam illam quantitatem tot sequuntur partes virtuales materiæ quoad substantialia præcisè identificatæ, quot essent partes illius entitatiuæ iuxta oppositam sententiam formaliter tales,& formaliter substantiales, actuque distinctæ, & quot partes actuales sunt in ipsa quantitate.

84 Ad secundam verò impugnationem neganda est sequela. Ad cuius probationem dicendum est, quòd licèt tota illa quantitas debeatur formæ Petri, non tamen vt habenda in actu exercito, vsque dum eius materia, cui debetur identificate sibi de eursu temporis tot portiones materiæ, modo iam dicto, quot sunt necessariæ ad illam quantitatem, habeat actu, & in exercitio illas quoad substantialia præcisè identificate:& ita forma Petri non causat prædictam quantitatem,vsque dum materia præexistens, præintelligatur in aliquo genere causæ identificata quoad prædicta substantialia eum materia alimenti, quæ illi deest:& ita semel identificata potest in suo tuto recipere maiorem illam quantitatem, ratione cuius habeat denuo partes integrales, & ad lineam quantitatis de formali spectantes.

QVÆSTIO VII.

Quomodo ex dictis diluenda sint argumenta ex ratione petita,& pro contraria sententia à n. 26.vsque ad 33.huius disp.allata?

85 AD primum verò ex ratione petitum patet ex dictis,concedendam esse sequelam, ita tamen vt semper eadem substantia materialis & totalis retineat partes eiusdem rationis per quantitatem,& vt eas habet,sit saltim, naturaliter loquendo, diuisibiliter vbicunque fuerit. Et ad probationem in contrarium respondetur eum communi Thomistarum sententia testimonium illud D.Th. intelligi de diuisibilitate integrali, & qualitatiua; non verò de diuisibilitate, & multiplicitate partium entitatiuarum formaliter talium, & de formali substantialium.

Nam licet formæ substantiales animalium imperfectorum, & aliæ, quæ sunt eis ignobiliores, careant partibus entitatiuis formaliter substantialibus, sicut eis formæ substantiales animalium perfectorum earent, & ita quoad substantialia præcisè consideratæ sint totæ sub tota quantitate, & totæ sub quauis eius parte : nihilominus aliter & aliter hoc illis & his formis competit: etenim illæ ideò sunt totæ sub tota quantitate,& singulis eius partibus, quia identificant sibi plures portiones substantiales, non quidem quæ actu sint substantialiter distinctæ,sed quæ aliàs etant sic antea distinctæ,vel potuerint ita distingui, sed ad diuersam quantitatem sigillarentur : & ita licèt loquendo de substantialibus præcisè vnica, & eadem forma per simplicitatem & identitatem sit sub quauis parte quantitatis, & sub tota quantitate ; est tamen vnica, & eadem per simplicitatem, & identitatem quoad substantialia omnium infimam quæ compatiatur secum distinctionem, multiplicitatem tealem potentialem & substantialem, & quod illamet, quæ modo sunt identificata,potuerint esse tealiter actualiter, & substantialiter distincta,ac tandem quòd ratione quantitatis, & in suo toto sint in ea accidentaliter, ac denominatiuè partes integrales actu tealiter distinctæ.

86 Cæterùm, formæ animalium perfectorum ita sunt totæ sub tota quantitate, & totæ sub quauis eius parte, vt hoc non conueniat eis per hoc, quod identificent, aut identificare possint plures,vt sic dicamus, portiones formæ, quæ aliàs fuissent aliquando inter se tealiter substantialiter distinctæ, aut prædictam distinctionem habere potuerint, sed eademmet simplex forma per simplicitatem, & identitatem altioris rationis, non admittentem simul distinctionem tealem potentialem,ac substantialem, est quoad substantialia tota sub tota quantitate,& tota sub quauis parte, & ita solùm eminenter est plures,idest, ita potest esse sub tota quantitate, & quauis eius parte, ac si esset plures,non verò quia tealiter potentialiter est plures, nec habeat virtualem multiplicitatem partium tealiter talium in eo sensu,quo eas formæ imperfectiores habent, scilicet ratione identificationis iam dictæ : ac proinde nec poterit ad diuisionem quantitatis diuidi & sub vtroque extremo diuisionis manere, sicut illæ priores & ignobiliores formæ saltim in suo toto, & secundariò habent à quantitate totalitatem entitatiuam,& integralem : quia ad recipiendam prædictam totalitatem, & effectum eius formalem, requiritur esse substantiale satis immersum in materia,& habens conditiones iam explicatas: ac proinde petens identificate quoad substantialia ea, quæ aliàs antea erant substantialiter distincta, vel saltim se distincta esse potuerunt, vt ita ad diuisionem quantitatis possit diuidi, & sub vtroque extremo diuisionis facta diuisione secundum aliquid substantiale sui permanere.

87 Ad secundum,quòd cùm duæ illæ virgæ constent ex formis valdè immersis in materia,possunt : licet antea essent substantialiter distinctæ,fieri quoad substantialia solummodo vnum per identitatem, absque eo quod vna conuertatur in alteram per hoc præcisè, quod sigillentur per eandem quantitatem, vt explicatum est : quamuis hoc ipso quod tota illa virga sigilletur ad vnam,& eandem quantitatem,debeat habere ab eadem quantitate plures partes integrales, quæ sint formaliter accidens,quam eas,quæ in quauis ex illis virgis sigillatim sumpta præexistebant.

88 Ad tertium benè respondetur ibidem : nam hoc ipso quòd substantia panis habeat partes à quantitate,ita vt forma ipsa panis ob suam materialitatem sapiat conditionem materiæ,& secundariò extendatur à quantitate,iam substantia, quæ est sub medietate quantitatis,& hostiæ,est quoad substantialia, & substantialiter tealiter potentialiter distincta à substantia, quæ est sub altera medietate, licet tealiter actualiter præcisè quoad eadem substantialia, & substantialiter sumpta,sint idem, quia tota illa hostia

est

est sigillabilis ad distinctas semper quantitates, licet actu non sit sigillata: & ita potest manere, quatenus est sub vna medietate, & desinere quatenus est sub alia: quoniam facta collatione inter portiones substantiæ, quas antea identificabat, tot ab illa subiatæ, vtque deperditæ sunt quot remanent: & ita non mirum quod possit, modo dicto desiuere quatenus erat sub vna medietate illius quantitatis, & permanere quatenus erat sub alia.

Et ad impugnationem in contrarium factam concesso antecedenti, distinguendum est consequens primæ consequentiæ, & concedenda est consequentia de distinctione reali potentiali, & substantiali, ad actumque, vt iam explicuimus, reducibili vnius medietatis ab alia, neganda verò de distinctione reali actuali, & formaliter substantiali, quæ ante consecrationem inter illas duas medietates intercedat: nam licet illæ duæ medietates, vt medietates sunt, ratione quantitatis distinguantur realiter actualiter, & denominatiuè; attamen si de illis, quoad substantialia præcisè, & de distinctione substantiali ibidem interueniente loquamur, solùm distinguuntur realiter potentialiter: & deinde neganda est secunda consequentia, quia vt essent ibi ante consecrationem plures partes formaliter ad lineam substantiæ pertinentes, & quæ non essent tales beneficio quantitatis, desiderabatur vt esset ibi distinctio realis actualis, & substantialis inter vtramque medietatem, & non solum distinctio realis actualis prouenions à quantitate, & distinctio realis potentialiter orta ex substantialibus: vnde ad summum colligitur esse in prædicta substantia plures partes virtualiter eminenter, & pluta tota substantialia in potentia.

Contra quod nihil obest probatio primæ consequentiæ ibidem adducta, quia satis est, quòd duo illa quæ antea quoad substantialia præcisè identificatur, sint substantialiter, seu intra genus substantiæ realiter potentialiter distincta, & actu integraliter, & accidentaliter ratione quantitatis fuerunt diuersa. & tandem quod postea vtrumque, vel vnum eorum sigilletur ad quantitatem aliquo modo distinctam, vt in præsenti contingit, ad hoc vt vnum maneat, & non aliud, & diuersa alia, oppositaque prædicata eisdem conueniant.

89. Explicatur magis hoc ipsum, licet consecratio per se directè solùm terminetur ad conuersionem substantiæ panis in corpus Christi Domini; nihilominus eadem substantia panis, quoad illud, quod remanet, potest per consecrationem per accidens sigillari ad solam medietatem illius quantitatis: quia hoc ipso quòd per consecrationem fiat, vt facta collatione inter portiones substantiæ, quas antea identificabat, tot ab illa sublatæ sint quot remanent: consequens est, vt per eandem saltim fiat per accidens, quòd substantia, quę remanet, ita substet illi medietati, vt secundùm aliquid sui alteri medietati nullo modo subsit: nam ad hoc, vt subesset vttique, desideratur, vt identificaret sibi tot portiones substantiæ, quot antea identificabat: atque adeò per eandem consecrationem fit, vt ita maneat determinata ad hanc medietatem, vt secundùm aliquid sui, & sibi identificatum, non maneat determinata ad aliam.

Vnde sicut diuisa illa substantia vnà cum sua quantitate in duas medietates, possunt ei sic diuisæ conuenire diuersa & oppositа prædicata: nam eo ipso sigillatur ad distinctam quantitatem, & ratione huius sigillationis, modo alibi dicendo, fit multiplex: ita quia per consecrationem sigillatur per accidens eadem substantia ad quantitatem aliquo modo distinctam, id est, ad hoc, vt ita substet illi medietati quantitatis, vt secundùm aliquid sui non subsit alteri, atque adeò respicit eam, vt adæquantem totam entitatem, & virtutem substantiæ, quam habet, ideo prædictæ substantiæ remanenti, & ita sigillatæ possint conuenire distincta, & opposita prædicata, ac idem, vt antea erat sub altera medietate.

90. Ad primam confirmationem respondetur negando sequelam, & ad probationem concesso antecedenti, neganda est consequentia: quia licet transubstantiatio solum terminetur ad substantiam: attamen per accidens in casu argumenti diuiditur per illam vna portio, vt sic dicamus, illius substantiæ ab alia, & ita per accidens inuoluitur effectus quantitatis, scilicet diuisibilitas. Vnde non potetit Deus conuertere vnam, vt sic dicamus, portionem in aliam, nisi priùs tribuat prædictæ substantiæ quantitatem, & ea concessa optimè poterit prædicta conuersio fieri.

Ad secundam confirmationem respondetur negando sequelam, & ad probationem dicendum est, quòd sicut ad hoc vt substantia corporis Christi sit sub quantitate corporis, seu partium solidarum, debet eius materia identificare, modo iam dicto, tot, vt sic dicamus, portiones, quot iuxta oppositam sententiam habet actu, & à se distinctas, & per modum partium formaliter substantialium, si in ea essent partes entitatiuæ formaliter substantiales, & insuper eius forma substantialis debet esse sub prædicta quantitate, vt est radix accidentium corporis Christi, seu partium solidarum illius, & similiter ad hoc, vt eadem substantia Christi sit sub quantitate sanguinis, debet, quoad substantialia præcisè identificate plures alias, vt sic dicamus, portiones materiæ, & hæ habent informari per formam substantialem sanguinis, seu per formam substantialem, vt est radix accidentium sanguinis: ita ex vi verbotum corporis debet tanquam terminus eius primarius, seu specificans actionem illam poni substantia corporis Christi, vt secundum materiam identificet quoad substantialia præcisè illas, vt sic dicamus, portiones materiæ, quæ in ea desiderantur, vt sit sub quantitate eiusdem corporis, & secundùm formam substantialem, debet poni eadem forma, vt est radix accidentium corporis, seu partium solidatum Christi, & deinde ex vi consecrationis sanguinis ponitur tanquam terminus specificans prædictam actionem substantia Christi, vt secundum materiam identificet modo dicto alias, vt sic loquamur, portiones materiæ, & vt secundum formam dicit formam, quæ sit radix sanguinis: quia denominatio sanguinis de formali, & in recto inportat certa quædam accidentia, vt in libris de Anima ostendemus, ex eo quod in substantia nulla est heterogeneitas substantialis, sed accidentalis.

91. Cæterùm, cùm hoc stat, vt per concomitantiam, & ratione identificationis possit poni per vtramque consecrationem tota substantia corporis & sanguinis Christi, vt identificat secundùm materiam omnes prædictas quasi portiones materiæ, vt est secundùm formam, modo sibi debito, radix omnium accidentium, & partium heterogeneatium.

Diximus quòd possit, non verò quòd necessariò debeat hoc modo poni, quia si consecratio panis fieret in triduo, in quo materia corporis Christi non identificabat portiones materiæ, quæ erant sub sanguine: quia, vt supponimus, corpus Christi mansit in eo triduo exangue, tunc nec ex vi verborum consecrationis panis, nec per concomitantiam ponerentur per illam consecrationem portiones illæ quæ erant sub sanguine Christi, nec forma substantialis esset tunc sub specie panis, vt est radix accidentium sanguinis.

Diximus,

Diximus etiam, quòd ea vi verborum consecrationis panis ponitur substantia corporis, vt secundùm materiam identificat sibi plures, vt si dicamus, portiones, quia reuera, vt ibi sunt identificatæ, non habent rationem partium aut portionum, licet sint talis naturæ vt possint, si beneficio quãtitatis diuidantur, esse actu distinctæ, habeteque rationem duarum portionum totalium.

92. Ad quartum benè respondetur ibidem, & ad impugnationem dicendum, quod terminus substantialis nutritionis est quoad substantialia, & substantialiter idem realiter actualiter cum nutrito; distinguitur tamen ab illo, quoad eadem substantialia, & substantialiter, distinctione reali potentiali, modo explicato, & simul distinctione reali actuali à quantitate proueniente: & licet sola virtualis distinctio effectus à sua causa non sufficiat ad veram rationem effectus, & causæ; benè tamen distinctio iam dicta realis potentialitatis, saltim cum simul adiungitur distinctio realis actualis à quantitate prouenientis, ratione cuius substantia denuo acquisita sit pars actu distincta à partibus præexistentibus, quia id satis est ad hoc, vt prædictæ substantiæ aliquid reale possit in sensu iam explicato addi, & aliquid etiam reale valeat ab eadem demi.

Vnde causa realis actualis se ipsum nutriens petit, vt per nutritionem ei addatur aliquid reale, & substantiale actu, licet non fit realiter actualiter, & substantialiter, sed realiter potentialiter intra genus substantiæ, & actualiter ratione quantitatis distinctum, ac proinde hæc additio quoad substantialia præcisè sumpta, sit realis actualis ex parte eius quod additur, quodque terminat modo sibi debito illam mutationem, & realis potentialis ex parte distinctionis rei additæ ad id, quod additur: & idcò loquendo præcisè de maiotitate substantiali, & ad lineam substantiæ spectante, prædicta substantia dicitur maiori maiotitate virtuali: quia licet reuera facta nutritione habeat aliquid substantiale, quod anteà non habebat, attamen non est realiter actualiter, & substantialiter diuersum, sed ipso, quod sigilletur vna eum præexistenti substantia per eandem quantitatem, sit idem per identitatem quoad substantialia præcisè cum re, quæ alitur.

Adde, quòd terminus primarius illius actionis, vt actio est, tantùm est vltima dispositio, qua materia alimenti disponitur ad formam alitii, vt constat ex his, quæ in lib. Physic. disp 10. & in hoc eodem opere disputatione secunda diximus: quamuis terminus immediatus eius, vt est mutatio substantialis, sit aliquid substantiale.

93. Ad primam confirmationem satis constat ex iam dictis quomodo per nutritionem materia alimenti, quæ antea erat distincta à materia alitti, fiat quoad substantialia præcisè vnum per identitatem cum illa, & ita alitum, informando per suam formam prædictam materiam, fiat capax nouæ partis quantitatis.

Ad secundam confirmationem patet etiam ex dictis, quomodo in instauratione, quæ fit per nutritionem, verbi gratia plantæ, sit maxima proportio cum deperditione substantiæ, quæ præcessit: nam sicut substantia illa erat realiter identificata quoad substantialia præcisè cum planta, & potentialiter substantialiter distincta, & rursus actualiter per modum partis & partis ratione quantitatis diuersa: ita instauratio eiusdem substantiæ fit per aliquid quoad substantialia, & substantialiter realiter actualiter identificatum cum illa, & realiter potentialiter, ac substantia iter diuersum ab ipsa, ac tandem per aliquid, quod ratione quantitatis distinguatur realiter actualiter, & per modum partis à reliquis partibus præexistentibus.

94. Ad quintum respondetur, concedendo antecedens, & negando consequentiam. Ad probationem patet ex dictis in ratione 1. & 2. pro 1. assertione adductis: nam ideo substantia indiuiduatur per quantitatem, siue per ordinem ad illam: quia quantitas ex se habet partes eiusdem rationis, seu tolo numero distinctas, ac proinde ex se ipsa est indiuidua, & vna numero (vt ibidem tetigimus, & disputatione de principio indiuiduationis explicantes vim huius rationis, & illationis ex professo, neenon ex D. Thom. 4. contra gentes cap. 65. ostendemus) secus verò substantia.

Et isa si substantia prædictas partes ex se haberet, non distinguereturnumero per sigillationem ad distinctam, siue per distinctam quãtitatem, sed ex se ipsa. Vnde ex eo, quod duæ substantiæ totales distinguantur numero per distinctas sigillationes ad distinctas, siue per distinctas quantitates totales, non licet colligere, quòd sint in ea distinctæ partes entitatiuè substantiales, & substantialiter diuersæ per ordinem ad distinctas partes eiusdem quantitatis, sed potius oppositum debet hinc inferri: atque adeò quòd quæuis substantia non respiciat suam quantitatem totalem, & eius partes per distinctas realiter actualites sigillationes, sed per vnam, & eandem realiter sigillationem, licet saltim virtualites multiplicem.

95. Adde, quòd ex hoc, quòd duæ substantiæ totales distinguantur numero tanquam duo tota substantialia Physica per ordinem ad distinctam quantitatem, non sequetur quamlibet ex illis habere nisi vnicam totalitatem, scilicet totalitatem Physicam, ac proinde nihil inde repugnans alicui ea eisdem substantiis ponatur.

Cæterùm ex hoc quòd per ordinem ad diuersas partes eiusdem quantitatis habeat distinctionem partium entitatiuarum intra lineam substantiæ, seu quæ de formali sint substantiales, sequitur quamlibet ex illis substantiis habere duplicem illam totalitatem: vnam Physicam, & aliam quasi integralem, & coalescentem ex diuersis partibus substantialibus, scilicet ex substantia manus, capitis, &c.

Quare cùm in ratione secunda prima assertione à num 40. vsque 47. adducta ostensum sit, hanc duplicem totalitatem non cohærere cum vnitate per se substantiæ materialis totalis, sit inde, vt ex ordine ad prædictas partes eiusdem quantitatis non resundatur in substantiam prædicta diuersitas partium formaliter substantialium, & entitatiuarum, ac proinde quòd, vt modo dicebamus, licet duæ substantiæ totales per distinctum realiter ordinem respiciant distinctas quantitates totales, non tamen vna & eadem substantia per distinctum realiter ordinem inspiciat suam quantitatem totalem, & eius partes, sed ad summum per vnum, & eundem; qui saltim virtualiter, seu eminenter sit multiplex.

QVÆSTIO VII.

Vtrùm nutritio sit mutatio successiua continua, an verò discreta.

96. NOmine mutationis continuæ non intelligimus mutationem, quæ à principio vitæ vsque ad finem incessanter, & absque vlla interruptione perseueret, eo sanè propotionali modo, quo motus cœli à prima eiusdem cœli conditione, vsque ad diem iudicij ita est continuus, vt absque vlla intersuptione, & discontinuatione permaneat: nam certum est

est in doctrina Arist & D.Thom.necnon apud omnes Philosophos,nutritionem non debere esse hoc modo continuam.

Et ratio est aperta, tum quia viuens in ptimo instanti suæ generationis non potest se nutrire,imò neque in tempore immediatè sequenti, quippe cum requiratur aliquod tempus ad sumptionem cibi , & eo semel sumpto, petatur etiam illa tempotis mora , vt disponatur conuersione sui in substantiam alititum etiam , quia cùm calor naturalis valdè langueſcere soleat,dum grauis aliquis morbus vrget : consequens est , vt sicut aliquod membrum corpotis potest ita morbo laborare , vt actio eius pro aliquo tempore omnino impediatur,aut valdè imperfectè exerceatur, ita calor naturalis poterit ratione morbi contra ipsum agentis sic debilitari , vt pet aliquod tempus, vel agere nequeat , vel adeò remisè , & impetfectè agat , vt non valeat alimentum petfectè disponere , & consequentet nec conuettere in substantiam aliti.

97. Nec refert id, quod ex Aristot.text.41. huius lib.supra dicebamus, scilicet : *Quandiu saluum manet animal,etiamsi decretionem habeat,alitur;sed non semper accrescit :* quia ibi Philosophus tantùm voluit, non posse animal multo tempore conseruari sine eo, quòd se outriat, sicut potest esse longissimo tempotis interuallo sine acretione · quia vt experientia constat, sic per pauciſſimos dies cessat vita animalis : & ita aliqualitet est verum, ipsum quandiu viuit , semper nutriri:quia interruptio illa modica est:parum autem pro nihilo putatur, vt benè notanit Suarez in 2. part.sum.Theol tract.3 l.b.2.c.n 4.

Quate, nomine mutationis,continuæ solùm intelligimus eam ; quæ licet aliquando interrumpatur, & desinat · nihilominùs, quandiu dutat,non interrumpitur,sed habet succeſſiuè,& continuò durate,ad eum sanè modum proportioalem , quo suprà disputat.4. num. 135. diximus , altetationem esse continuam. Consulto aotem in titulo non inquisiuimus.an nutritio sit motus continuus, sed an sit mutatio continua: quia vt constat ex his, quæ 5.Physic.disp.22 num.17. asseruimus , substantia non potest per se tetminare motum,atque adeò nuttitio ad eam tetminata nequit tationem motus habere.

§. I.

Refertur prima sententia.

98. TOletus in præsenti q.12.Pompon.lib.de Nutritione & Augmentatione c.19. & Metaph. disp.7.cap.4. (quorum primos pro se refert Auerr. & Albert.Magn.secundus vetò Themistium , & Simplicium)asseruot;alimentum per aliquod tempus disponi à calore naturali , & in instanti terminativo eiusdem tempotis conuerti in substantiam aliti partem illam, quæ fuerit perfectè disposita,& rutsus tèpore sequenti disponi aliam partem,& in instanti terminativo eius conuerti , ac proiode totam nuttitionem coalescere ex pluribus mutatiooibus instaotaneis,& discretis.

Probatur ex dictis quæst.ptæc. nam substantia est in se indiuisibilis intra propriam lineam:ergo nequit terminare mutatiooem succeſſiuam,& continuã:ergo nec nuttitio potetit esse mutatio eôtioua,& succeſſiua.

Hæc vltima consequentia constat ex ptioti : quia nutritio est mutatio immediatè terminata ad substantiam. Prior vetò, quoniam ad tetminandam mutationem continuam,& succeſſiuam , oportet in termino significate partem & partem, quarum vna correſponder priori parti mutationis succeſſiuæ, & alia posterioti,vt ex se constat.

99. Secundò , nam forma viuentis quod alitur, terminatur termino intrinſeco patuitatis ; nimirum, *minimo quod sic* , tam quoad primam sui productionem , quàm quoad extenſionem ipsius ad informandam materiam alimenti : ergo non potest introduci in prædictam matetiam,nisi minima aliqua eius pars simul sit vltimatè disposita : ergo pet mutationem instantaneam in parte illa minima forma prædicta introducetur, & sic de aliis : & pet consequens,tota nutritio ex pluribus mutationibus instantaneis , & diſcretis coaleſcit.

Antecedens. quoad primam productionem , constat ex his, quæ 6.Physic.disput. 27.num.52.diximus: quoad extenſionem verò ipsius ad informandam materiam alimenti etiam liquet : nam ideò forma in prima sui productione exigit determinatam quantitatem,& dispositionem versus parnitatem, quia est determinatæ essentiæ (vt loco citato ostendimus) ergo cùm habeat etiam determinatam essentiam, dum ad matetiam alimenti informandam exiendit, patet vtique versus paruitatem eertam , & determinatam materiam alimenti, atque adeò terminatam per *minimum quod sic*, ad hoc, vt ad eam extendatur.

Prima verò consequentia ex anteeedenti apertè sequitur. Nam , si minima illa materia non disponeretur simul, & vltimatè, sed ante quamlibet partem, quantumuis minimum, prius alia, & alia minor vltimatè disponeretur , non posset viuens petere certam aliquam , & determinatam minimam materiam ad sui genetationem,vel nuttitionem : siquidem vltimatè disposita materia illa minori & minori vsque in infinitum, non posset naturaliter loquendo.introduci ibidem forma, pro qua est disposita. Secunda verò consequentia manifestè ex prima deducitur,vt intuenti patebit,

100. Confirmatur,cùm alimentum corrumpitur, datur maximum distemperamentum,sub quo nequit esse : ergo etiam dabitur instans , in quo verificetur, nunc non est forma cibi ,& immediatè antea erat: ergo etiam dabitur instant, in quo sit verum dicere, nunc est nuttitio,& nouta pars substantiæ , & immediatè antea non erat,quod est incipere instantanteè,& per primum sui esse,atque adeò non esse mutationem continuam, & succeſſiuam.

Antecedens patet,quoniam nihil corrumpitur,*nisi* dum datur tantùm distemperamentum , vt sub eo esse nequeat.

Ptima verò consequentia ex antecedepti constat, quandoquidem hoc ipso quòd in eo instanti non possit conseruari forma cibi, necesse est , vt de ea verificetur , tunc non esse. Posteriot verò consequentia ex priori liquet : nam si in eo instanti , in quo est verum dicere,non esse formam alimenti,non verificaretur esse in eo nuttitionem , atque adeò esse acquisiam io te nuttita nouam partem substantiæ, sequeretur dati tunc materiam sine forma , eum in eo instanti , nec sit io ea forma alimenti, nec forma nuttiti,

101. Tertiò , nam si nutritio est mutatio succeſſiua,& continua , incipiet vtique per vltimum non esse,vt ex dictis 6 Physic constat, tunc ergo inquiremus, num in illo instanti, in quo verificatur , nunc non est nutritio,nec forma aliti in materia alimenti, sed in tempore immediatè sequenti erit , tunc sit materia illa vltimatè disposita pro receptione illius , vel non ?

Si primum, ergo in eo instanti erit etiam ibidem forma aliti , quandnquidem nequit materia esse vltimatè disposita pro receptione alicuius formæ, & non habet illam : si verò deest illi aliqua dispositio

ergo

ergo falsò dicitur fore in tempore immediatè sequenti formam aliti in prædicta materia: quoniam si in instanti antecedenti non est disposita, restat illi vlterior dispositio in tempore immediatè sequenti, forma autem non recipitur, nisi postquam talis dispositio vltimatè introducta est.

Maximè, quia hoc ipso, quod in tempore immediatè sequenti sit vltetiùs disponenda, iam in eodem tempore perficietur ibidem forma aliti, cùm vltima dispositio introductiua non recipiatur in sola materia, sed in composito corrumpendo, nec hoc euanescat vsque dum materia sit vltimatè dispositia per receptionem formæ denuò aduenientis.

102. Quartò, quia alioqui nutritio, & noua pars substantiæ per illam producta inciperet in tempore, & per vltimum non esse, & forma alimenti desineret per primum non esse; hoc autem est impossibile: ergo, &c.

Sequela, quoad primam partem satis perspicua est: nam mutatio successiua incipit ad modum motus, atque adeò in tempore, & per vltimam non esse, ita vt sit verum dicere, nooe non est talis mutatio, aut terminus per illam productus, benè tamen in tempore sequenti.

Quoad secundam verò partem ea hac priori constare videtur: nam cùm generatio vnius sit corruptio alterius, seque inuicem concomitentur, & è contra, consequens est, vt si noua illa pars substantiæ in tempore fit, & ad modum rei successiuæ, etiam alimentum desinat rei successiuæ, ac proinde per primum non esse, ita vt sit verum dicere, tunc non est pars alimenti, & immediate antea erat, quia hic est modus proprius desinendi rei successiuæ, vt in motu constat, & in 6. Phys. disp. 26. n. 4. disimus.

Falsitas verò consequentis facilè ostenditur, quia iam in instanti illo iniciatiua extrinsecæ nouæ partis nutriti, & desitiuo alimenti deretur materia illa alimenti sine forma: nam ea quo capite verificatur tunc non esse alimentum, ea eo quod desinit per primum non esse, non informatur materia illa per formam eiusdem alimenti: & ea quo capite nondum incipit nutritio, sed in tempore immediatè sequenti, erit, quia incipit per vltimum non esse, non informabitur forma aliti.

§. II.

Præfertur sententia Aristotel. & D. Thom affirmans.

103. Dicendum est tamen, nutritionem esse mutationem successiuam, & continuam. Assertio hæc apertè colligitur ex Arist. 5. Phys. c. 2. & ex D. Thom. ibid. & in hoc lib. cap. 5. vbi etiam lect. 11. & 16. necnon 3 part quæst. 3. art. 1. eandem tenent. Matsil. quæst. 14. Albert. de Saxonia, quæst. 3. Venetus in summ. de Generat. c. 7. Iandan. 8. Phys. q. 7. Soto 2. Physic. q. 4. art. 3. §. contra secundam conclusionem Baõez in hoc lib. c. 5. q. 2. ad tertium, Pereira lib. 14. suæ Philosophiæ cap. 2 ad 7. Conimb in hoc lib. c 4. quæst. 16. art. 3. in solutione ad secundum Rubio ibid. tract. de augment. quæst 3. Zanard. in 2 part. vniuersi elementaris quæst. 67. 10 solut 2. ad 6. & 7. & commonitet recentiores.

104. Assertio hæc quoad nutritionem, per quam producitur substantia aliàs maior, quàm sit illa, quæ deperdita est, seu per quam producitur substantia, vt capax maioris quantitatis, satis colligitur ex dictis 5. Physic. disputatione 22. num. 12. Magisque constabit ex his, quæ disput. 6. num. 4 diximus, scilicet augmentationem debere esse successiuam, & continuam, ac proinde etiam nutritionem illam, quæ eandem augmentationem necessariò, & simpliciter coocomitatur, ne detur aliquando substantia sine debita quantitate.

Cæterum, vt ampliùs, & vniuersaliter quoad omnem nutritionem, & conuersionem alimenti in substantiam aliti confirmata maneat, præsupponendum est ea doctrina D. Thom. hoc esse discrimen inter primam generationem viuentium, & nutritionem ipsorum, quod ad illam deridetur determinata materia, & determinata quantitas, vt 6 Phys. disp. 26. num 23. ostendimus; secus verò ad istam: tum quia viuens per generationem totalem sui habet iam certa organa, & partes requisitas ad hoc vt anima informet corpus, & ita non desideratur certa, & determinata materia ac quantitas in alimento, vt eadem anima extendatur ad informandum illud, sicut ob oppositam rationem in prima generatione requiritur.

105. Tum etiam, quia semel producto viuente secundùm debitam quantitatem; tunc quælibet pars quantumuis minor & minor, vnita aliis partibus iam præsuppositis, potest conseruari, viuere, & perficere viuens, quia ab ipso habente iam prædictam quantitatem, quasi paruula nutatur, & fouetur.

Hinc ergo sequens deducitur ratio, quam etiam D. Thom. locis citatis innuit: nam ideò prima generatio viuentium fit in instanti, quia ad eam desiderator certa, & determinata materia, & quantitas; sed hæc non desideratur ad nutritionem: ergo non fit in instanti, sed in tempore, atque adeo continuè. Hæc vltima consequentia patet, quia introductio formæ in tempore facta, debet esse continua, sicut & ipsum tempus.

Prima verò consequentia ea vtraque præmissa constat: minor autem ea notabili præcedentis: maior verò in qua est difficultas, probatur: nam hoc ipso; quòd ad generationem desiderentur certa & determinata materia, ita vt in minori non possit forma introduci, oportet, vt in tota illa simul, & semel introducatur, atque adeò instantaneè.

Confirmatur, & explicatur, primò ratione, quam innuunt Arist. & D. Thom. 7. Physic. cap 2. nam calor naturalis, qui vnà cum potentia nutritiua est forma instrumentaria animæ in ordine ad nutritionem, prius, & fortius agit in partes proximiores, quàm remotiores, priusque introducit vltimam dispositionem ad formam viuam in illas, quam in has, ergo etiam prius, & per mutationem successiuam conuertetur partes proximiores in substantiam aliti, quàm remotiores.

Antecedens patet ex communi illo pronuntiato, scilicet, agens: quod agit in passum sibi conuertium prius & fortius agere in partes propinquiores, quàm in remotiores quare cùm alimentum quandiu est sub propria forma sit passum conuertium, & dissimile alito, vt docent Arist. & D. Thom. 10 hoc lib. cap. 5. lect. 6. prius, & fortius alterabuntur partes propinquiores, quàm remotiores ipsius, & consequenter prius in illis, quam in istis vltima dispositio, ad lineam qualitatis pertiens introduceretur. Consequentia etiam constat: nam quoties vltima dispositio, vt sic dicamus, qualitatiua introducitur in partibus minoribus, & minoribus, ita vt non desideretur certa, & determinata quantitas vnà cum illa, toties absolutè & simpliciter forma introducitur ea omni capite diuisibili, successiuo modo, & per consequens non indiuisibiliter simul, & instantaneè.

§. II.

Responsiones argumentorum oppositæ sententiæ.

106 AD primum concesso antecedenti, negan-da est vtraque consequentia: & ad probationem prioris dicendum est, satis esse, quòd substantia habeat diuisibilitatem virtualem, radicalem quæst. præcedenti explicatam, ad hoc, vt possit terminare mutationem successiuam, vt constat ex his, quæ disput. 4. num. 14. circa motum intensionis diximus. Adde, quod substantia licet sit indiuisibilis actu, est tamen diuisibilis, & multiplex in potentia, vt num. 52. & deinceps explicuimus. Hunc autem modum indiuisibilitatis apertiùs constat non derogare, quominus substantia possit mutationem successiuam (de qua loquimur) terminare, quippè cùm prædicta substantia cuncta per hanc mutationem acquirat aliquid substantiæ, quod antea non habebat, quamvis (ob rationem loco citato traditam) identificet sibi illud substantiæ, quod acquirit, & ita semper maneat actu & formaliter intra eandem lineam indiuisibilis. Cur autem prædicta mutatio non sit verus motus, ac proinde ad substantiam non detur per se motus, patet ex his, quæ 5. Physic. disput. 22. num. 18. diximus.

107 Ad secundum negandum est antecedens, quoad secundam eius partem: & ad probationem patet ex dictis in assertione quomodo prima generatio viuentis terminetur per minimum *quod fit*, secus verò nutritio? vnde quòd forma viuentis sit determinata secundùm essentiam; non conuincit, petere quoad sui extensionem ad materiam alimenti, quod prædicta materia debeat esse certa, & determinata: siquidem forma illa iam præhabet certam & determinatam materiam: & ita potest semel ea habita extendi ad minorem, & minorem, vt sic ad maiorem, certam tamen materiam extendatur.

Ad confirmationem negandum est antecedens: nam eùm forma alimenti desinat per vltimum sui esse, vt in solutione ad tertium dicemus, & alias dispositiones introductiuæ pro forma aliti subiectentur in ipso alimento, non verò in sola materia prima ipsius, sit inde non dari ibidem maximum distemperamentum, sub quo forma alimenti esse non possit, sed maximum distemperamentum, sub quo esse valeat; non verò sub maiori, vel sub eodem in ampliori duratione; scilicet in tempore mediatè sequenti: quia in instanti antecedente habuit prædictum distemperamentum.

Ex quo ad probationem eiusdem antecedentis satis constat, quòd licet ad hoc, vt in eo instanti alimentum desineret intrinsecè, desiderabant dari maximum distemperamentum, sub quo esse non posset, non tamen ad hoc, vt desinat extrinsecè, & per vltimum sui; quia ad hunc desinendi modum potius oppositum desideratur, vt iam innuimus.

108 Potestque hoc explicari exemplo primæ productionis ignis ex aëre: nam vltima dispositio introductiua, & in aëre recepta, non est maximum distemperamentum, aut maximus calor, vel siccitas, sub qua aër esse non possit; sed illud distemperamentum, illeve calor, sub quo esse potest, & sub maiori, vel sub eodem iam terminato esse nequit, quamvis in hoc sit sua disparitas inter hanc generationem, & nutritionem: nam ex eo quod aër in tempore immediatè antecedenti habuit prædictum distemperamentum, ideò in instanti sequenti, in quo tale distemperamentum terminandum erat, habeat aëre suum non esse, & ideo desinit per primum non esse; è contra verò, quia alimentum afficitur prædicto distemperamento in instanti (vt ex statim dicendis magis constabit) propterea habet suum non esse in tempore immediatè sequenti, ac proinde desinit per vltimum sui esse, & illudmet instans est initiatiuum extrinsecum formæ aliti in materia alimenti; ita vt verificetur, eam non esse tunc ibidem, benè tamen in tempore immediatè sequenti.

Nec obest, si contra hæc obiicias, non rectè cohærere cum his: quæ in ratione pro assertione diximus. Nam si vltima dispositio in ratione vltimæ potest introduci in instanti, non obstante quòd non introducatur in determinata parte materiæ, sed in minori, & minori, etiam forma substantialis consistens in indiuisibili, sicut vltima dispositio, in ratione vltimæ, potest etiam in aliqua parte indeterminata materiæ minori, & minori instantaneè introduci, vel si hæc non potest, nec illa poterit.

109 Non itaque hoc obest, sed potiùs prodest: nam sicut vltima dispositio ad nutritionem requisita potest considerari dupliciter, vel absolutè, secundum suam substantiam, seu prout est in fieri, vel vt habet rationem vltimæ, seu vt est in facto esse: & si prioti modo consideretur, tunc quoties introducitur in partibus minoribus, & minoribus, materiæ, incipit successiuè, & per vltimum non esse, quia incipit per motum, & vnà cum motu: at verò si posteriori modo accipiatur, tunc incipit per primum sui esse, & instantaneo modo, quia sit per mutatum esse terminatiuum motus, quod eodem modo incipit: non enim verificatur dari calorem, verbi gratia, vt quinque requisitum ad disponendum vltimatè alimentum pro forma aliti vsque dum detur prædictum mutatum esse ita forma aliti potest considerari etiam dupliciter; vel prout est in introduci, vel in extendi ad materiam alimenti, vel prout est in introducto, vel in extensi esse: & si prioti modo consideretur, incipit successiuè, & per vltimum non esse, quia incipit per mutationem successiuam nutritionis, & vna cum illa, si verò posteriori modo sumatur, tunc incipit in instanti, quia incipit per mutatum esse nutritionis.

110 Ad tertium vt respondeamus, notandum est, quòd sicut ad primam generationem viuentis, desiderentur duplex dispositionum genus, aliud puta antecedentium, quia ordine durationis antecedunt; aliud mutuò concomitantium, & aliquo modo, scilicet in genere causæ materialis antecedentium; quamvis aliis generibus causarum sint quid posterius: ita in nutritione dantur duplex genus dispositionum, aliud antecedentium, aliud mutuo concomitantium, & modo dicto, subsequentium.

Hoc ergo supposito ad id, quod in argumento inquiritur, dicendum est, quod in illo instanti incepiuo nutritionis, in quo verum est eam non esse, benè tamen in tempore immediatè sequenti, etiam verificatur esse materiam alimenti dispositam per dispositiones ordine durationis antecedentes: non verò per dispositiones concomitantes, quæ in tempore immediatè sequenti vnà cum forma aliti erunt, quæque in genere causæ materialis illam præcedent.

111 Nec obest probatio illa, quæ contra propriam partem illius dilemmatis ibidem adducitur quatenus contra hanc solutionem retorqueri posset, quia forma introducenda non debet esse quando adsunt dispositiones putæ introductiuæ, & ordine durationis illam antecedentes; sed in durationes immediatè sequenti, vt ex terminis ipsis constat.

Nec etiam obest alia probatio contra secundam partem eiusdem dilemmatis, quoniam ex eo, quòd

desinat

desint illi dispositio, & motatio ipsam concomitantes, & ex eo, quòd in tempore immediatè sequenti eas cum prædicta priorıtate materiali habituta sit, potiùs sequitor, dispositiones istas in genere causæ materialis disponere, & esse priores, formamqoe in tempore immediatè sequeoti esse tone introducendam: alioqui forma, & dispositiooes istæ non se mutuò coocomitatentur, mutua depeodentia in diuerso genere causæ inter illas, & formam.

Quare oon teqoiritur, quòd illa dispositio, quæ in illo instanti deest, sit priùs iotroducta, sed satis erit, quod sit in iotroduei: hoc autem sit in tempore immediatè sequenti, & tunc etiam forma substantialis ibidem est, licèt nec forma, nec dispositio sit in introducto esse, vsque ad stans, quod post tale tempus immediatè subsequitur.

Ex quo etiam ad id, quod vltimo loco ibidem additur, satis constat, nam licet vltima dispositio priè introductiua, puréque anteeedeos subiectetur in composito eottumpendo i seeùs verò vltima dispositio concomitans, & solùm in ordine causalitatis, non verò durationis præcedens.

112 Ad quartum concedenda est sequela quoad primam partem, & neganda quoad secundam i nam vt tetigimus modo, & latius 6. Physic. disp. 26. n. 27. diximus, quando vna forma substantialis incipit extriosecè, seu per vltimom non esse, debet alia definere etiam extrinsecè, seu per vltimum sui esse, oe materia io aliquo iustanti detut sine forms.

Ex quo ad probationem pro secunda sequelæ satis constat, proportionem, quæ debet esse intet generationem, & eorruptionem, coosistere in prædicto modo incipiendi, & definendi formæ cottumpendæ & genetandæ, quia (vt modo diecbamus) debet esse talis, vt matetia nunquam maneat expoliata omni forma.

113 Eaplicatur tadieiius boe ipsum ex his, quæ 6. Physicorum diputatione 16. numero 27. diximus: etenim quando vna forma ioeipit absolutè, & pet vltimum non esse infotmando materiam minorem & minorem qui modus ioeipiendi est ineipere exitiosecè, vt disputatione eitata numero 2. eaplieuimus tunc alia desioit vt tanta, siue vt informat tantum materiam, & non maiorem vel minorem: quia satis est ad hoc, vt definat aliqua forma modo dicto, vt tanta, quòd aliquid materiæ præexistentis, quantumois minus & minus ab eadem non informetur, sed alia loco illius subsituarut: sicut satis est ad hoe, vt vltra non habeat rationem vlnæ, seu tantæ quantitatis: & non maioris vel minoris quòd aliquid, quantumois minns & minus, ab illa auferatur: & ideo sicut secundùm hane rationem peculiariter, & omnino consistit in indiuisibili, ita definit mote indiuisibiliom, scilicet per vltimum sui esse: qui modus definendi est definere extrinsecè vt loco eitato declarauimus.

114 Ea quo apertè constat, quomodo setuetue maxima, & debita proportio inter inceptionem formæ aliti in materia alimenti, & desitionem formæ alimenti in eadem materia: nam quando verificatur nune non est forma aliti, & immediatè etit in parte illa materiæ minori & minori, etiam est verom dicete definere formam alimenti vt tantam, atque adeo intrinsecè per vltimum sui esse, ita vt sit verum est forma alimenti in tota illa matetia, & immedtatè non etit: eum verò in tempore immediatè sequenti verificatur esse formam aliti in parte illa materiæ minori & miouti, etiam est vetum in eodem tempote habete formam alimenti suum oon esse in eadem parte minori, & mioori siquidem quæ desinunt per vltimum sui esse, habent in instanti suum esse, & in tempote immediatè sequeoti suum oon esse. De his videantur ea, quæ in lib. Physicorum disput. & numeris citatis, peculiariter autem num. 29. diximus, vbi etiam totet alia magis explicuimus quid sit incipere formam vt tantam, vel absolutè.

115 Nec refert si eontra hæc obieias, formam alimenti deficere per motum, atque adeò vna cum motu, & per consequens per primum noo esse, sicut, & ipse motus.

116 Non itaque hoe refert, nam aliud est, quòd forma desinat per motum: aliud qoòd desinat eo modo, quo motus: quooiam ad illud prius satis est, quod desinat ex eo, quòd io tempote immediatè antecedenti fuerit motus, siue talis forma duret vnà cum mutato esse terminatiuo motus, siue noo; & siue motus habeat tale mutatum esse, siue non; sed per aeeidens, ex defectu subiecti illo careat: ad hoc verò postenùs tequititur vt habeat suum non esse, quando motus illud habitutus eit, scilieet io mutato esse terminatiuo illius, si illud babet, vel in instanti quod tale mutatum esse mensuraturum erat: quod quidem in præsenti non vetificatur, sed potiùs oppositum: quia eùm forma illa, vt tanta, coosistat in indiuisibili, & definat ad inceptionem alterius incipientis pee vltimum ooo esse, definit ex vi mutati esse terminatiui motus, & vna cum ipso: vnde sicut tale mutatum esse definit extrinsecè, & pet vltimum, esse quia verificatur tune esse, non verò immediatè post; ita etiam forma vt tanta eodem modo definit.

Quare, licèt, ea quæ definuot pet mutatum, definant cum illo, & sicut ipsa, quando non considerantur quatenùs definentia, vt tanta, nec definunt ad ineeptionem aliatum, quæ pet vltimum nun esse incipiunt, ve 6. Phys. disputatione eitata, differuimus, seeùs verò quando, vt tanta. & ad prædictam aitatum inceptionem baba.t desinere.

DISPVTATIO VI.

De Augmentatione.

1 QVia nutritio & augmentatio ita inter se comparantur, vt illa sit simpliciter prior, hæc verò posteriot ideo post disputationem de outtitioe metito de augmentatiooe disserimus.

QVÆSTIO I.

An augmentatio tendens à minori ad maiorem quantitatem, habeat quatenus distincta ab alteratione, & nutritione, esse peculiari aliqua ratione mutationem successiuam, & continuam.

2 IN titulo aliqua vt certa supponimus, & aliquid in dubium vocamus. Suppooimus

enim primò dari augmentationem : tum , quia hoc suadet experientia : tum etiam , quia id supponunt Arist. in hoc lib cap. 5. & D. Tho. lect. 11. & communiter omnes Philosophi : tum denique , quia hoc satis constat ex dictis 5. Phys. disput. 22. num. 9.

Supponimus secundò , viuens per augmentationem tendere à minori ad maiorem quantitatem: tum quia hoc constat ex his , quæ loco citato diximus : tum etiam, quia est expressa mens Arist in hoc lib. text. 31. augmentatio enim est existentis magnitudinis additamentum. Vbi S. Doctor. ait : *De ratione augmenti est, quod fiat additio ad præexistentem magnitudinem , dicitur enim aliquid augeri ex eo quod fiat maius :* tum denique , quia id apertè ratione eiusdem Angelici doctoris 1. p. quæst. 119. art. 5. ostenditur : nam euidens est hominem , verbi gratia, in ætate vtili esse maioris magnitudinis, quàm puerili : at hoc augmentum non duxit ortum ex ratefactione : ergo ex acquisitione maioris quantitatis. Minor verò probatur,quia eadem experientia docet, membra corporis in vitis densiora , atque solidiora esse post augmentationem , quàm in pueris : quod satis indicat , corpus humanum non etescere , & augeri per ratefactionem, sed per acquisitionem nouæ, & maioris quantitatis.

3 Confirmatur ratione , quàm innuit idem S. Doct. nam cùm augmentatio sit vetus motus terminatus ad quantitatem, vt loco citato ex 5. Physicorum ostendimus & oppositus diminutioni , consequens est, vt sicut diminutio terminatur ad minorem quantitatem,ita augmentatio ad maiorem.

Ex quo tandem , & ex his , quæ disputationibus præcedentibus circa alterationem & nutritionem diximus supponimus tertiò augmentationem esse mutationem successiuam , & continuam ; quandoquidem motus est genere successiuorum , continuorum.

Nec refert , si contra hanc vltimam suppositionem obiicias ex Arist. 8. Physic. text. 23. vbi inquit : *Neque enim augeri,ne minui , possibile est continuè , sed est & medium.* Vbi Diu. Tho. lect. 5. *Dicit ergo Arist. quòd non est possibile continuè aliquid augere, vel minui, ita scilicet , quod quantitas aucta diuidatur secundum tempus ita quod in qualibet parte aliquid eius augeatur, sed interponitur medium tempus post augmentum vnius partis,in quo nihil augetur sed fit dispositio ad augmentum sequentis partis.*

4 Non itaque hoc obstat, nam præterquam quod ad testimonium hoc satis patet ex dictis disputat. 4. num. 1. 3. 5. nihilominus addi potest eum Banez in hoc lib. cap. 4. quæ ad 1. Aristotelem ibidem arguere contra Etaclytum duo asserentem : primum , quod augmentatio (quod idem de motu alterationis dicit) quæ fit per totam hotam commensuratur illi omnino, ita vt sicut tota augmentatio correspondet tori hotæ, sic medietas illius correspondet toti hotæ , & sic de aliis : secundùm verò quod ex præcedenti deducitur , erat augmentationem esse continuam, regularem , & vniformem , sicut & ipsam hotam.

Quare Philosophus vtrumque dictum intendit redarguere exemplis excauationis lapidis , tractionis nauis à pluribus hominibus , & scissionis lapidis à planta : nam videmus quod licèt guttæ excauent lapidem , non tamen hæc pars excauationis tribuitur huic guttæ , & medietas medietati eiusdem guttæ , & cæt. & pluribus guttis cadentibus paulatim disponitur lapis ad prædictam excauationem : & ita à simili concludit augmentationem in hora factam non debere mensurari,aut diuidi iuxta diuisionem proportionalem ipsius horæ, sed quandoque in principio illius augeri magis compositum, minus verò in fine, aut è contra iuxta diuersitatem , & dispositionem subiecti.

5 Vnde in hoc solo sensu asserit augmentationem non esse continuam , id est , continuitate regulari correspondente continuitati regulari , V. G. horæ , quia vt sumitur ex D. Tho. 2. 2. q. 24. art. 6. & clarius 2. contra Gent. capite 89. continuum aliquando sumitur pro eo , quod est vniforme , & regulare.

Imò continuitas successiua maximè attribuitur prædictæ continuitati : & ideò idem S. Doctor. 6. Phys. text. 32 lect. 5. circa medium ait: *Continuitatem primè,& per se,& propriè inuenimus in motu locali tantum* Et rationem reddit ex eo quòd solus ipse potest esse continuus , & regularis , vt in 3. Phys. ostenditur; non verò negat augmentationem esse continuam & successiuam, prout continuitas tantùm dicit mutationem successiuam , & non interruptam , quandiu durat , etiamsi non sit vniformis : quandoquidem excauatio illa, quam in exemplum , & confirmationem suæ sententiæ adducit, debet necessariò fieri per motum localem lapidis, ac proinde successiuè , & in tempore continuo , licet non cum vniformitate , & regularitate explicaria : per quæ satis patet ad testimonium Diui Thomæ qui etiam solutionem istam satis innuit , vt intuenti patebit.

6 His ergo suppositis , quod in dubium vocamus , tantùm est , an augmentatio , quatenus distinguitur ab alteratione , vel nutritione habeat peculiari aliqua ratione , seu peculiari aliquo titulo rationem mutationis successiuæ , & continuæ : ita vt licet tam alteratio , quàm nutritio , sint etiam successiuæ , & continuæ , nihilominus augmentationi pluribus titulis ratio prædictæ mutationis conueniat. Nomine autem mutationis continuæ non intelligimus eam , quæ nunquam interrumpitur , & perpetuò durat , quia de hac continuitate in quæst. sequenti agemus, sed eam , quæ quamdiu durat , continuo durat.

Dicendum ergo est , augmentationem (modo explicato) sumptam habere peculiari iure rationem mutationis successiuæ , & continuæ. Ita Aristoteles in hoc libro capite 4. textus 25. D. Thomas eadem lectione 11. & 3. parte quæstione 33. articulo 1. quos communiter sequuntur omnes ferè Philosophi.

7 Ratio fundamentalis desumitur ex eodem Aristotele & D. Th. locis citatis , quæ potest ad hanc formam reduci : nam in hoc differt augmentatio à generatione : siue totali , siue partiali , scilicet nutritione , & ab alteratione , quòd id quod alteratur , aut generatur , mutat necessario locum , secus verò id , quod augetur : ergo augmentatio ad hanc specialem rationem debet necessariò esse mutatio successiua , & continua secus verò mutationes dictæ.

Consequentia quoad secundum partem apertè sequitur ex priori , quoad priorem verò probatur à Diu. Thom. loco citato ex 3. part. ex eo quod repugnat mutationem aliquam esse simul,& concomitanter cum motu locali , ipsique correspondere,quin sit mutatio successiua , & continua: nam si in instanti fieret , non posset motui correspondere , ipsumque concomitari : ergo si augmentatio sit simul cum motu locali , ipsique correspondet , non poterit non esse mutatio continua , & successiua.

Antecedens autem probatur , tum quia illud expresse faciunt Philos. vbi suprà dicens: *Nam neque id, quod*

Quod alterationi subit, neque id quod generatur, necessario mouari loco cernitur: quod autem accrescit, aut decrescit, cernitur. Quæ verba exponens, Diuus Thomas ait: *In hoc enim differt modus predictarum transmutationum, quia ista, quod alteratur, non ex necessitate transmutatur secundum locum, similiter etiam, quod generatur, vel quod nutritur, sed necesse est, id quod augmentatur, aut diminuitur, secundum locum transmutari.* Tum etiam, quia illud probat efficaciter Angelicus Doctor ibidem his verbis: *Locus commensuratur locato, hoc secundum magnitudinem, non autem secundum qualitatem, nec substantium; & ideo necesse est, quod quando mutatur magnitudo locati, quod etiam fiat transmutatio secundum locum; non autem quando transmutatur aliquid secundum substantium, vel secundum qualitatem.*

8 Nec refert, si contra hæc obiicias, ex eis solùm sequi, quòd dum mobile augetur, fit ibi nouus acquisitio loci, non verò nouus motus localis, nam ad motum localem requiritur, quòd mobile transeat ab vno loco in alium; id autem quod augetur, non transit per hoc ab vno in aliom locum, sed retento priori loco, extenditur ad nouum. Non itaque hoc refert: nam cùm id, quod augetur, augeatur secundùm omnes partes, oportet vt quælibet transeat aliquo modo ad locum, quem aliàs antea non occupabat, alioquin non posset, secundùm omnes partes augeri, & occupare maiorem locum absque eo, quod ibi esset aliqua penetratio.

QVÆSTIO II.

Vtrùm augmentatio propriè, & in rigore loquendo, solùm conueniat viuentibus?

9 AVgmentum vtumque sumptum conuenire rebus inanimatis, est per se notum, & idcò solùm de augmento propriè, & in rigore sumpto quæstionem excitamus.

§. I.

Argumenta partis negatiuæ.

PArtem negantem suadere videntur hæc argumenta. Primum desumitur ex Diu. Thom. 2. de Anima lect. 8. vbi inquit: *Ignis præexistens ad sui conseruationem & augmentum, videtur in se humorem conuertere, & ideo in elementis videtur solus ignis nutriri, & sola aqua esse eius nutrimentum, secundum quod ad aquam pertinent omnes humores & liquores.* Vbi apertè videtur loqui de proprio, & rigorosa nutritione, & augmento, alioqui non tribuisset igni intra alia elementa, quòd solus ipse habeat nutriri, & augeri: siquidem impropriè, & latiùs loquendo, cætera alia elementa nutriuntur, & augentur.

10 Secundum est, quoniam si propter aliquam rationem augmentatio non conuenitet rebus inanimatis, maximè quia non augentur per intus sumptionem, & ab intrinseco, sed per iuxta positionem, & ab extrinseco: at hæc ratio est nulla: ergo & cætera. Minor probatur (nam maior videtur communiter admitti à Philosophis) quia ad rationem motus alterationis, vel localis, propriè, & in rigore sumptam per accidens est, quod fiat ab intrinseco, vel ab extrinseco: & ita siue aliquid moueatur localiter, vel alteretur ab intrinseco, siue ab extrinseco, vt in nouo viuentibus contingit, nihilominùs semper propriè & in rigore localiter mouetur, & alteratur: ergo similiter licet aliquid augeatur ab intrinseco, vel ab extrinseco, & per iuxta positionem, semper augebitur per motum augmentationis propriè dictum.

Tertiùm, nam etiamsi admittatur desiderari ad propriam, & rigorosam augmentationem, quòd fiat per intus somptionem, nihilominùs augmentatio conueniret rebus non viuentibus: ergo non est ratio, ob quam eis denegetur. Antecedens patet: nam plura inanimata V. G. lapides subtus terram genitî habent poros, quibus mediis intus sucipitur aliquis humor, qui postea in lapidem conuertitur, & ita crescunt per intus sumptionem, & consequentur per virtutem intrinsecam eorumdem lapidum.

11 Quartum: nam ad augmentationem propriè acceptam tantum assignantur tres conditiones, scilicet alimentum extrinsecus aduenians, & quod eius quod augatur, quælibet pars per virtutem intrinsecam augeatur: ac tandem identitas numerica rei auctæ, sed omnes hæ conditiones reperiuntur in igne, V. G. ergo & cæteris. Maior est Arist. in hoc lib. cap. 5 & D. Thom. ibidem lect. 14. Minor verò probatur, quoniam si flamma ignis aspergeretur vndique olei guttis, aut puluere sulphureo, tunc ageretur medio extrinseco alimento, & secundùm omnes partes, per virtutemque intrinsecam, scilicet nativum calorem, ac tandem idemmet perseueraret.

Confirmatur primò, quia si parùm aquæ vino infundatur, tũc vinum verè & propriè augeretur, etiamsi non sit viuens: ergo, &c. Antecedens patet: quoniam ibidem essent omnes conditiones ad verum, & proprium augmentum desideratæ: non in primis secundùm omnes partes augeretur, quippè cùm secundùm omnes maneat debilius, quod quidem non contingeret, nisi per omnes illas aqua fuisset diffusa. Deinde, hoc augmentum fit per additionem alicuius extrinseci pabuli: & tandem hæc conuersio fit per nativam virtutem vini, & manente ipso cum sua numerica virtute, vt ex se constat: ergo, &c.

Confirmatur secundò, ignis propriè nutritur: ergo propriè augetur. Consequentia patet: nam vt docet Arist. cap. 5. huius lib. quæ propriè nutriuntur, propriè possunt augeri. Antecedens verò probatur: nam ignis deficientibus combustibilibus, quæ sunt proprium illius pabulum, statim deficit; ergo signum est, illis verè & propriè nutriri: sicut idcò viuens nutritur per alimentum, quia illo ad sui conseruationem indit.

§. II.

Ex vnanimi ferè omnium Philosophorum consensu quæstio resoluitur.

12 DIcendum tamen est, sola viuentia propriè, & in rigore augeri: hæc est communis inter Philosophos, vt testatur Bañez in præsenti, eamque docet Arist. 2. de Anima text. 40. vbi inquit. *Quoniam autem nihil alitur non participans, vitam, animatum vtique erit corpus, quod alitur inquantum animatum:* quare cùm augmentario necessariò, nutritionem inuoluat, tanquam aliquid sibi annexum vt fatetur idem Arist. in eodem text. & 1. de generat. text. 45. fit inde, iuxta mentem Philosophi vt viuentia

possint augeri. Idem etiam tenet S Doct. ibid. lect. 6. his verbis: *Corpora animata verò nutriuntur, quia per alimentum conservatur vita in illa parte eadem, quæ prius fuit, & propter hoc etiam sola animata verè augentur, quia qualibet pars eorum & nutritur & augetur: quod non contingit rebus inanimatis, quæ videntur per additionem crescere.* Et in 4 dist. 12 q. 1. art. 2. quæstiunc. 7. vbi reddens rationem quare quantitas panis, & vini consecrati, non corrumpitur per motum proprium ad ipsam terminatum, sicut qualitates corrumpuntur per proprium motum ad qualitatem tendentem scilicet per alterationem, sic ait: *Quantitas prædicto modo non posset corrumpi per motum in quantitatem, scilicet augmentum, quia vinum & panis non sunt corpora animata, quæ possunt esse subiectum augmenti, & diminutionis, sed per additionem vel divisionem.* Ac tandem hoc ipsum fatetur in hoc lib. lect. 17. & q. vnica de anima, art. 13. ad decimum quintum.

13 Ratio verò fundamentalis sumitur ex Arist. & D. Thom. potestque ad hanc formam reduci augmentum proprium, & rigorosum: non fit per iuxta positionem, sed per intus sumptionem, & virtutem intrinsecam rei, quæ augetur, ad hoc destinatam; sed non viuentia augentur per iuxta positionem, non verò per intus sumptionem, & virtutem intrinsecam ad hoc deputatam, secùs autem viuentia: ergo hæc, & non illa propriè, & in rigore augentur.

Consequentia est aperta, vtraque autem præmissa, quia longiori indiget explicatione, & probatione, ideo sigillatim explicanda, & probanda est. & in primis manet quoad primam partem sic declarata, & probari potest: nam si augmentum solùm fiat per iuxta positionem, tunc res quæ augeri dicitur, eodem modo manet, ac antea erat, ac proinde verè, & propriè non augetur, vt si ferro vnius digiti addatur aliud alterius digiti, & cum illo continuetur, tunc nullus dicet, ferrum secundùm illam priorem quantitatem digitalem esse auctum, quia secundùm illam modò manet sicut antea, id est nō fit nsiotis magnitudinis, quā prius erat.

14 Quoad secundam verò partem constat: nam ad verum, & proprium augmentum desideratur, vt id quod præexistebat, augmentum recipiat, & maius fiat, ac proinde neque at id, quod denuo superuenit, discerni ab eo, quod prius erat, aliquo illud, quod discerneretur, vt antea præexistens, non esset auctum, quippè maneret sicut antea, vt modò dicebamus: at ad huoc modum augmentationis requiritur virtus actiua interna, quæ immediatè deferat partes alimenti, vt eis ita subtiliter subintrantibus partes rei, quæ augentur, in maiorem quantitatem crescant, ac proinde etiam requiritur, quod eadem in substantiam aliti conuertat, augmentumque illud causet: non enim apparet aliud agens materiale, & corporeum, quod habet vim ad ita subtiliter partes alimenti distribuendas & applicandas: & per consequens multò minus est eas modo prædicto in substantiam aliti conuertendas, augmentumque illud causandum, vt ex se constare videtur: ergo, &c.

15 Minor verò potest tum à posteriori & signo, tum etiam à priori explicari & probari: à posteriori quidem, quia obiecta non viuentia possunt per quamlibet partem augeri, vt experientia testatur: quoniam cùm per iuxta positionem sint augenda, & per quamlibet partem possit illis iuxta poni, quo augeantur; ideò per quamlibet possunt augeri: è contra verò viuentia, quia per iotus sumptionem sunt augenda: propterea habent aliquam partem peculiarem, per quam alimentum sumant, qualis est os in animalibus, radicea in arboribus: & deinde aliam partem, in qua alimentum concoquant, & tursus diuersos meatus, & vias, per quas alimentum attrahatur, ac tandem distinctas potentias, per quas illud vltimatè conuertant, prædictumque augmentum causent.

16 A priori verò, quia vt optimè notauit Diuus Thomas loco citato, quæstione de Anima: res naturalis inanimata simul recipit speciem, & debitam quantitatem in sua prima productione: & ita potest elicere perfectissimam sui operationem, scilicet generare sibi simile, vt in igne constat: vnde est necesse, vt eis natura proprias, & natiuas virtutes indiderit, per quas alimentum attrahant, coquant, & augeantur: at verò animata nequeunt in principio suæ productionis habere debitam quantitatem, quia cùm generentur ex semine, oportet, tooc esse modicæ quantitatis, atque adeo insufficientis ad hoc, vt habeant plura, & diuersa organa cum ea perfectione, & magnitudine, quæ requiritur ad hoc, vt possint generare sibi simile, vt experientia constat, & ideo præter virtutem generatiuam debuerunt eis communicari potentiæ nutritiua & augmentatiua, & si quæ sunt alia his deseruientia, per quas nutriantur, & acquirant debitam quantitatem, vt ita ea acquisita possint in perfectissimam operationem animæ vegetatiuæ, scilicet generationem sui similis proprumpere.

17 Nec refert si contra hæc obiicias, non viuentia egere maiori quantitate, quàm ea, quæ ipsi in prima generatione communicatur. Nam si sub parua quantitate generentur, nequeunt se ab aduersatiis tueri, sed facilè ab illis destruuntur: ergo vana natura eorum indigentiæ subueniret, debuit in eis natiuas virtutes relinquere, per quas nutriri, & augeri possint.

Non itaque hoc obstat, quia per accidens est ad generationem non viuentium, quòd sub modica, vel magna quantitate generentur, & ita ignis vel aër modò sub minori, modò sub maiori quantitate gignuntur: secùs verò viuentia, quæ ob rationem modò dictam, debet sub modica quantitate produci. Vnde ius, non verò illis debuerunt prædictæ virtutes internæ à natura communicari: nam istæ non communicantur, nisi propter nutrimentum, & augmentum, quod, per se loquendo, deest rei genitæ. Adde per accidens esse ad conseruationem rei inanimatæ, sub magna esse quantitate intsinseca vel sub modica, vnde prunæ ignis simul coniunctæ diutiùs conseruantur, quamuis quælibet illarum sub exigua quantitate sit.

18 Secundò principaliter probatur assertio ratione, quam Arist. & D. Th. innuunt: nam licet natura potuerit communicare igni, v. g. proprium speciem, proprium que naturū calorem, vt sic ab aduersariis quantum naturæ corruptibili satis est, se tueatur, nō tamen potuit ei tribuere virtutem per se augmentatiuam tui ipsius, quia res inanimata incapax est talis potentiæ, quippè cum moueri à se, & consequenter se ipsum per se inquendo augere, sit proprium officium vitæ, vt docet Arist. 8. Phys. & D. Thom. ibidem.

Nec obstat, si dicas, non esse contra rationem rei inanimatæ, quòd à se moueatur per modum instrumenti; ergo potuit à natura indi rebus non viuentibus virtus augmentatiua, per quam instrumentaliter augerentur.

Non igitur hoc obstat, quia cùm augmentum postea acquirendum, non sit debitum in instanti generationis rei quæ augetur, alinqui natura muneri suo nō satisfeeisset, si illud tunc non tribueret. oportet, vt non possit tribui generanti, iuxta ea, q. 7. Phys. disp. 18. num. 24. & seq. latiùs diximus, atque adeò debe-

ret

ret oriri à non viuenti, quod postea augeretur tanquam à causa principali, quia non est aliud agens, cui tribuendum sit.

§. III.

Soluuntur argumenta in principio allata.

19 AD primum respondetur, S. Doctorem solùm velle ignem propter maiorem similitudinem, quâ habet in modo augmenti cum nutritione, & augmẽtatione viuentium, ideò eatenùs videri seipsum propriè nutrire, & augere; cùm tamen non sic se nutriat & augeat: & ideò D Th. loco citato non dixit absolutè ignem nutriri, sed quod videtur nutriti. Vndè in eadem lect. propè medium illius, postquam uegauit ignem propriè nutriri & augeri, subdidit: *Ideo autem similitudo augmenti & nutrimenti præcipuè apparet in igne, quia ignis habet plus de forma quàm alia elementa, & est potentior in virtute activa, unde propter hoc quod manifestè alia convertit in se, videtur nutriri & augeri.*

Ad secundum patet ex dictis, negandam esse maiorem: ad probationem concesso antecedenti, intellecto de motu locali, & alterationis secundùm rationem generalem eorum, neganda est consequentia, quia licèt motus secundùm suam generalem rationem non specificetur à causa efficiente, sed à termino per se inspecto; attamen multoties aliquis peculiaris modus habet intrinsecè annexum, quòd procedat à certa aliqua causa efficienti, vel principio intrinseco; & hic modus procedendi refunditur in ipsum terminum: vnde cursus, qui est species motus localis, specialiter habet, quòd sit à currente, ac proinde principio intrinseco activo, & à pedibus velocitet motis. & ita si ab alio pedes v.g. Petri eodem modo moverentur, tunc Petrus propriè non curreret, quamuis motus ille esset similis cursui Petri. Ita ergo similiter augmentatio licet à maiori quantitate, ad quam per se tendit, specificetur, connotat quòd fiat à principio intrinseco. Tum quia, vt diximus, est actio vitalis: tum etiam, quia petit, vt si simul cum nutritione, & ab eodem supposito procedat; nutritio autem est mutatio quædam ad conseruationem eiusdem suppositi, à quo procedit ordinata.

20 Ad tertium negandum est antecedens, & ad probationem dicendum, quòd licèt lapides illi habeant sua poros, non tamen per virtutem intrinsecam, & natiuam alimentum concoquunt, & in substantiã propriam conuertunt proprium que augmentum causant, sed ab extrinseco agente, scilicet à cœlesti influentia, & per iuata positionem causatur

21 Ad quartum dicendum est, ignem non augeri per virtutẽ intrinsecam ad tale augmentum per se destinatã vt constat ex his quæ in ratione pro assertione ex D. Th. quæst. vnica de Anima dicebamus: & ita potentia illa conuertiua ligni in substantiam ignis, est ipsamet potentia generatiua illius. Vnde per illam combustioem per se tendit ad generandum sibi simile secundùm speciem, quia iam habet in se debitam quantitatem; per accidens autem, nam combustibile est indistans ab ipso, ideo post conuersionem vnit, vel identificat illud sibi modo alibi dicto.

22 Accedit primò, ignem, dum augetur non crescere secundùm omnes suas partes. & ita deest illi vna ex conditionibus propriis, & rigorosi augmenti. Accedit secundò, non esse ita certum & indubitabile in via D. Thom. ignem manere eundem numero in eo enutri: & ita deficit alia conditio veri & propriq augmenti; de quo videatur Bañez vbi explicat quid in via D. Thomæ sit quoad hoc certius. Accedit tertiò quòd licet admitteremus, posse aliquando ita ei applicari combustibile, vt ignis secundum omnes sui partes ageret in illud, in easque ipsum conuerteret; nihilominus hoc esset per accidens ratione prædictæ applicationis accidentaliter contingentis. Vera autẽ & rigorosa augmentatio per se petit prædictã applicationẽ & augmentũ secundùm omnes sui partes. Cæterum cum hoc stat, vt hoc augmentum habeat, vt supra ex D Th. dicebamus, maximam similitudinem cum proprio augmento viuentium,

23 Ex quo ad primam confirmationem negandum est antecedens: & ad probationem dicendum, non ideo vinum illud debilitari secundùm omnes partes, quia secundùm illas auctum fuerit, alioqui fieret perfecta miatio inter aquam & vinum, ac proinde neutrum ex illis augeretur, sed vtrumque desineret esse, & aliud compositum resultaret, vt constabit ex his, quæ disp. 6. n. 31. dicemus: quare ideo vinum illud apparet debilius secundùm omnes partes, quia partes, à quibus aqua versa est in vinum, debilitarunt alias partes eiusdem vini, ex eo quòd sunt diuersimodè dispositæ, & rursus hæ aliæ, & ita transacto aliquo tempore solet vinum illud secundùm omnes partes apparere minoris vigoris, magisque debilitatum.

Accedit vinum illud non augeri per virtutem intrinsecam ad tale augmentum per se destinatum: nam nutritio, & augmentatio per se ordinantur ad conseruationem rei, quæ nutritur, & augetur; &, vt simpliciter loquendo, meliori modo se habeat cum illis, ac sine illis. Vnde quæ sine augmento & conseruatione alicuius in seipsa, meliùs simpliciter habent, non nutriuntur, nec augmento proprio, & rigoroso augentur; & per consequens non habent natiuam virtutem per se ad id destinatam, quæ non ad alium finem, nisi ad hanc conseruationem, simpliciter meliorem, possit ordinari. Quare cùm vinum illud peius se simpliciter habeat per admistionem aquæ, & conuersionem in propriam substantiam, quàm antea, & meliùs simpliciter conseruetur sine illa, quàm cum illa, ideo non habet potentiam per se destinatam ad tale incrementum, nec per illius sumptionem augetur.

Ad secundam confirmationem respondetur negando antecedens: & ad probationem, ignem non egere, per se loquendo, pabulo, sed per accidens, & ideo ignis elementalis in suo naturali loco existens, eo non indiget.

QVÆSTIO III.

An augmentum à toto tempore vitæ continuo duret.

24 SEnsus tituli non est, an augmentatio ita incessanter toto tempore vitæ duret, vt, Metaphysicè loquendo, nunquam intercumpatur, sed cum omni modo continuatione perseueret: nam certum est, ex dicta disputatione præcedenti quæstione 4. augmentationem non posse sic durare: nam cùm nutritio aliquando intercari possit, vt ibidem explicuimus; fit inde, vt etiam augmentatio rotiea interscari debeat, ne quantitas per illam producta detur sine substantia eam recipiente: vnde solùm est difficultas, an sicut nutritio dicitur toto tempore vitæ durare, ea eo quòd ratò & per breuem moralem interseeatur, quia parum illo de interruptionis pro nihilo reputatur. ita in eodem sensu augmentatio, toto vitæ tempore duret.

Et licèt decisio huius quæstionis experientia ipsa pateat, siquidem experimur viuentia multo tempore esse sine motu augmentationis, scilicet postquam ad debitam quantitatem peruenerunt; nihilominus vt aliqua argumenta oppositum suadentia soluant, &

ratio philosophica huius reddatur, ac proinde natura augmentationis magis patefiat, ideo præsentem quæstionem excitamus.

§. I.

Rationes dubitandi.

25 PArtem affirmantem suadere videntur hæc argumenta. Primum, nam vt detur augmentatio, non requiritur, quòd per eam acquiratur maior quantitas ea, quam habuit aliquando subiectum: sed sufficit quòd acquiratur maior ea, quam habebat in termino à quo: at toto ferè tempore vitæ hoc reperitur in viuentibus: ergo, &c. Maior patet exemplo motus alterationis, per quam si magis perficiatur calor; quàm erat in termino à *quo*, dicitur intendi, & alteratio in illa vocatur intensio, quamuis per eam non producatur perfectior calor eo, qui aliquando fuit in subiecto. Minor verò probatur: nam cum toto fere tempore vitæ duret nutritio, oportet, vt vnà eum illa acquiritur etiam noua quantitas, ne substantia partialis denuò producta detur sine noua parte quantitatis, ergo etiam oportebit produci semel cum nutritione maiorem quantitatem, quàm sit illa, quæ fuit in termino à *quo*, alioqui nulla quantitas denuo ibidem produceretur.

26 Secundum, quo calor naturalis magis crescit, eò melius potest augeri viuens; sed prædictus calor toto ferè vitæ tempore crescit per conuersionem alimenti in substantiam alius: ergo etiam potest ratione illius per idem tempus viuens augeri. Consequentia non indiget probatione: maior verò est satis perspicua cum argumentatio fiat modo calore naturali. Minor etiam constat exemplo caloris residentis in igne qui eò magis crescit, quò plura ligna in substantiam ignis conuertit, ex eo quòd cum eisdem lignis conuertis aduenit igni nouus calor: quare eum calor viuentis toto ferè tempore vitæ conuertat alimenta in substantiam aliti per idem tempus magis ac magis crescit.

Tertium est, facilius alimentum facillus concoquitur, ac in substantiam aliti conuertitur; at possibile est, quòd quis in virili, ac senili ætate facilius, & melius alimentum sumat, quàm inueniri: ergo si in iuuenili crescit, poterit in virili ac senili etiam crescere. Maior cum minori ex se constat: consequentia verò probatur, nam ideo in ætate iuuenili fit accretio quia facilè fit decoctio: ergo si hæc fit; similiter facilè in aliis ætatibus ratione faciliori & melioris cibi, inuenietur vtique in eis etiam accretio, & consequenter toto ferè tempore vitæ durabit.

§. II.

Communis & vera sententia, & primum eius fundamentum.

27 Dicendum tamen est augmentationem non durare continuò toto tempore vitæ, ita. Aristoteles lib. 3. de Anima text. 56. vbi loquens de viuente, distinguit tres status, seu tria (vt sic dicamus) tempora illius dicens: *Necesse est enim, quod generatur, augmentum habere, & statum ac decrementum; hoc autem sine alimento esse impossibile.* Quæ verba ibidem explicans sanctus Thomas, inquit: *Necesse est, quod omne viuens, quod generatur, habeat augmentum, & statum, & decrementum; sed hæc non possunt accidere sine alimento, quia tempore augmenti, oportet, quod plus de alimento conuertatur, quàm sufficiat ad conseruationem præexistentis magnitudinis: tempore autem status æqualiter, sed tempore diminutionis minus.*

Et in hoc libro text. 41. inquit idem Philosophus: * Quocirca quandiu saluum manet animal, etiamsi decretionem subeat, alitur, sed non semper accrescit. * Vbi D. Th. sic ait: *infert quoddam corollarium ex eo quod est scilicet, quòd aliquis nutritur quandiu conseruatur in vita; & non autem semper animal augetur, sed quandiu cibus conuersus in carnem potest extendi in maiorem quantitatem.* Et hoc ipsum docet idem S. Doctor. 2. 2. quæst. 147. art. 4 ad secundum, & in 2. distinct. 30. quæst. 2. art. 1. ad 5. & communiter omnes Philosophi: vnde superuacaneum esset singulos sette.

28 Assertio hæc potest in primis probari ex discrimine, quod Aristot. & D. Thom. loco citato, inter nutritionem & augmentationem constituunt, in hunc tamen modum perpenso: nam nutritio per se ordinatur ad instaurandum, quantum fieri possit id quod per calorem naturalem continuo de propria substantia deperditur: augmentatio verò ad tribuendam viuenti debitam quantitatem in ordine ad rectè exercendas suas operationes: ergo nutritio debet esse modo iam dicto continua, & semper durans, secùs verò augmentatio. Antecedens ex se videtur constare, & magis est his, quæ numer. 16. dicemus patebit. Consequentia verò quoad primam probatur: nam sicut deperditio substantiæ est continua, semper modo dicto durans ita; etiam instauratio debuit eodem modo durare. Quoad secundam verò partem etiam liquet: nam sicut augmentatio ordinatur ad debitam quantitatem, qua operationes viuentis rectè exerceantur, acquirendam ita: ea semel acquisita, talique fine cessante, debet & ipsa augmentatio cessare.

§. III.

Communis sententia aliis fundamentis stabilitur.

29 DEinde eadem assertio probatur secundò ratione, quàm innuit Arist. loco citato, & 3. Problematum problemate 14. & D. Thom. vbi suprà, & quæst. de Anima, artic. 8. ad 11. quæ potest ad hanc formam reduci: Vita corporis viuentis & consequenter vitius eius, dicitur in calido, & humido ad debitam mediocritatem redactis consistere, eò quòd temperamentum hoc valdè est necessarium ad vitam illius, & consequenter ad virtutem eius operatiuam; sed prædictum temperamentum paulatim deficit: ergo etiam vita, virtus & eius operatiua & conuersiua alimenti in substantiam aliti, paulatim deficiet, ita vt eò perueniat, vt non possit plus alimenti conuertere quàm sit illud, quod de propria substantia deperditum est: ergo etiam sic paulatim deficiet, vt nequeat viuens augeri. Hæc vltima eò sequentia ex priori constat, quia viuens augetur ex eo quod plus quantitatis, ac proindè plus substantiæ virtute caloris naturalis acquirat, quàm sit illud, quod deperditū est. Prima autem consequentia ex vtraque præmissa constat: nam vt possit plus alimenti conuertere, oportet, vt magnam habeat virtuositatem: & ita si paulatim deficit, eò debilitatis deueniet, vt minus boc nequeat præstare.

30 Minor autem etiam liquet; tum, quia viuens indiget alimento ad hoc, vt alator: alimentum verò, vt docet idem Aristot. in hoc lib. cap. 5. text. 36. & D. Thom. ibidem lect. 16. & 2. de Anima cap. 3. text. 45. vbi etiam S. Doctor. lect. 9. debet saltim in principio, id est, antequam conuertatur esse dissimile, & contrarium viuenti, & ita per continuam reactionem eius in calidum, & humidum

dum, naturale temperamentum hoc paulatim deficiet.

Tum etiam, quia calor naturalis proptium humidum depascit: tum denique, qoia viuens constat diuersis partibus heterogeneis, diuersas petentibus dispositiones, & ita vna in altetsm ferè semper agente, ferè etiam semper inter alia calidum & humidum naturale paulatim deficit. Maiot communiter recipitur à Philosophis, & ita videmus, quòd in senecture, vbi minus est humidi, & calidi iam dicti, ex eo quòd in ea est plus de frigiditate, & siccitate, tunc est viuens morti propinquum.

Tandem probatut assertio, & præcedens ratio ex Aristotele lib. de senectute & iuuentute, & D. Thom. ibidem lect. 4. & 5. in hoc lib. lect 17. & in 3. sentent. vbi suprà explicatut: illud, quod per nutritionem acquititur, non ita perfectè consequitur nsturam speciei, ac proinde est aliquo modo extraneum viuenti: ergo permixtum, seu quasi permixtum cum eo, quod peius etat, est causa debilitatis virturis viuentis: & per consequens decurrente tempore ertt viuens ita debilitatum, vt non possit seipsum augere, sed vel minus, vel ad summum non magis aequitat, quàm deperdit. Hæc vltima consequentia patet ex dictis: prima verò probatur, nam quod est aliquo modo exttaneum, si permisceatur, aut quasi permisceatur cum alio, seu tandem identificetur cum illo (modo suprà dicto) est causa debilitatis vittntis, vt docet Arist. 1. de generat. cap 5. & explicat exemplo aquæ, quæ permixta vino reddit virtutem eius d. biliotem, etiamsi conuertatur in vinum.

31 Antecedens, quoad secundam partem constat ex priori, quoniam viuens in prima productione peefectius consequitur natutam speciei (vt statim dicemus) id autem. quod perfectè non consequitur naturam speciei est aliquo modo exttaneum respectu eius, quod illam sic consequitur, sicut etiam est aliquo modo dissimile ei Quoad primam verò partem probatur; tum quis quantò anima magis diffunditur, & explicatur informando maiorem matetiam, tantò virtus eius corporea debilior redditur, vt patet in corde, quod quantò maius est, tantò minus calidum est: & ideo animalia habentia magnum cor sunt natura liter timida, vt docet Aristoteles lib. 1. 3. de partibus animalium, ac proinde id, quod per talem diffusionem denuo à viuente acquisitum, & in proptiam substantiam conuersum est, non ita perfectè naturam speciei consequitur.

32 Tum etiam, quia substntia, quæ primò per generationem aequititur, est basis, & fundamentum, & quasi clauis totios vitæ aliarum partium, & its est melius disposita per calidum, humidum, & rationem istius dicitur melius natutam speciei consequi.

Tum denique, quia prima generatio est *carnis*, vt loquitur Diuus Thomas secundùm se, secunda autem est carnis in alio, quasi per commixtionem, id est, prima generatio terminatur ad viuens absolutè, & vt est ens per se, secunda verò ad viuens, ratione alicuius psttis vnitæ, vel identificatæ cum præexistenti, & per eandem in substantiam aliti conuersæ: atque sdeo viuens debet (vt in ratione ptæcedenti dicebamus) pati in tali conuersione ab alimento, & ratione istius passionis producere substantiam, non ita perfectè dispositam per calidum, & humidum.

§. IV.

Obiectiones contra vtramque rationem, & enodatio earum.

33 SEd obiicies primò: nam sæpè viuens genetans paruum & debile solet genetare ex concursu, & concomitantis benignioris cœlestium corporum influentiæ, aliud viuens fortius, & perfectius, vt experientia constat: ergo etiam ratione eiusdé concomitantiæ potetit in se acquitete aliqnando per nutritionem substãtiam partialem ita bene dispositam, & natutam speciei consequentem, ac prior illa quæ primò per generationem communicata est; ac proinde licet in se sit debile, poterit etism traosacto tempote augmenti conuettere in se plus alimenti, quàm sit illud quod de proptia substantis amissum est.

34 Secundò obiicies, animam satis diffundi per corpus, antequam perueniat ad illud tempus, in quo viuens, verbi gratia homo definit sugeri, nihilominus non ideò virtus eius, scilicet calor naturalis, debilitatur, cùm potiùs videamus iuuenem paulo ante tempus tale meliùs decoquere cibos: ergo ex eo quòd anima magis diffundstut pee maiorem msteriam, malè colligit D. Thom. virtutem eius magis debilitsri.

Confitmatut: quia alioqui puer, cùm primò nascitur, haberet vigorosiorem calorem naturalem ipsemet, dum adolescens, aut iuuenis est, cùm habeat tunc materiam perfectiùs adipiscetem natutam speciei, nec permixtam cum extranea materia; hoc autem est aperte falsum, quandoquidem ex eo, quòd habet exiguum calorem, non potest tunc à solido cibo pasci, sed solùm lacte.

35 Ad primam ex his obiectionibus respondetur falsum esse, quòd viuens possit ex benignioti influentia astrorum acquitere substntiam perfectiorem, aut ita perfectam ac illam, quam in prima generatione accepit: & ratio disparitatis inter primam generationem, & nutritionem est, quòd in prima generatione producitur noua forma, non verò extenditur præexisteus ad nouam msteriam, & ita in eo primò explicat forma suam virtutem informatiuam, perfectiùs infotmat, habetque esse radicem meliotum dispositionum; at verò in nutritione forma præexistens, & quæ iam explicuit virtutem suam in priori materia, extenditur ad matetiam maiorem: & ideò quo magis extenditur, eò minùs perfectè informat, eiusque virtus debilitatur (vt in secunda ratione ex D. Thom. dicebamus) & consequenter manet (saltim naturaliter loquendo) ineapax ad hoc, vt quamvis accedat benignior influentia, informet melius, sique radix meliotum dispositionum: nam effectus formalis etiam secundarius formæ, quales sunt dispositiones concomitantes formam, & ab eadem dimanantes, nequit naturaliter suppleri ex aliquo capite, nisi forma ex vi sua habeat vim ad illum præstandum.

36 Ad secundùm respondetur, calorem natutralem revera paulatim minui, & eò esse minoris virtutis, quòd anima magis diffunditur per materism, vt explicatum est. Nec obest, quòd iuuenis melius coquat cibum, quàm dum erat puer, quia licet illa melior decoctio nunquam excedat virtutem calotis naturalis qui tunc est, nihilominus idemmet calor ob multitudinem matetiæ in tants vel tanta quantitate, & ob maiotem consolidationem organi. in quo tesidet, potest in actionem perfectiotem intta latitudinem proprie virtutis protumpere, quàm antea, dum habebat calorem cum maiori efficacitate, quantum est de se, in minori tamen matetia, & non ita solida, licet (vt verbis D. Thom. vtamur) minor hæc

materia

materia melliùs consequatur naturam speciei ratione melioris dispositionis iam dictæ. Potestque hoc explicari exemplo aëris medij, inter solem & parietem, qui licet sit calidior, quàm paries, nihilominus maior calor sentitur, posita manu iuxta parietem, quàm iuxta solem aërem ab illo distantem, quia ad hoc determinatus, & multitudo materiæ eiusdem parietis (modo dicto) iuuat.

Neque hinc fit, quod postquam homo peruenit ad vigesimum primum, vel vigesimum quintum annum suæ ætatis, ex quo tempore cessat in eo motus augmenti, de quo loquimur, possit ratione caloris, & multitudinis materiæ amplius augeri.

37 Nam licet multitudo materiæ iuuet ad hoc, vt virtus operatiua fortiùs agat in propriam substantiam, quamdiu in eo remanet sufficiens efficacitas ad aliquem effectum, quia multitudo materiæ solùm conducit ad agendum intra latitudinem virtutis, seu qualitatis operatiuæ: attamen, si per additionem materiæ redditur paulatim debilior, tunc potest adueniri ad tantam additionem, vt virtus operatiua ita debilietur, vt ipsa, quantum est de se, non possit in prædictum effectum, atque adeò ratione additionis materiæ nequibit tunc iuuari ad illum attingendum, sed potiùs reddetur ad id inepta, quia rùm per reactionem alimenti, & additionem substantiæ aliquo modo extraneæ paulatim debilitetur (modo tamen iam insinuato) calor naturalis. fit inde, vt possit deueniri ad tantam additionem, & quasi permixtionem extraneæ materiæ, vt tunc calor naturalis ibidem existens maneat ita debilis, vt quantum est de se, non habeat sufficientem efficacitatem ad conuertendum plus alimenti in substantiam aliti, quàm fit illud, quod de propria substantia deperditum est, atque adrò tunc non solum non iuuabitur, sed reddetur ineptus ad talem effectum.

39 Quapropter in homine, verbi gratia, prædictus calor in ea proportione, & efficacitate à natura datus est, vt licet ob rationes dictas paulatim deficiat, nihilominus semper, per se loquendo, superfit illi tanta vigoris vis, quanta inspectis omnibus necessaria sit ad hoc, vt per totum illud tempus, in quo non peruenitur ad tantam additionem materiæ extraneæ, scilicet vsque ad vigesimum primum vel vigesimum quintum annum, & non amplius, possit conuertere plus alimenti in substantiam aliti, quàm sit illud, quod de eadem substantia deperditum est: sicut etiam idem calor in tali proportione concessus est à natura, talitetque cætera omnia, quæ ad hoc requiruntur, sunt disposita. & attemperata, vt in toto tempore status habeat talem vim, vt tantum alimenti conuertat, quantum de propria substantia amissum est. Quod quidem non aliunde, nisi ex propria natura caloris viuifici, seu subordinati viuenti prædictam diuersitatem petenti ortum ducit.

39 Ex quo ad confirmationem concedenda est sequela, & neganda minor & ad probationem dicendum est, id non prouenire ex defectu caloris naturalis, & vigoro sitatis eius, sed ex aliis capitibus: maximè verò, quia calor naturalis ex defectu consolidationis membrorum, & organi peculiariter designati ad decoctionem, necnon ex defectu multitudinis materiæ nequit perfectè se in sua operatione explicare, & ita, si solidus cibus ei aliqua arte applicaretur, obrueretur, vel obrueretur ab illo sicut ignis valdè exiguus ab agente contrario, & habente magnam multitudinem materiæ obruetetur, licet tale agens non haberet proprias virtutes operatiuas ita intensas sicut prædictus ignis.

§. V.

Occurritur cuidam interrogationi incidenti.

40 Sed inquires, quantum temporis sit assignandum viuenti pro augmento, quantum verò pro statu, vel decremento? Respondetur, quoad hoc non posse certum regulam assignari, quia ex peculiaribus conditionibus cuiuslibet viuentis, & ex maiori, vel minori vitæ periodo, quam ex natura sua exposcunt, dependet: nam quæ diuturniori tempore vixerint, diutiùs mouentur motu augmentationis status, & diminutionis, è contra verò, quæ minus viuunt, quare solùm in particulari hæc assignabimus in homine primatum inter omnia viuentia tenente: in eo igitur teste D. Thom. loco citato ex 2. quæst 147. art. 4. ad 2. tempus augmenti, regulariter loquendo, est vsque ad finem tertij septennij, seu vsque ad vigesimum primum annum completum: nam per totam istam ætatem calor naturalis valduest, & robustus, & ideo, per se loquendo semper plus alimenti in substantiam aliti conuertit, & in omnem partem infundit, quàm ex corporis substantia, quæ semper fluit, decedat; quamuis alij hoc vsque ad 25. annum extendat.

Cognoscetur autem, vt id obiter dicamus, in quantam quantitatem portigendus sit homo, si attendatur ad eam, quæ in primo quinquennio habuit: nam vt docet Aristot. 5. de Generatione animalium, cap. 18. homo in anno quinto suæ ætatis solet obtinere dimidium staturæ, & magnitudinis, quam toto vitæ suæ decursu comparaturus est; tempus verò status, seu conseruationis est à vigesimo primo, vsque ad quadragesimum secundum, vel secundùm alios, vsque ad quinquagesimum; tempus verò decretionis est ab hoc tempore iam assignato vsque ad finem vitæ: nam toto hoc tempore ita calor repescit; nutritius tabescit, vt plus viuens perdat, quàm acquirat, vsque dum ad mortem accedat.

41 Nec refert si contra hoc obiicias, plures esse homines, qui post quadragesimum secundùm annum suæ ætatis pinguiores fiunt, ac proinde maiorem quantitatem acquirunt, per quam augeantur.

Non itaque hoc refert, nam corpus non augetur simpliciter, nisi secundùm longitudinem fiat maius. licet secundùm alias dimensiones crescat, quia hoc tantum est crescere secundùm quid non verò simpliciter: vnde licet aliquando corpora vltra tempus augmenti pinguescant, nunquam tamen in alium portigunter: sed de his itenim in lib de Anima sermo forte redibit.

§. VI.

Diluuntur rationes dubitandi initio adductæ.

42 Ad primam transeat maior, sed neganda est minor; ad probationem concesso antecedenti neganda est consequentia, si de quantitate absolutè & simpliciter maiori intelligatur: nam licèt, acquisita noua parte substantiæ, & quantitatis, debeat substantia, & quantitas illa esse absolutè & simpliciter maior, quàm fuit in termino à *quo*, si simul non deperdantur tot vel plures partes quantitatis; non tamen si hæ simul deperditæ fuerint, vt ex se contingit quare cum transacto tempore augmenti, vel plures per alium motum, vel mutationem, simul deperdantur partes quantitatis, ac proinde substantiæ habentis partes ratione illius, quot acquisitæ sunt per motum, vel mutationem, de qua loquimur (quia calor naturalis.

talis agit tunc simul tam in alias partes eiusdem substantiæ viuæ eas dissipans, quàm in alimentum) & ideo ex hoc, quòd acquiratur eo tempore noua quantitas, malè infertur produci absolutè simpliciter maiorem quantitatem, quàm sit ea, quæ in termino *à quo* absolutè & simpliciter erat: vnde non sequitur dari tunc motum augmentationis, de quo loquimur, qui per antonomasiam dicitur talis, & saltim materialiter distinguitur à motu terminato ad maiorem quantitatem quàm sit illa, quæ erat in termino *à quo*.

43 Ad secundam transeat maior, sed neganda est minor: & ad probationem transeat antecedens, & negetur consequentia. Et ratio est, nam calor vt octo habet se ad instar proprietatis (modo tamen alibi dicto) respectu ignis: & ita quoties denuo incipit in aliqua materia forma ignis aut ad eam extenditur, toties illam talis calor ad instar naturalis proprietatis subsequitur, quia per extensionem non tolluntur à forma ea, quæ ad instar proprietatis se habent: imò si semel deperdantur, tunc remotis impedimentis extrinsecis, per naturalem sequelam dimanant, vt in reductione aquæ ad pristinam frigiditatem paritatione contingit, iuxta ea, quæ 2. Phys. disp. 2 num. 124. diximus.

Vnde non mirum, quòd per actionem illam aliquo modo augmentariuam ignis, & conuersiuam in proprium substantiam, calor illius crescat, & perficiatur; secùs verò calor viuentis, vt talis, quippe qui in ea intensione, quam in prima generatione habuit, non comparatur per modum proprietatis respectu viuentis, eo enim modo, quo calor respectu ignis: & ita si debiliretur, licet removeantur omnia impedimenta extrinseca, non ideo per naturalem sequelam ad pristinam perfectionem reducitur, vt experientia ipsa testatur.

44 Ad tertiam respondetur, faciliùs alimentum aliqua maiori facilitate ex hoc capite proueniente conuerti in substantiam aliti; non tamen tanta, vt plus alimenti in substantiam aliti conuertat, quàm sit illud quod de proprio substantia deperditum est, nisi in tempore augmenti: & ita ex hoc capite non potest vltra illud viuens augeri, vt ex rationibus pro nostra, sententia factis constat: quod etiam explicari potest ex eo quòd facultates augendi, & conuertendi plus alimenti sicut exteræ aliæ potentiæ habent certum terminum intrinsecum, & ideo ad eum semel peruenientes, nequeunt vltra extendi, quantumuis alimentum facile sit.

QVÆSTIO IV.

Vtrum eius quod augetur, qualibet pars augeatur.

45 POstquam explicuimus augmentationem esse motum à minori ad maiorem quantitatem per virtutem intrinsecam viuentis, restat vt explicemus res illas potissimas conditiones, quas Arist. c. 5. huius lib. ad augmentum desiderari docet: quarum prima est, quòd augmentum fiat adueniente aliquo. Secunda, vt eius, quod augetur, qualibet pars augeatur. Tertia, vt res aucta eadem permaneat. Sed quia de illa priori nulla est difficultas, secùs verò de duabus posterioribus; ideo illa vt certa præsupposita, has in hac, & in sequenti quæstione examinabimus.

§. I.

Pars Negatiua suadetur.

46 PArtem negantem suadere videntur hæc argumenta. Primum, nam ad hoc, vt viuens augeatur secundùm omnes partes, oportet, vt alimentum omnibus illis debitè applicetur: sed hoc absque penetratione naturaliter fieri repugnat: ergo, &c.

Maior est perspicua: nam cum viuens debeat augeri adueniente aliquo extrinseco, id est alimento, quod conuertatur in substantiam aliti, oportet vt debitè applicetur cuiuis parti, vt quæuis, aduenient illo, augeatur. Minor verò probatur, nam cùm intra viuens nullum detur vacuum, neque aduenient alimento fiat aliqua diuisio, aut ruptio partium viuentis, alioquin sentiretur aliquis dolor, nequiret hæc applicatio alimenti ad singulas partes viuentis fieri absque aliqua penetratione.

Nec satisfacit, si dixeris, hanc applicationem fieri per poros intra viuens existentes, qui sunt viæ quædam & meatus subtilissimi, per quos sanguis nutrimentalis ad quamlibet partem viuentis defertur, quique licet sint pleni alio corpore, possunt ad hoc munus destruire, ex eo quòd corpus illud est satis tenue, & subtile, & ideo aduenient alimento facilè cedit.

47 Nam contra hoc est, tum quòd Arist. infra textu 80. & 81. refutat sententiam aliquorum Philosophorum admittentium poros ad hoc, vt mediis illis fiat actio, passio, & augmentatio: & ita ait, auctores istos destruere augmentationem ex eo, quòd augmentatio sic facta esset iuxtapositio, non autem vera augmentatio: tum etiam, quia adhuc bis potis admissis, non posset applicatio alimenti fieri mediis illis, absque penetratione: nam cùm particula alimenti, quæ loco corpusculi antea repletis porum subintrat, debeat esse maior quàm prædictum corpusculum: alioquin viuens media illa non posset augeri: oportet, vt vel nequeant intra porum claudi, vel quòd sit ibi aliqua penetratio, vt supra argumentabamur.

Confirmatur, tum, quia inter porum & porum mediat aliqua pars solida, alioqui totum viuens in poros resolueretur: ergo licet daremus, quod absque penetratione possit mediis potis applicari, & approximari alimentum extremitatibus partium solidarum, non tamen partibus centralibus eiusdem, cùm tam pori, quàm alimentum debeant ab illis distare, nisi detur penetratio: tum etiam, quia adhuc admisso non dari penetrationem in primo viuentis augmento, non posset non hæc admitti in aliis argumentis: nam cùm iam poti præsupponantur repleti alimento ad primum augmentum desiderato, ac proinde sit iam alimentum illud conuersum in substantiam viuentis, quæ ibidem manet non manebit aditus per quem possit deinde deferri, & applicari nouum alimentum ad singulas partes viuentis deinceps augendas: imo nunquam manebit aditus ad hoc vt remotiores partes viuentis ex communi, vt sic dicamus, officina, vbi alimentum est repositum augeantur, cùm primò repleti debeant poti partium proximarum quàm remotiorum, & illis repletis præcludatur via ad potos in partibus remotioribus existentes.

48 Secundò principaliter: nam videmus vngues, & capillos augeri non auctis aliis partibus; è contra verò palpebras parum, aut nihil excrescere: ac tandem spadones ampliùs secundùm brachia, & crura, & alias partes protendi quàm secundùm caput: at

hæc

hæc stare non possent, si eius, quod augetur, quæ libet pars augeretur, vt ex se videtur constare: ergo & cætera.

Confirmatur: quia alàs viuens versus omnes dimensiones porrigeretur; hoc autem est euidenter falsum, vt in homine, v.g. constat; &c. Patet sequela, nam cùm versus omnes dimensiones habeat partes, non possent non versus omnes æquè augeri, si qualibet aucta, deberent cætetæ aliæ augeri.

§. II.

Pars affirmatiua ex mente Aristot. & D. Thom. præfertur.

49 Dicendum tamen est augmentationem fieri secundùm omnes partes rei, quæ augetur, ac proinde, ea acta, quamlibet eius partem augeri. Ita Arist. in hoc lib. text. 33. vbi sic ait: *Nam seruare oportet quæ ei quod accrescit decrescitiue, ratione competunt: hæc autem tria sunt, quorum primum est magnitudinis, quæ accrescit, partem quamlibet maiorem effici, v.g. si caro carnis, &c.* Vbi D. Thom. lect 14. inquit: *Oportet enim ad hoc, quod aliquid dicatur augeri, quòd saluentur ea, quæ sunt de ratione eius, quod augetur, & diminuitur: quæ quidem sunt tria quorum primum est, quòd quælibet pars magnitudinis, qua augetur fiat maior: puta si caro augetur, quod qualibet pars carnis sit maior.*

Et in primo distinct. 17. qu. 2. art. 1. sic ait: *Quando per se quælibet status est terminus motus, oportet, quod sit ibi additio ad totum, & quòd ad quamlibet partem, vt tum augeatur, & qualibet pars eius, sicut est in animali, & in planta, & tunc proprie est motus augmenti.* Vnde hanc sententiam tuentur: Toletus, Conimbricenses, Bañez, Rubio, Zanardus in præsenti, & fere omnes Philosophi, tam antiqui, quàm iunioces.

50 Ratio fundamentalis desumitur ex D. Thoma in hoc lib. lect. 14 quam ipse fatetur accepisse ex Arist. 5. Physic. nam ad hoc, vt aliquid per se, & ratione sui, non verò præcisè ratione partium simpliciter moueatur, oportet, quamlibet partem eius moueri; sed viuens per se, ratione sui, & simpliciter, non verò præcisè ratione suarum partium mouetur motu augmentationis: ergo quælibet pars eius prædicto motu mouebitur; atque adeò eo aucto, quælibet eius pars augebitur. Maior constat ex his, quæ. 5. Physic. text. 1. docuit Aristot. scilicet, illud, cuius aliqua pars mouetur, dicitur moueri secundùm partem ita vt non per se, & simpliciter ratione sui, sicut homo dicitur vulnerari ratione manus, quia eius manus vulnerata est.

Minor autem videtur certa, tum, quia sicut viuens per se, & ratione sui, & non solum ratione partium simpliciter diminuitur & fit minus: ita per se, & simpliciter augebitur, & fiet maius: tum etiam, quia viuens per se, & ratione sui, & non solùm ratione partium simpliciter prorumpit in operationes debitas suæ naturæ: ergo eodem modo per se, & simpliciter mouebitur ad quantitatem debitam pro talibus operationibus, atque adeò motu augmentationis ad aliam per se terminato.

51 Confirmatur ratione, qua vtitur idem sanctus Doctor in hoc libro cap. 5. & quæst. de Anima art. 8. & 11, nam quælibet pars viuentis nutritur, dum viuens habet nutriri: ergo quælibet augebitur, dum ipsum augetur.

Antecedens patet, tum quia quæuis pars viuentis eo viuente viuit, atque adeò eo nutrito habet propriam operationem animæ vegetatiuæ, scilicet nutrirationem: tum etiam quia vita specialiter dicitur consistere in calido, & humido, & calor viuentis est proprium instrumentum nutritiuæ: & ideo sicut quæuis pars viuit, & habet suum calorem naturalem, ita quæuis nutritur, alioqui per talem calorem depasceretur humidum, neque ipsam destrueret, & non haberet vnde id, quod deperdit, restauraret.

Consequentia verò probatur: nam augmentum sequitur ad nutritionem, eam nimirum, per quam plus alimenti conuertitur, quàm sit illud, quod de propria substantia per calorem naturalem deperditum est: ergo si quæuis pars nutrito viuente nutritur, ac proinde habet vigoriorem calorem, plus conuertit quàm deperdit, fiet inde, vt quæuis pars eo aucto etiam augeatur.

§. III.

Obiectio notanda, & solutio illius.

52 Sed obicies, quòd si hæc ratio vnà cum sua confirmatione aliquid probaret, conuinceret vtique viuens augeri non solùm secundùm partes sensibiles, sed etiam secundùm omnes proportionales minores, & minores, imò etiam præcipuè secundùm istas, quàm secundùm illas, sed hoc est falsum: ergo, & cætera.

Maior quoad primam partem patet, quandoquidem partes proportionales sunt veræ partes viuentis, & in se viuæ; atque adeò ea quo capite sunt partes illius, non poterit totum moueri per se, & simpliciter motu augmentationis, quin etiam secundùm prædictas partes etiam moueatur, & ex quo capite viuunt, non poterunt non nutriri, & augeri.

Quoad secundam verò partem probatur, quia sicut augmentatio fit per partes minores, & minoreas, vt in aliis motibus contingit: ita etiam id, quod per priùs augetur, erit totum secundùm partes minoces; & minores.

Minor verò probatur, nam quemadmodum, quæuis pars proportionalis nequit habere suum porum, iuxta quem recipiat per initus sumptionem alimentum, vt infrà dicemus, ita nec poterit secundùm se, & ratione sui propriè nutriri, & augeri.

53 Respondet Rubio, quòd licet quæuis pars proportionalis non habeat suum porum, nihilominus quia per se ipsam est immediatè secundùm suam extremitatem indeterminatam immediata poro, poterit immediatè, & per se nutriri, & augeri, & hoc probat, tum ex eo quòd Arist, in hoc lib. text. 33. absolutè, & absque vlla limitatione, & discrimine docuit eius, quod augetur, quamlibet partem augeri: tum etiam, quia nec partes sensibiles, imò nec totum viuens habent aliam extremitatem, secundùm quam augeantur, nisi illammet extremitatem partium proportionalium, ex quibus coalescunt: ergo non poterunt secundùm se augeri, quin saltim eodem modo augeantur secundùm partes proportionales: tum denique, quia ideò pars sensibilis poterit per poros augeri, quia per illos immediatè applicatur ei alimentum, non quidem secundum se totum, alioquin daretur penetratio; sed secundum extremitates: at partibus proportionalibus etiam applicatur immediatè alimentum: ergo etiam immediatè augebuntur: imo immediatiùs, & per priùs, nam sicut partes sensibiles ratione partium proportionalium sunt immediatæ poris, ita ratione illarum augebuntur.

Sed contra: nam in primis hæc solutio est contra Aristotelem, & D. Thom. vt benè notauit Banez in hoc cap. qu. 7. quoniam postquam Philosophus tear.

53. absolutè dixit, magnitudinis, qua crescit pattem quamlibet maiorem effici, postea in textu 55. explicans partes, secundùm quas viuens dicitur pes se primò intra lineam partim augeri, addidit: * Cùm autem de hisce sit abundè dubitatum, dubitationis solutionem inuenire enitamot, oportet, illud seruantes, permanente inquam eo, quod augetur, atque adueniente aliquo, fieri accretionem, & abeunte decretionem, in super quodlibet sensibile signum maius, minusve teddi.*

54 Quod testimonium sic explicat Diuus Thomas lectione 15. * Dicit, quòd quia sufficeret quæsitum est de prædictis, oportet, vt inueniatur talis solutio quæst onis, qua saluentur tria, quæ supta dicta sont de tatione augmenti. Primum tst, & cætera. Tertium est, quòd quodlibet signum sensatum, id est, quælibet pats sensibilis eius, quod augetur. fiat maior in augmento, aut minor in diminutione, *Si autem partes proportionales viuentis per se primò intra lineam partium augetentur, tunc Arist. & D. Tho. in hac tertia conditione, in qua de augmento partium agunt, non obliti essent illarum, sed de eisdem sicut de sensibilibus mentione fecissent.

55 Vnde minus benè Rubio inqoit, Aristotelem in hoc testimonio sulum voluisse, quòd cum augmentatio sit motus physicus corpotis viuentis, ideò ex partibus sentibilibus debent considerari, & cognosci conditiones eius; non verò negasse, quòd aucto viuente augeantur per priùs partes proportionales, quàm sensibiles.

Nam contra hanc explicationem vrget, quod ex eo quod augmentatio sit motus physicus, & sensibilis, etiam colligitur aucto toto viuente potiùs moueri, & augeri secondum partes sensibiles, quàm secnndùm eas quæ ratione sui sensibiles non sunt.

Deinde, eadem solutio potest impugnari tatione, quam sæpè innuunt Aristotel & D. Thomas, scilicet eius esse moueri, cuius est esse seu existere: sed partes proportionales, vt tales, non petunt existere, seu coexistere, etiam intra lineam partium absolutè, & simpliciter, sed solùm secundùm quid, & cum addito, scilicet indistinctè, indeterminatè & confuso modo, vt 3. Phyſic. disput. 18. num. 13. latiùs explicamus, secùs verò partes sensibiles vt tales; ergo facta collatione inter vtrasque, potius istæ mouebimus motu augmentationis, quàm illæ.

Præterea, nam quæuis pars proportionalis non habet suum porum, intra quod recipiat alimentum; secùs verò quæuis pars sensibilis: ergo illæ tationes hatum, non verò è contra augebuntur.

Consequentia ex probatione posteriotis partis antecedentis patebit. Antecedens verò quoad primam pattem constat, quia alioquin totum viuens constaret ad minus tot potis, tot partibus proportionalibus i ae proinde nullum ex duobus viuentibus æqualibus esset magis solidum quàm aliud, siquidem vtrumque esset æquè poto um; hoc autem, vt constat, est aperte falsum.

56 Quoad secundam etiam partem liquet: nam ideò partibus sentibilibus tribuitur, quod toto aucto augeantur, quia habent suos potos, intra quos recipiant alimentum: at ràt non augerentur per se primò intra lineam partium per intus sumptionem, atque ideò nec augmento proprie dicto.

Neque ea, quæ pro se adduxit Rubio, aliquid conuincunt. Non quidem primum ex testimonio Aristotelis desumptum, vt ex dictis constat; nec secundum, quia quod totum viuens coalescat ex partibus proportionalibus, ad summum probat augeri etiam secundùm illas, non tamen per se primò etiam intra lineam partium, quia iotra hanc lineam existunt indistinctè, confusè, & indeterminatè, neque habent potos sibi proprios, sed solùm tatione partium sensibilium.

Nec tandem tertium, quia partes sensibiles ideò immediatè, & per se primò primitate intra lineam partium augentur, quia secundùm suas extremitates applicatur eis alimentum, vt ei, quod tatione sui habet potum, intra quod illud suscipiat. Vnde, quòd aliquo modo mediet pars proportionalis, vt habet esse (vt sic dicamus) quasi extremitas eius nihil refert: nam vt tolleret prædictam immediationem, & primitatem, oportebat, vt mediaret tanquam pars tatiooe sui habens potos, & susceipiens intra sa alimentum.

57. Quare, vt sic alia obiectio, quæ plures tosquet, maneat soluta, partes proportionales non augentur per iuxta positionem absolutè, & simpliciter, sed per intus sumptionem, quatenus augmentatio per se primò, & modo dicto terminatur ad partes sensibiles, & ad proportionales, & in eisdem inclusas secundariò. & consequentes, quia ad hunc modum recipiendi alimentum per intus sumptionem, & secundario se augendi, non requiritur quòd habeant proprios sibi potos, sed quòd sint partes viuæ inclusæ in alia patte sensibili, quæ sos habeat.

58. Ad obiectionem igitur in num. 52 propositam alitet respondendum est, concedendo maiorem quoad primam pattem, & negando eam quoad secundam: quia partes proportionales dicuntus augeri aucto toto, quatenùs secundario, & tatione partium sensibilium augentur: nam earum natura hoc, & non ampliùs perit. Nec contra hoc habet vim probatio ibidem adducta propter apertam disparitatem, quæ est inter partes proportionales, & sentibiles motus augmentationis ex vna parte, & partes proportionales, & sensibiles rei, quæ augetus, ex alia: nam ad tationem partium motus augmentationis non desideratur, quòd habeant poros, vt ex se patet: & ita eùm ex alia parte sint immediationes mutuis esse, per quæ existunt, ideò motus ipse fluit potiùs per partes proportionales, quàm per sensibiles (si illas habet) vel aliquotas t at, eùm ad tationem partium, quæ per se primò intra lineam partium augeantur, desideterent, quòd habeant potos, vt intra se alimentum fuscipiant, & per iutus sumptionem augeantur: inde est, vt partes sensibiles eos habentes, non verò proportionales, per se primò augeantur.

§. IV.

Soluuntur argumenta initio adducta.

59. AD primum benè respondent ibidem: nam vt docet Arist. 4. Meteor. & D. Thom. ibidem lect. 12. necessariò admittendi sunt pori intra viuens: eis autem admissis potest optimè per illos vltimum alimentum deferri, & applicari: huius autem necessitatis pororum sufficiens ratio tedditur: tum ex expetientia sudoris à corpore egredientis, cui nisi per poros via pateret, non posset absque penettatione, vel aliqua scissinne partium corporis, & consequentet absque dolore exire: tum etiã, quia alioqui nequiret viuens augeri, & nutriri secundum omnes partes sensibiles per intus sumptionem, cuius oppositum iam ostendimus: hoc autem potissimè verum habet in medulla, vndequaque osse duro circumsepta,

quæ, nisi per prædictos poros ad eam alimentum deferretur, non apparet quomodo posset nutriri, & augeri.

Et ad primam probationem in contrarium dicendum est cum Banez in præsenti, Aristotelem in illis locis non negasse poros, sed probasse secundùm sententiam quorundam Philosophorum, frustra poni ad actionem, siquidem actio fit per contactum. Quod si Arist. dixit hos destruere augmentationem, non erat ea ex quòd poros admittebant, sed quia in eorum sententia corpuscula quædam intrantia poros non continuabantur, neque mutabantur in substantiam adimenti, sed actu substantialiter immutata manebant, & ita erat iuxta positio.

60 Ad secundam verò rationem respondetur, posse quandoque poros esse constrictos, & accipiendo nutrimentum dilatari; sicut flatu vesica inflantur, & quandoque esse repletos: sed humore sedenta, & per receptionem alimenti ex vi caloris naturalis maiores fieri.

Adde cum Zanardo, quòd cum potius fiant virtute caloris naturalis, vt etiam deseruiant ad receptionem excrementorum, & vaporum, qui manent deperditis partibus viuentis, inde est, vt sint maiores, quàm partes resolutæ, vel diminutæ, & plus cibi capiant, quàm sit deperditum, quamuis non in omni tempore sint æquales, sed in iuuenibus, v.g. sint maiores, & in senibus minores.

Ad confirmationem concedendum est antecedens in prima eiusdem confirmationis parte adductum; sed neganda est consequentia inde illata: quia vt alimentum sit sufficienter applicatum ad nutritionem, satis est, quòd contineatur intra extremitates pororum: nam eo ipso viuenti per intus sumptionem manebit applicatum.

61. Ad secundam verò partem eiusdem confirmationis negandum est antecedens; & ad probationem dicendum est, quòd etsi pori semel repleantur alimento hócque in substantiam aliti conuertatur, nihilominùs, non ideò præcluditur via vltenori augmentationi: nam calor naturalis interintes partes corporis resoluens, & consumens efficit media hac resolutione, & consumptione, nouos poros nouásque vacuitates internas in quauis parte sensibili plenas vapore resoluto, vel excremento, licet prædicti pori aliquando fint constricti, & vt, supra dicebamus, aduenientе alimento, & virtute caloris naturalis, dilatentur. Ad illud autem, quod vltimo loco ibidem additur, dicendum est, alimentum vltimum, nimirùm sanguinem nutrimentalem, priùs attrahi ea venis per totum corpus ramificatis à partibus aliquantulum distantibus, quàm in proximioribus sistat.

Ad secundum principale respondetur, ideò vngues & capillos augeri, non auctis aliis partibus, & palpebras parum crescere, quia dum illa prima nondum acquisierunt terminum præfixum pro suo augmento; hæ verò non petunt iusta propriam naturam plus incrementi: vnde cùm Aristot. & nos cum illo asserimus omnes partes augeri, intelligendum est de illis, prout nondum sunt consequutæ terminum præfixum augmenti: constat autem ex dictis, quòd vsque ad illum terminum omnes simul augentur. Adde rationem aliam quam in libris de anima disputat. 5. citra augmentum vnguium, & capillorum seddemus.

Ad illud autem de spadonibus dicendum est, minùs crescere eosdem quòd caput propter defectum caloris: quoniam cerebrum frigidissimum est: quòd autem secundum alias partes in proportionatu modo dilatentur, hoc est, per accidens, ex hoc quòd superfluum alimentum, quod in aliis hominibus conuertitur in semen, resoluitur in illis in ossa & carnes.

62 Ad confirmationem neganda est sequela, quia vitus nutritiua, & augmentatiua, dum viuentium membra versus omnem partem porrigunt, sequuntur, & imitantur virtutem formatricem corporis. & ideo illud augent & nutriunt, prout à natura formante eis prædeterminatum est, & iuxta rationem, quantitatem, & terminum pro qualibet parte, & decore eius ab eadem natura præfixum.

QVÆSTIO V.

Vtrùm viuens maneat idem numero toto tempore augmentationis.

63 Decisio huius quæstionis ferè constat ex his quæ in lib Physic. disp. 6. à numero 9. vsque ad 13. & disp. 19. ferè per totam quæst. 2. & in hoc lib. disp. 5. num. 2. & deinceps disimus. Cæterum, quia hic propriam sedem habet, & ex eius exacta intelligentia natura augmentationis pendet, ideo excitari debuit. Et licet aliqui, vt rem hanc explicent, de indiuisibilitate, & diuisibilitate animarum differant, inquirentes, an in augmentatione, vel diminutione aliqua pars animæ accedat, vel recedat; nihilominùs quia difficultas ista peculiariter ad lib. de Anima spectat, ideo ab ea abstrahentes præsentem quæstionem dicidemus.

§. I.

Rationes dubitandi.

64 Prima dubitandi ratio desumitur ex Arist. in hoc lib. text. 35. vbi inquit, in augmentatione manere partes formales viuentis, non verò materiales, & ita non augeri secundùm has, sed secundùm illas: quare cùm partes materiales etiam pertineant ad vnitatem numericam eius, quod augetur, hinc inde, vt viuens non permaneat idem secundùm numerum toto tempore augmentationis.

Confirmatur ex D. Thom. ibidem lect. 15. vbi inquit: *Non quælibet pars secundùm materiam considerata augetur: dictum est enim, quòd id, quòd augetur, oportet permanere, non autem permanet quælibet pars secundum materiam considerata, sed solùm secundùm speciem*: ergo cùm in via S. Doctoris vnitas individualis ex identitate materiæ proueniat, consequens est, vt viuens, in quo tempore augmentationis non permanet eadem materia, non sit idem numero.

65 Secunda, nam entitas totius nihil est aliud, quàm entitas suarum partium, vt constat ex his, quæ 1. Physic. disp. 6. num. 58. diximus; at viuens potest tempore augmentationis variari secundùm omnes partes: ergo & non permanere idem. Minor probatur, quia cùm calor naturalis per adeo longum tempus agat continuò in propriam substantiam, ac proinde continuò deperdantur partes in prima generatione habitæ, & aliæ denuò loco illius substituantur, poterit viuens in eo temporis mora secundùm omnes suas partes variari.

Confirmatur: ad hoc vt viuens non permaneat idem numero, satis est quòd plures sint partes, secundùm quas variatur, quàm illæ quæ remanent; at in tempore augmentationis plures sunt illæ, quàm istæ: ergo, &c. Minor patet: nam cùm identitas totius sumatur ex identitate partium, fit inde, non posse totum

illud

illud dici simpliciter vnum, & idem, cuius plures sunt partes variatæ, quàm illæ, quæ permanent. Minor verò etiam constat; quoniam viuens est longè maius in medietate temporis augmenti, quàm cum primùm genitum fuit, ac proinde multò plures habebit partes denuò acquisitas, quàm illas, quas in prima generatione accepit.

§. II.

Vera Arist. & D. Thomæ sententia.

66 Dicendum tamen est, viuens permanere idem numero toto tempore augmentationis, imò etiam toto tempore vitæ. Assertio hæc quoad secundam partem ex priori apertè sequitur, vt ex dicendis constabit: quoad primam verò est Arist. in hoc lib. text. 33. his verbis: *Nam cum quidpiam simpliciter, absolutèque gignitur, aut interit, non permanet, at cum alteratur aut crescit decrescitve, quod alteratur, aut incrementa suscipit, id permanet.* Vbi D. Thom. lect. 34. postquam explicuit duo illa requisita ad augmentationem, de quibus quæst. præcedenti egimus, statim ad it: *Tertium autem est, quod nunc ponitur de nouo, scilicet id, quod augetur, conseruatur, & permanens in suo esse, quia cum simpliciter aliquid generatur, vel corrumpitur, non permanet eius substantia: & cum aliquid alteratur, seu augetur, vel diminuitur, manet idem numero secundum substantiam.*

Et text. 34. reddens rationem, ob quam dum, verbi gratia, cruri aliquid apponitur, tunc crus augeatur non verò cibus, seu alimentum ei appositum, sic inquit: *An quia eius substantia manet, illius, puta cibi, haud quaquam.* Quæ verba sic explicat ibidem D. Thom. *Ideo ergo vnum dicitur augeri, & non aliud, quoniam huiusmodi quidem, scilicet cui additur, puta crus, manet substantia: huiusmodi autem, scilicet quod additur, non, puta cibus, conuertitur enim in substantiam eius, quod nutritur, & augetur.* Vnde hanc eandem sententiam communiter tuentur Toletus, Bañez, Conimbricen. Rubio, Zanard. iopræsenti, & fetè omnes alij tam antiqui, quàm iuniores.

67 Ratio fundamentalis desumitur ex Arist. & D. Thom. locis citatis, quæ potest ad hanc formam reduci: generatio, & corruptio substantialis simpliciter dicta distinguitur à nutritione, & augmentatione: ergo id, quod per generationem, & corruptionem substantialem absolutè, & simpliciter dictam generatur, & corrumpitur, non manet idem substantialiter ac antea, secùs verò id, quod augetur, & diminuitur.

Antecedens patet: quia habent terminos specie distinctos, ac proinde specie distinguitur. Consequentia verò probatur: nam alioqui nutritio, & augmentatio, non distinguerentur à generatione substantiali simpliciter dicta, quandoquidem mutationes illæ, per quas corrumpitur totum substantiale præexistens, & generatur aliud distinctum à præexistenti: habent rationem generationis, & corruptionis substantialis absolutè, & simpliciter dictarum, quippe cum per illas absolutè, & simpliciter producetetur esse substantiale, & totale, quod est absolutè, & simpliciter etic.

68 Confirmatur, & explicatur ex D. Thoma 2. de Anima: nam id, quod nutritur, permanet idem toto tempore nutritionis: ergo etiam id, quod augetur. Consequentia patet, nam augmentatio semper concomitatur nutritionem illam, per quam acquirunt plus de substantia, quam sit illud, quod per calorem naturalem depetditum est. Antecedens verò probatur, quia nutritio ex natura sua ordinatur ad conseruandum viuens in suo esse, & ita in hoc distinguitur à generatione viuentium, per quam conseruatur res, non in proprio esse individuali: sed in alio individuo, & solùm secundùm ideotitatem specificam.

Confirmatur secundò ex eodem S. Doct. Nulla substantia potest destrui prt id per quod peteificitur, sed substantia cuiusliber viuentis perficitor per proprium motum augmentationis, quia per illum pertingit ad perfectionem, & sibi debitam quantitatem, media qua possit operationes sibi debitas perfectè exercere: ergo per talem motum non destruetur, & per consequens semper manebit eadem numero.

§. III.

Respondetur rationibus dubitandi initio adductis.

69 Ad primam, & eius confirmationem respondetur ex D. Thom. 1. part. quæst. 119. a. 1. ad 2. Aristotelem omnino partium materialium non intellexisse solam materiam, & nomine formalium, solam formam, sed partes integrales viuentia diuersimodè consideratas: itaque pars carnis potest considerari dupliciter, vel materialiter, vel formaliter: materialiter quidem, secundùm quod dicit hanc partem carnis alias identificatam, vel vnitam per continuam, & imperceptibilem successionem locis citatis iam explicatam; formaliter verò secundùm quod dicit hanc, vel illam partem, prout secundùm substantiam suam identificatam cum hac certa & determinata substantia præexistenti, & secundùm quod; prout est pars, ratione quantitatis vnitur secundùm continuationem cum partibus præexistentibus

70 Quare cùm ad vnitatem numericam individui, non quidem adeò perfectam, sicut reperitur in rebus incorruptibilibus, bene tamen absolutè, & simpliciter dictam, satis sit, vt permaneat idem secundùm partes materiales, non quidem materialiter, sed formaliter identitati, vel continuationi, necnon imperceptibili successioni vnius post altam, quia partes denuò aduenientes trahuntur à præexistentibus ad propriam vnitatem. Ideo Arist. & D. Thom. meritò dixerunt, viuens non manere idem toto tempore augmentationis secundùm partes materiales, sed secundùm formales, id est secundùm materiales formaliter consideratas, ac proinde non augeri secundùm illas, quippè quæ non permanent, sed secundùm istas.

Ex quo ad secundum, concessa maiori intellecta de partibus simul sumptis, & vnitis, distinguenda est minor: & quoad partes materiales, materialiter consideratas transeat: de eisdem verò formaliter acceptis neganda est: nam quæ denuò aduenium, succedunt per imperceptibilem successionem præcedentibus, & habent conditiones iam dictas, & ita secundùm quod illas habent, sunt idem formaliter cum præexistentibus: nam ad formale harum partium materialium, v. g. quantitatis, per accidens, & materialiter se habet, quòd sit hæc, vel illa para quantitatis, formaliter autem, & per se, quòd per imperceptibilem successionem, vel augmentationem, vniatur cum præexistentibus, modo iam explicato. Per quod etiam ad confirmationem satis patet.

71 Et possunt hæc omnia explicari, tum ex his, quæ in lib. Physic. disput. 19. iam citata fere per totam secundam quæstionem circa vnitatem loci diximus: nam in eo superficies, & relationes distantiæ in illis receptæ fluunt, & refluunt materialiter, non verò formaliter, quia loco illarum succedunt aliæ, quæ licèt sint diuersæ secundùm esse materiale materialiter sumptum, non tamen formaliter, vt ibidem latè explicuimus, & ideo non obstante prædicta variatione, & successione, remanet idem locus.

Tum etiam, exemplo populi, & fluuij à D. Tho. in præsenti lect. 15. addocto, quorum identitas eis dem proportionata saluatur, licèt partes aquæ, quæ fluunt, & refluunt, sint diuersæ, & homines sibi inuicem succedentes sint distincti: quia id, quod formale est: ad vnitatem fluuij, vel populi semper manet: ita ergo, proportione seruata, in præsenti dicendum est. Diximus proportione seruata, quia malos vnio, & identitas partium eorum viuente præexistente arguit vnitatem per se substantialem iam dictam.

72 Illud tamen in fine huius disp. aduertendum est, nimirum, cuncta ferè, quæ diximus posse, proportione tamen debita, seruata applicari ad diminutionem viuentium, quæ sola propriè, & rigorosè loquendo, habet rationem diminutionis, sicut sola eatumdem accretio propriè, & in rigore est augmentatio: & ideo de ea peculiarem sermonem sexere superuacaneum esset.

DISPVTATIO VII.

De Rarefactione, & Condensatione.

1 RAREFACTIO, & Condensatio maximam habent cum augmentatione, & diminutione affinitatem; & ideo, vt melius ab his duabus discernatur, & exactius natura illarum cognoscatur, disputationem hanc vnà cum aliis Aristot. interpretibus in præsenti instituimus.

QVÆSTIO I.

An sint Rarefactio & Condensatio, & in qua actione, vel mutatione consistant.

2 A Prima huius quæstionis parte facilè nos expedimus, quia rarefactionem, & condensationem posse esse in rerum natura, est satis perspicuum: tum, quia videmus aquam condensari, & rarefieri: tum etiam, quia id expressè docet Arist. 4. Physic. text. 84. vsque ad 89. & in hoc lib. cap. 1. vbi etiam D. Thom. & communiter interpretes: tum denique, quia id satis ex Aristotel. & D. Thom. loco citato, ex 4. Physic. desumpta suadet: nam raritas & densitas sunt inter se contrariæ, vt ex se constat: ergo possunt esse successiuè in eodem subiecto, ad inuicem transmutari, ita vt ex densio fiat tatum, & è conuerso; siquidem vnum & idem est subiectum susceptiuum contrariorum, & contrana quæ habent vnum & idem subiectum, sunt ad inuicem transmutabilia: ergo cùm tatum non possit transmutari in densum, nec densum in tatum, nisi rarefactio, & condensatio dentur, consequens erit eas posse in rerum natura inueniri.

3 Maior autem est difficultas circa secundam quæstionis partem ob plura satis implicata, quæ in ea tnuoluuntur: vt autem illius decisio vtrumque pro nunc capiatur (quia plenior eiusdem intelligeotia pendet ex his, quæ in duabus quæstionibus sequentibus dicenda sunt) explicari oportet quidnam sint rarum, & densum. Vtriusque autem ratio dupliei via valet declarari. Prima quidem desumpta ex Aristotel. 4. Physicorum text. 84 scilicet tatum esse illud, quod sub magnis dimensionibus parum continet materiæ. Densum verò quod sub parnis dimensionibus multum continet materiæ. Ita etiam Diu. Thum. 1. part. quæst. 92. art. 1. & quæst. 119. art. 1. 3. part. quæst. 77. art. 2. & in 1. distinct. 30. quæst. 2. art. 1. & commonitet Thomistæ. Secunda verò habetur expressè ab eodem Philosuph. 3. de cœlo cap. 2. text. 10. his verbis: *Est autem spissum à raro differens, eo quòd in æquali mole, id est sub eisdem dimensionibus plura existant, quia plus habet de materia*, vt in 4. Physicorum habetur: vnde flamma digitalis minus eontiner materiæ, quàm ferrum digitale: & ita si hoc ratefiat, occupabit maiorem locum, quàm flamma illa rara.

4 His ergo suppositis dicendum est, rarefactionem, & eundensationem consistere in mutationibus per se primò terminatis ad tarum, & densum Assertionem hanc sic absolutè sumptam tuentur omnes Philosophi.

Probatur facilè ratione, quam innuunt Arist & D. Thom. 5. Physic. tarefactio, & condensatio per se primò terminantur ad tarum, & densum, suntque mutationes: ergo consistent in mutationibus per se primò terminatis ad tarum, & densum. Antecedens quoad vtramque partem constat: quoad primam quidem, quia sicut calefactio per se primò terminatur ad calidum, & frigefactio ad frigidum, ita rarefactio ad tarum, & condensatio ad densum. Quoad secundam verò, quia cùm tatitas, & densitas sint inter se contraria, habeántque sufficientem latitudinem, fient per veram transmutationem: hæc autem nolla alia esse potest, nisi rarefactio, & condensatio. Consequentia verò etiam est perspicua, nam ideo calefactio consistit re ipsa mutatione per se primò terminata ad calidum, quia est vera actio, & mutatio per se primò ad illud terminata, & sic de aliis similibus.

5 Sed contra dicta obiici potest primò, condensationem, & ratefactionem non terminari per se primò ad quantitatem, sed ad extensionem, & præsentiam localem: ergo tatum, & densum non consistent in hac, quòd habeant patum, vel multum de materia sub maioribus, vel minoribus dimensionibus. Antecedens probatur, quia hoc ipso quòd aqua, exempli gratia, habeat maiorem extensionem localem, maioremque vbicationem, quàm antea absque additione maioris quantitatis, non potest non esse rarefacta, sicut hoc ipso, quòd absque diminutione quansitatis habeat minorem extensionem localem, minoremque vbicationem, debes esse condensata. Consequentia verò constat, nam si tanum, v. g. consisteret in hoc quod est habere parum de materia sub maioribus dimensionibus, non posset non ratefactio per se primò terminari ad maiores dimensiones, atque adeo ad maiorem quantitatem.

Confirma

Confirmatur: quia sit rarefactio, & condensatio non terminantur per se primò ad extensionem actualem, & præsentiam in ordine ad locum, nec etiam ad quantitatem, terminarentur vtique ad qualitatem, quandoquidem non appatet ad quod aliud prædicamentum per se primò terminentur, vt intuenti constabit: ergo rarum & densum non eoosistent in hoc quod est parum, vel multum de materia sub patuis, vel magnis dimensionibus. Patet consequentia, quia in hoc non fit mentio qualitatis, sed solùm materiæ, & dimensionum eius.

6 Secundò: nam habere parum, vel multum de materia sub æquali mole est distinctum ab hoc, quod est habere parum, vel multum de eadem materia sub maioribus, vel minoribus dimensionibus, vt ex se constare videtur, ergo rarum, & densum, neo potest in vtraque consistere, atque adeò non rectè per duplicem illam rationem explicata sunt.

Tertiò: nam repugnat esse in aliquo corpore minùs de substantia, & materia, quàm de quantitate, & mole; ergo etiam repugnabit, quòd rarum, verbi gratia, habeat parum de materia sub magnis dimensiunibus, atque quòd rarefactio terminetur ad rarum habens parum de materia sub magnis dimensionibus.

Prima consequentia patet, quia magna dimensio nihil aliud esse videtur, quam magna quantitas. Antecedens autem probatur: nam eum quantitas sit proprietas substantiæ ennueniens ei tatione materiæ, non potest dari multum quantitatis in aliquo eorpore, nisi sibi sit etiam multum de materia secundùm omnimodam commensuratiouem eum illa.

Obiectiones istæ, ex quarum exacta solutione valdè pendet perfecta cognitio rarefactionis, & condensationis, petunt, vt explicemus quisnam sit terminus per se primos vtriusque: & ideò ad hoc elatiùs, & distinctiùs explicandum, duas quæstiones sequentes excitabimus: & in vltimo §. posteriotis ex illis ad obiectiones prædictas tespondebimus.

QVÆSTIO II.

An termini rarefactionis, & condensationis sint maior, vel minor quantitas, vel maior, vel minor extensio, aut præsentia localis?

7 Circa termioos rarefactionis, & condensationis eodem propottiooali modo philosophandum est: nam si tarefactio per se terminatur ad maiotem quantitatem, extensionem, aut præsentiam locale m, non putest in dubium vetti, quin eoodensatio terminetur ad maiotem: & ideo maioris claritatis, & brevitatis gratia quæstionem hanc quoad rarefactionem solùm discutiemus.

§. I.

Refertur duplex opinio.

8 PRima sententia affirmat, tarefactionem terminari per se primò ad maiotem quantitatem: ita Scot. in 4. dist. 12. q. 4 Mat sil. 1. de genet q. 15. Het quodlib. 3. q 5. Buridan. 4. Phys. ad text. 84. Tolet. ibid. q. 12. & tecentiotibus noonulli.

Probatur primò ex Arist. qui diffiniens in Prædicamentis rarum, sic ait: *Rarum est, quod parum habet materiæ sub magnis dimensionibus: densum verò, quod habet multum materiæ sub parvis dimensionibus.* Ergo sicut rarefactio & eondensatio per se primò terminantur ad rarum, & deosum, ita etiam ad maiotes, vel minotes dimensiones, per quas eonstituuntur in esse tari, vel densi.

Confirmatur primò, ex eodem Philosopho 4. Phys. text. 84. vbi asserit, tarefactiunem fieri per hoc, quòd magna diuoensio, quæ priùs erat in potentia, fiat in actu: ergo terminus per se ptimus illius erit prædicta dimensio. Patet coosequentia, nam ideo terminus per se ptimus calefactionis est calor, quia calefactio fit per hoc quòd calor, qui erat in potentia, fiat in actu: ergo, &c.

Confirmatur secundò ex Diuo Thoma ibidem lect. 14. vbi inquit: *Condensatio & rarefactio fit per hoc, quod materia eorumdem partium accipit nunc maiorem, nunc minorem quantitatem, vt sic rarefieri nihil aliud sit quàm materiam recipere maiores dimensiones per reductionem de potentia in actum; condensari autem è contra.*

9 Secundò probatur tatione, per tarefactionem acquirit corpus maiotem extensionem localem, vt ex se patet: ergo per ptius acquiret maiorem extensionem quantitatiuam in ordine ad se, ac proinde hæc erit tetminus per se ptimus tarefactionis. Hæc vltima consequentia patet; quia ille est tertiomus per se primus alicuius actionis, qui ptius per illam produceitur. Prima verò consequentia etiam constat, oam eùm maiut extensio localis in otdine ad locum sit passio maioris extensionis quantitatiuæ in ordine ad se, fit inde, vt si talis extensio per tarefactionem ptodueitur, quòd eadem tarefactio per se primo tetminata fuerit ad maiorem extensionem in ordine ad se iam dictam: sicut quia risibilitas est passio hominis, ideo illamet actio quæ secundariò tetminatur ad risibilitatem, fuit per se primò terminata ad essentiam eiusdem hominis.

10 Confirmatur, nam per tarefactionem neeessariò produciiur noua quantitas, t non tanquam terminus secundarius: ergo tanquam primarius. Minor patet: nam hue ipso, quòd corpus tarefiat, habet nuuam vitrutem ad occupandum maiotem locum: at sicut vitius occupatiua loci dicit quantitatem, ita noua vitus nouam quantitatem. Minor autem constat ex dictis nam eùm maior illa quàntitas sit prima radix alioturo, quæ in tarefactioue inueniuntur, scilicet motus localis, maiorisque extensionis actualis in ordine ad locum, consequens est vt debeat per se primò, non verò secundariò produci.

Tertiò, per tarefactionem producuntur noua puncta: ergo maiut quantitas, ac proinde hæc erit terminus per se primus illius. Hæc vltima consequentia patet ex dictis. Prima verò liquet, quia non possunt dari noua puncta, quin dentur nouæ partes, & consequenter maiot quantitas. Antecedens autem probatur, & explicatur: nam si detur vas tatum, cuius medietas sit plena cera condensata; tunc omnia, & singula puncta extremitatis cetæ cotteſpondent omnibus, & singulis punctis repetitis in superficie concaua mediotatis vasis; quia cera est in medietate illa vasis, tanquam locatum in suo loco circumscriptino, atque adeo per omnimodam commensurationem partium, & punctorum eius ad paries, & puncta vasis: verò cera liquefiat, tunc puncta eius curie'pondent infinitis punctis alietius medietatis: hoc autem, vt constat, nequit fieri nisi cetæ illi noua alia puncta superaddantur, alioqui vna. & eadem puncta cetæ cotteſpondeot diuersis punctis vasis inter se diuersibus, quod est omninò absurdum.

11 Confirmatur, partes proportionales cetæ plus distant inter se post tarefactionem, quàm antea; sed non possent magis distare, si per tarefactionem non producerentur nouæ partes proportionales: ergo, & cætera. Maior patet, quia post tarefactionem distant

magis in ordine ad locum, vt experientia testatur hæc autem maior distantia localis nequit repetiri sine maiori distantia partium inter se. Minor verò probatur, quia si inter vnam & aliam partem proportionalem ceræ rarefactæ non produceretur aliqua alia noua pars, tunc partes illæ non distarent inter se nisi ratione puncti intermedij, quo vniebantur: ergo cùm hæc distantia indiuisibilis, sit & inuariata permaneat, quandiu partes durant, fiet inde, quòd post rarefactionem non magis distent inter se, quàm antea.

Quatiò, nam si post rarefactionem non produceretur noua quantitas, sequerentur tria hæc. Primum, eandem quantitatem esse simul in duobus locis circumscriptinis. Secundum verò, duat quantitates partialet penetrati. Tertium, quantitatem esse intensibilem, & remissibilem; ista autem sunt absurda, vt patet: ergo, &c.

12 Sequela quoad primam partem constat, quia cera condensata ante rarefactionem erat in medietate vasis; si autem rarefiat, est simul in altera medietate. Quoad secundam verò, quia eadem cera rarefacta si condensetur, occupat locum, verbi gratia, duplò minorem: ergo duæ partes quantitatis cerę inter se penetrabuntur. Patet consequentia, nam medietas cerę occupabat antea totum spatium, quod modo occupat tota cera, ergo medietas altera illius existit in eodem loco cum altera, quod est penetrari.

Quoad tertiam autem partem etiam videtur petspiena: nam ex eo albedo suscipit magis & minus, quia eademmet albedo reddit subiectum magis album nunc quàm antea; at si per rarefactionem non produceretur noua quantitas, tunc eademmet quantitas redderet substantiam magis extensam, & magis occupatinam loci nunc quàm prius, ergo, &c. Falsitas ergo consequentis quoad primam & secundam partem, patet ex dictis 4. Physic. quoad vltimam verò ex his, quæ disp. 4. dicta sunt.

13 Secunda sententia affirmat, per rarefactionem non produci nouam quantitatem, sed nouam extensionem, aut præsentiam localem, & hanc esse terminum per se primum illius: ita plures ex recentioribus, quos suppresso nomine refert Rubio. Prima huius sententiæ pars constabit ex hia, quæ in affectione nostra dicemus: secunda verò probatur.

Primò, nam idem est corpus esse rarum, ac habere certam quandam positionem, seu extensionem partium in ordine ad locum: ergo sicut rarefactio per se primò terminatur ad raritatem, ita ad certam hanc positionem, seu extensionem partium in ordine ad locum. Consequentia videtur legitima: antecedens autem probatur, tum ex Arist. in Prædicamento qualitatis, vbi inquit: *Rarum verò & spissum, & asperum & lene quandam positionem magis videntur partium vtrumque monstrare.* Tum etiam ex D. Thom. 1. de generat. lect. 2. vbi asserit: *Rarum autem & densum sunt positio partium materiæ secundùm propinquum in densо, vel secundum remotum in raro.*

14 Secundo, hoc ipso quòd corpus rarefiat, acquirit maiorem extensionem, aut præsentiam localem, vt experimento constat; sed hoc ipso quòd hanc acquirat, absque aliquo alio tarefit, quia vnum & idem corpus absque additiona nouæ quantitatis nequit occupare actu maiorem locum, nisi tarefiat: ergo terminus per se primus tarefactionis erit prædicta extensio, aut præsentia localis. Patet consequentia, quia ille est terminus per se primus rarefactionis, qui semper concomitatur rarefactionem tanquam id, quo posito statim intelligitur corpus esse tarum.

§. II.

Sententia Arist & D. Thom. eligitur.

15 Dicendum tamen est, per tarefactionem non produci nouam partem quantitatis, nec saltim per se primò nouam extensionem, aut præsentiam localem: ita Arist. & Angelic. Doctor locis statim referendis, D. August. cap. 12. Categ. in 1. tom. Damas c. 12. suæ Physicæ. Boët. & Albert. Magnus in Prædicamento quantitatis, Auctor sex principiorum s. de sun, commen. 4 Capreol. in 2. dist. 19. q. 1. art. 3. Argent. in 2. dist. 18. q. vnica art. 4. Sonain. 8. Met. q. 17. Bañez, Conimbr. Rub. Hurtad. & ferè omnes Philosophi in præsenti.

Probatur primò testimonio Aristot. 4. Physic. text. 84. in fine, vbi sic inquit. *Magnitudo, & paruitas sensibilis corporis non accipiens aliquid materia extenditur; sed quia potentia est materia vtriusque: usque idemmet rarum & densum, & vna materia ipsorum.* Quæ verba exponens D. Th. ibid. inquit: *Magnitudo, & paruitas sensibilis corporis non extenditur, vel ampliatur rarefactione, vel condensatione, per hoc quòd materia aliquid superadditum accipiat; sed quia materia, quæ prius erat in potentia, magnum, & paruum, transmutatur de vno ad alterum: & ideo rarum & densum non fit per additionem partium subintrantium vel per subtractionem earundem, sed per hoc quòd vna est materia rari & densi, &c.* Ex sic patet, quòd tarum & densum diuersificant qualitates, & non quantitates. Quod etiam docent pluribus aliis locis q. sequenti referendis: videantur ea, quæ n 29. dicemus, vbi hoc testimonium magis expenditur.

16 Deinde probatur ratione ex Arist. & D. Thom. locis citatis desumpta, quæ potest ad hanc formam reduci: vnum corpus potest esse ratius quàm aliud, quin habeat maiorem quantitatem, imò quin habeat maiorem, aut vllam extensionem, vel præsentiam in ordine ad locum: ergo raritas in nullo istorum poterit consistere, & per consequens quoties datur tarefactio, tunc neque ad quantitatem, nec saltim per se primò ad extensionem, aut præsentiam localem potetit terminari. Hæc vltima consequentia non indiget probatione, quandoquidem rarefactio iuxta communem omnium sententiam terminatur per se primò ad raritatem. Prima verò ex antecedenti apertè sequitur.

Antecedens verò, quoad primam partem probatur: nam cùm ex eadem materia aëris absque aduentu nouæ alterius materiæ generatur ignis, qui est tarior, quàm aër, tunc ignis genitus non habet maiorem quantitatem ac erat illa, quam habebat aër: siquidem in casu posito non habet plus materiæ, quàm ille: quod tamen desiderabatur ad hoc, vt plus quantitatis haberet.

Quoad secundam autem partem etiam constat: nam si dentur duo vasa æqualia, quorum vnum sit plenũ aqua condensata, & aliud aquâ rarefacta, tunc aquæ illæ non haberent maiorem extensionem actualem, aut præsentiam in ordine ad locum; & tamen vna esset tarior quàm alia, vt supponitur: & deinde quia corpus Christi Domini in Eucharistia habet suam taritatem, & tamen caret sua extensione actuali, & præsentia in ordine ad locum, vt communiter docent Theologi: ergo, &c.

17 Nec refert si cum aduersarijs dicas falsum esse, tùm quòd requiratur plus materiæ in igne, qui est tarior, quàm in aëre, ad hoc vt habeat plus de quantitate, quandoquidem vt constat ex diffinitione tari, illud est tarum quod sub magnis dimensionibus parum habet de materia: tum etiam falsum

sum esse, quod corpus Christi habeat actu sub speciebus panis raritatem, quamuis verum sit ipsum esse in se ita disposirum, vt si non esset sub illis, eam haberet.

Nec itaque hæc obstant: nam contra primum vrget, quòd aliquot plures partes quantitatis recipererentur simul in eadem parte subiecti, & per consequens daretur penetratio quantitatum. Patet sequela, nam per tantam quantitatem, ac erat illa, quæ antea erat in aëre, redditur tota illa materia quanta, & extensa sicut antea reddebatur: ergo illud quantitaris, quod superadditur, recipitur in eadem materia vnà cum præexistenti quantitate, ac proinde intercederet ibi vera penetratio quantitatum inter se: siquidem non possunt non simul cum illa materia esse in vno, & eodem loco.

18 Confirmatur: nam etsi in eadem materia; quæ actu sit vna, & eadem absque distinctione actuali, in potentia tamen plures, possent plures partes vnius, & eiusdem quantitatis recipi, quia illa materia identificat sibi portiones materiæ, quæ antea erant, vel potuerunt esse plures iuxta ea, quæ disp. 5. num. 50. & sequentibus diximus: non tamen in eadem omninò materia absque prædicta multiplicitate potentiali, & virtuali: quandoquidem materia, quæ nec actu, nec virtute est multiplex, non potest actu subesse pluribus partibus quantitatis: ergo semper saluatur, quòd plus quantitatis petit pro subiecto, plus de materia, siue illa multiplicitas sit realis, actualis, vt in aliorum sententia, siue realis, siue virtualis, vt in nostra. Neque probatio illa ex diffinitione rari desumpta, quam hæc solutio pro se adducit, est alicuius momenti, vt ex dicendis sequenti numero 35. & 36. constabit.

Contra secundum verò non minùs vrget, quod corpus Christi Domini in Eucharistia haber omnes suas partes organicas in ordine ad se, cum omnibus his, quæ ad esse organicum perfectum desiderantur (vt ex se constat) ar partes perfectè organicæ petunt inter alia tantam & tantam densitatem, vel raritatem, vt communiter Philosophi admittunt, & ideo ossa sunt ex se duriora, & densiora, quàm caro. & venæ: ergo corpus Christi Domini in Eucharistia habet actu raritatem, & densitatem.

19 Secundò probatur ratione, quam innuunt Aristot. & D. Thom. locis citatis disp. 6. & quæstione sequenti referendis: nam rarefactio essentialiter distinguitur ab augmentatione: ergo per illam non producetur maior quantitas, nec saltim per se primò maior extensio, aut præsentia localis. Antecedens ex se constat, & insuper suaderi potest, ex eo quòd augmentatio, vt loco citato diximus, semper est coniuncta cum nutritione, & productione partiali nouæ substantiæ, & corruptione partiali alterius, quod tamen non requiritur ad rarefactionem, vt experientia constat.

Consequentia verò quoad priorem partem probatur: quia proprius terminus augmentationis est maior quantitas, ac proinde non poterit attingi per rarefactionem specie condistinctam ab illa, quoad secundam verò partem liquet: nam rarefactio non vrcumque distinguitur ab augmentatione: sed distinctione generica, ex eo quòd est alteratio quædam (vt quæstione sequenti ostendemus:) ergo non poterit saltim per se primò terminari ad extentionem, aut præsentiam localem, quæ sunt extra prædicamentum qualitatis. Patet consequentia, quia omnis alteratio per se primò terminatur ad qualitatem, vt ex dictis disp. 4. quæst. 1. constat.

20 Vltimò probatur assertio, saltim quoad priorem: eius partem ratione, ex variis D. Thom. locis depromptam: nam si dum aër, verbi gratia, rarefit, adquireretur maior quantitas, tunc quantitas illa vel reciperetur in materia simul informata alia parte quantitatis; & hoc non, quia, vt modò dicebamus, sequeretur inde penetratio; vel in materia, quæ antea esset sine quantitate, & hoc non, siquidem, naturaliter loquendo, repugnat dari materiam non affectam quantitate; vel in materia amittente priorem quantitatem, & acquirente de nouo aliam maiorem, & hoc non: rum, quia vt num. 18. dicebamus, eadem prorsus materia, absque aliqua additione nequit recipere núc minorem, nunc maiorem quantitatem. Tum etiam, quia iam ibi intercederet aliqua corruptio, & generatio substantialis, cùm perearnte quantitate debeat etiam perire aliquid substantiæ, imò in eo euentu tota illa substantia posset ex vi rarefactionis, quantumuis exiguæ perire, siquidem tota illa posset secundùm omnes partes aliquantulum rarefieri: & ita secundùm omnes partes priorem quantitatem amittere; quod tamen est contra Aristotelem, & omnem eius scholam.

21 Nec refert si cum aliquibus, quos refert Rubio in præsenti, respondeas, non esse inconueniens, quod per rarefactionem deperdatur tota quantitas antiqua, & acquiratur alia noua, absque deperditione tamen aliqua substantiali, ex eo, quòd loco quantitatis antiquæ succedit alia, poteritque hoc explicari exemplo aquæ, quæ posset manere eadem, etiamsi hæc numero frigiditas ab ea auferatur, dummodò alia denuo loco illius diuinitus subrogetur.

Non igitur hoc refert: nam in contrarium vrget ratio illa, quam supra ex D. Thom. disp 4. num. 86 adduximus, scilicet, vnumquodque solùm corrumpi, vel à suo contrario, vel ex defectu subiecti, vel ex defectu causæ conseruantis, vel ex defectu termini, seu connotati ab eo petiti: at non deest subiectum, vt ex se patet, & aduersarij admittunt; nec causa conseruans, vt ex se constat; neque adest contrarium, quia quantitati nihil est contrarium, quod sit per se destructiuum entitatis illius, quamuis sub ratione maioris possit habere suo modo contrarium, & ita perire sub ratione talis, non tamen quoad propriam entitatem: nec tandem prædicta quantitas petit ex defectu termini, aut connotati ab eo petiti, vt Auctores oppositæ sententiæ concedunt: ergo, &c. Nec exemplum illud de frigiditate aliquid refert: nam hic loquimur de his, quæ accidunt in deperditione quantitatis iuxta communem cursum, non verò in ordine ad diuinam potentiam.

22 Ad argumenta pro contrariis sententiis adducta commodiùs quæstione sequenti num. 17. vsque ad 45. respondebimus, quia eorum solutio pendet ex pluribus, quæ modò non nisi præmaturè dici possunt.

QVÆSTIO III.

Vtrum rarefactio & condensatio per se primò terminentur ad qualitatem, vbi etiam earum diffinitiones explicantur.

23 QVæstionem istam sicut & præcedentem, quoad rarefactionem præcipuè discutiemus: quia quoad hoc dicendum est idem, proportione seruata, de condensatione, quamuis nonnihil etiam maioris claritatis gratia de ista sigillatim dicemus.

§. I.

Opinio negans.

24 PArtem negantem tuentur omnes Doctores quæstione præcedenti pro prima & secunda opinione relati. Probatur primò ex Aristot.& D.Th. Ex Aristot. quidem, nam in Prædicamento qualitatis asserit: *Rarum verò & spissum, & lene proprietatem quidem quale quid significare, sed aliena huiusmodi putantur esse à diuisione, qua circa quale est.*

Ex D. Thom verò, nam 2. de generatione lect. 2. ait: *Rarum autem, & densum, vt in 4. Physic. dicitur, non sunt qualitates physica.* Quare cum rarefactio, & condensatio terminentur ad rarum, & densum, consequens est non terminari per se primò ad qualitatem.

Secundò probatur ratione: nam qualitates secundùm propriam lineam non habent distinctionem, vel extensionem partium: ergo nequeunt tribuere quantitati, quòd habeat maiorem extensionem in ordine ad locum. Antecedens patet ex his, quæ supra disp. 5. num. 32. & sequentibus diximus. Consequentia verò etiam constat, nam sicut id, quod est ex se extensum non potest esse ratio maioris extensionis, ita id, quod est formaliter inextensum, non poterit esse ratio maioris extensionis.

25 Tertiò, qualitates, quæ subiectantur in quantitate, vt in subiecto *quo*, recipiuntur in illa, vt habet tantam, vel tantam extensionem, seu dilatationem, & ideo quædam qualitates petunt maiorem, quædam verò minorem dilatationem in illa: ergo quantitatem esse ampliùs dilatatam, quod est proprius effectus raritatis, non potest prouenire ab aliqua qualitate. Patet consequentia, quoniam id, quod prærequiritur ex parte subiecti, scilicet quantitatis ad recipiendam qualitatem, nequit prouenire ab eadem qualitate, aliàs intelligeretur receepta sine suo receptiuo, vt intuenti patebit.

§. II.

Ex mente Arist. & D.Th quæst. resoluitur.

26 DIcendum est tamen, rarefactionem esse alterationem per se primò terminatam ad qualitatem, ac proinde raritatem esse veram qualitatem. Ita Arist. 4. Physic. text. 84. & 85. vt D. Thom. ibid. exponit, & 2. de partibus animalium c. 1. 7. Phys. text. 11. cap. 2. quibus locis enumerat qualitates tangibiles, & inter eas raritatem, & densitatem: vbi etiam D. Thom. necnon in primo dist. 17. q. 3. art. 1. & in hoc lib lect. 14. his verbis: *Si aër rarefiat, vel condensetur, talis transmutatio non potest proprie dici augmentum. sed alteratio: fit enim secundum transmutationem passibilium qualitatum, scilicet rari, & densi.* Et 3 part. q. 77. art. 2. ad 3. vbi ait: *Rarum, & densum sunt quædam qualitates consequentes corpora ex hoc, quòd habent multum, vel parum de materia sub dimensionibus, sicut etiam omnia alia accidentia consequuntur ex principiis substantia, & ideo sicut subtracta substantia diuina virtute conseruantur accidentia alia, ita subtracta materia virtute diuina conseruantur qualitates materiam consequentes, sicut rarum & densum.* Quod etiam docent omnes Doctores pro nostra sententia quæst. præcedenti adducti.

Ratio prior, & fundamentalis desumitur ex Aristotele & D. Thom. locis citatis, quæ potest sub hac forma proponi. Raritas & densitas sunt per se primò tangibiles, sicut asperum, & leue, calidum, & frigidum, ergo sicut ob hanc rationem quatuor ista pertinent ad tertiam speciem qualitatis, ita illa duo priora. Antecedens constat, nam hoc ipso, quod aliquid sit rarum, potest per se, & ratione sui discerni per tactum, non minùs quàm hoc ipso, quòd aliquid sit densum, potest per eundem tactum, & ratione sui percipi. Consequentia verò probatur, nam accidentia illa, quæ per se primò causant passionem in sensu, pertinent ad tertiam speciem qualitatis, scilicet passionem, vel passibilem qualitatem, vt in Logica disp. 15. n. 15. diximus.

27 Confirmatur ratione, quam innuunt idem Philosophus, & Angelicus Doctor. 5. Physic. quia raritas & densitas sunt inter se contrariæ, habeutque debitam latitudinem, & cæteras alias conditiones ad motum requisitas, vt intuenti constabit: at non terminant motum augmentationis, vt ex dictis quæstione præcedenti constabit; nec motum localem, quippè cùm proprius terminus illius sit vbicatio, quæ realiter distinguitur, & separatur à raritate, & densitate, vt in corpore Christi Domini sub speciebus panis existente contingere loco citato ostendimus: ergo terminant motum alterationis; ac proinde sunt veræ qualitates ad tertiam speciem pertinentes.

Prima consequentia patet: quia motus adæquatè diuiditur in tres species numeratas, vt 5. Physic. disputat. 12 quæst. 2. & 3. probauimus. Secunda verò, quoniam alteratio, vt habet rationem motus, solùm terminatur ad tertiam speciem qualitatis, iuxta ea, quæ disp. 4. num. 5. dicta sunt.

28 Secunda ratio principalis deprompitur ex his, quæ ex eodem Philosopho & D Thom. quæst. præcedenti diximus: nam rarefactio non potest per se primò terminari ad quantitatem, vbicationem, vel extensionem localem, vt iam ostensum est: ergo erit vera alteratio ad qualitatem per se primò terminata. Patet consequentia, quia solum quoad hæc tria potest esse maiut dubitandi ratio, non verò quoad substantiam: nam rarefactio specie distinguitur à generatione, & nutritione, quæ ad substantiam per se terminantur: aut quoad relationem, actionem aut passionem, siquidem ad hæc tria non datur per se actio, aut motus, qualis est rarefactio: neque quoad habere, aut quando, vt ex se patet: neque quoad motum localem, tum propter dicta, tum etiam quia ad motum non datur per se motus: tum denique, quia prius est corpus rarefieri, quàm quòd moueatur localiter, quandoquidem ideo mouetur localiter, quia magis rarefit: nec tandem quoad situm, cùm sit modus vbicationis ex motu locali prouenions.

§. III.

Fit obiectam argumentis initio quæstionis adductis.

29 AD primum vt respondeamus, notandum est, rarum posse considerari dupliciter, scilicet vel formaliter, vt tale est secundùm effectum primarium, quem à raritate habet, vel secundùm connotata, & necessaria annexa. Si primo modo consideretur, dicit formaliter qualitatem, quia dicit partes quantitatis, & consequenter partes substantiæ esse sic affectas; sicque dispositas, & vt ita dicamus, taliter modificatas per raritatem, quæ iuxta dicta est vera qualitas, vt petant maiorem dilatationem, seu distantiam partium inter se, ac proindè explicare ampliorem illam vim ad maiorem locum occupandum, quam implicatam, & quasi inuolutam habebat.

Si verò secundo modo sumatur, non dicit formaliter

liter qualitatem, sed importat inter alia tum peculiarem positionem, & situm, tum etiam prædictam dilatationem, explicationem, & distantiam partium inter se ab ipsa quantitate formaliter provenientem, hoc enim est proprium (vt ita loquamur) ingenium, & natura quantitatis, vt eademmet absque additione novarum partium quantitatiuarum habeat, si afficiatur, & quasi modificetur per raritatem, subiicere sibi ampliùs substantiam, ampliúsque eam dilatare, tribuendo ei partes inter se plus distantes: nam licèt tribuere prædictas partes, absolutè loquendo, sit effectus illius omninò independens à rarirate: attamen tribuere illasmet ampliùs dilatatas, plusque inter se distantes, pendet ex eo, quòd prius ita afficiatur, & quasi modificetur per raritatem; vt petat explicare vim illam implicatam, & inuolutam, quam ex se habebat ad dilatandam ampliùs substantiam.

Hinc ergo ad argumentum dicitur, Aristotelem non loqui de raro & denso formalissimè sumptis, nam de his loco citato ex 7. Physic. expressis verbis asseruit esse qualitates; sed de eiusdem secundùm connotata scilicet secundùm quod ratum v.g. inuoluit prædictas partes quantitatiuas ampliùs dilatatas, plusque inter se distantes, & nun vtcunque, sed vt habent certam positionem, & situm, quem antea non habebant.

30 Et eodem modo exponenda sunt tum ea quæ in Logica disp. 15. num. 35. & disp. 26. num. 32. diximus tunc etiam verba D. Thomæ in argumento adducta, ne cum aliis ex eodem S. Doctore à nobis adductis pugnent: congruitque hæc expositio cum ipso contextu, quia non vtcumque dixit raritatem & densitatem non esse qualitates Physicas, sed addidit, vt in 4. Physicorum dicitur; ibi autem idem S. Doctor. expressè affirmat rarefactionem, & condensationem formaliter sumptas esse alterationes, & ad qualitates, scilicet raritatem, & densitatem terminari ac tandem aperte innuit rarum & densum dicere pro connotato non quidem qualitates, sed quantitatem præexistentem.

Explicatur magis hoc ipsum: etenim mens S. Doct. ibidem est docere simul cum Aristot. quòd sicut idem calidum fit magis calidum non acquisito nouo calore, aut noua parte materiæ, quæ denuò fiat calida, sed per hoc quod ex vi eiusdem caloris magis radicati tota materia reducitur in actu magis calidi: ita proportione seruata per rarefactionem dilatatur magis quantitas ac proinde substantia; non quia acquiratur noua quantitas, aut noua substantia, sed quia eademmet quantitas per raritatem quæ est qualitas, sic afficitur vt petat magis dominari substantiæ, magisque illam subiicere, & ita explicare ampliùs in ea vim illam, quam in se implicatam habebat ad eandem substantiam ampliùs dilatandam: vnde si loquamur de eo, quod ratum in recto, formaliterque importat; tantùm dicit qualitatem, quia tantùm dicit quantitatem, vt modo dictu per raritatem, quæ est qualitas, dispositam; si verò sermo fiat de connotatis, dicit etiam quantitatem modo explicato sumptam.

31 Diximus, proportione seruata quia cum his coharet esse inter calorem vt intensum & quantitatem, vt ampliùs dilatatam suam disparitatem: nam esse intentum caloris prouenit à modo intensionis, tanquam effectus formalis primarius: esse verò quantitatem ampliùs dilatatam non est effectus primarius formalis raritatis, sed secundarius, & ita, vt suprà innuebamus, immediatè tribuitur ab ipsa quantitate, vt per raritatem modificata, ly vt specificatiuè tantùm sumptum: vnde raritas per se primò tantùm tribuit esse quantitatem sic dispositam, seque quasi modificatam, vt ad ea præ licta dilatatio immediatè substantiæ tribuatur. Videatur D. Thom. ibidem.

Per quod etiam ad secundum principale satis constat: nam hoc ipso, quòd effectus primarius raritatis non sit ipsa maior dilatatio, & distantia partium quantitatis, sed ita illam, & substantiam afficere, vt petat, & necessariò affectat talem dilatationem, & distantiam in ordine ad se, non erit inconueniens vt quamuis qualitas intra propriam lineam non habeat partes nec dilatationem earum nil ilorominùs possit modo dicto esse causa prædictæ dilatationis partium quantitatis.

32 Ad tertium distinguendum est antecedens vniuersaliter sumptum, & negandum, si ly. vt habet tantam, vel tantam extensionem, vel dilatationem dicat dilatationem essentialem subiecti *quo*: secùs verò si dicat conditionem, vel dispositionem ex parte eiusdem subiecti necessariò requisitam: nam quantitas secundum sua essentialia habet quidquid essentialiter requiritur ad rationem subiecti *quo* qualitatum, & ideo maior illa dilatatio ab eadem quantitate separabilis, non connumeratur inter essentialia ipsius in ratione subiecti *quo*, benè tamen numerari poterit inter conditiones, præparationes, seu dispositiones ex parte subiecti necessariò se tenentes; & deinde distinguendum est consequens: & si sensus illius sit maiorem illam dilatationem non posse prouenire à raritate, tanquam effectum formalem primarium ipsius; concedenda est consequentia: si verò sensus sit, non posse oriri ab illa tanquam effectum formalem secundarium, neganda erit.

33 Nec contra hoc est priut probatio ibidem adducta: nam sicut expulsio formæ substantialis præexistentis est effectus formalis secundarius formæ denuò aduenientis; & nihilominus hæc eadem expulsio, & emundatio materiæ à tali forma, est prior in genere causæ materialis per modum præparationis, & dispositionis necessariæ, quia forma generanda non recipitur in materia, nisi sit purgata, & emundata à forma corrumpenda.

Et similiter sicut esse organicum proueniens formaliter à quantitate, & aliis accidentibus, est effectus formalis secundarius animæ, ac proinde posterius quid in genere causæ formalis, quàm illa; & nihilominus requiritur per modum præparationis, & dispositionis proprij subiecti; & per consequens est prius in genere causæ materialis præparantis, & disponentis: ita maior illa dilatatio partium quantitatis, est effectus formalis secundarius raritatis, quippe quæ ex vi effectus primarij necessariò consequitur; & nihilominus non obstante quòd sit quid posterius in genere causæ formalis, potest esse aliquid prius in genere causæ materialis, quia est conditio, & præparatio quantitatis in ordine ad recipiendam raritatem, ex eo quòd raritas non recipitur nisi in quantitate dilatata, & habente partes magis inter se distantes.

Nec contra hoc aliquid conuincit probatio vltimo loco adducta: nam ea ex non sequitur raritatem, aut aliquam aliam qualitatem intelligi receptam sine suo receptiuo, sed solùm quod prius intelligatur pendens in genere causæ materialis à quantitate, & substantia secundùm sua essentialia in ratione subiecti consideratis, in illisque sic recipi, quàm quòd intelligatur pendere in genere causæ materialis præparatoriæ, & dispositiuæ ab eadem substantia, & quantitate, quatenus habent partes amplius dilatatas, plusque inter se distantes, vt in exemplis adductis, proportione tamen debita seruata, cernere licet.

§. IV.

§. IV.

Occurritur obiectionibus in 1. quæst. huius disputationis propositis.

34 AD primum ergo in 1. quæst num. 5. adductum patet ex dictis, negandum esse antecedens, quoad secundam partem: & ad probationem constat, quomodo illa maior extensio localis, etsi non prærequirat additionem quantitatis, benè tamen additionem nouæ illius qualitatis iam explicatæ. Ad id autem, quod in probatione consequentiæ dicitur, quatenus contra nostram sententiam retorqueri potest, constabit ex dicendis infrà n. 35. & 36.

Ad confirmationem patet etiam ex dictis, concedendum esse antecedens, & negandam consequentiam: & ad probationem negandum esse antecedens, quia sensus illarum diffinitionum est, quòd tarum, v.g. sit illud, quod ita est in se dispositum, vt sub magnis dimensionibus habeat parum de materia, ac proinde ibidem sit mentio qualitatis, & raritatis per quam sic disponitur.

Ad secundum dicendum est, quòd hoc ipso, quòd aliquod corpus habeat minus de materia, quàm aliud sub eadem mole, debet etiam habere parum de eadem materia sub magnis dimensionibus: vnde ignis digitalis, in quo est minùs materiæ, quàm in ferro digitali, habet parum de illa sub magnis dimensionibus; sicut è contrario ferrum illud continet multum materiæ sub paruis: nam illa extensio digitalis collata cum paruitate materiæ, quæ est in igne, dicitur magna; & comparata cum multitudine materiæ, quæ reperitur in prædicto ferro, censetur parua, ex eo quòd neque ignis ille potest habere adeò magnam dimensionem, nisi eius quantitas sit dilatata, & explicet ampliùs, quàm quantitas ferri digitalis, vim extensiuam, & repletiuam loci, quam habet: nec rursus ferrum prædictum potest esse sub ita parua dimensione, nisi habeat implicatam, &, vt sic dicamus, oppressam eandem vim extensiuam loci, qua gaudet: & ideo vtrumque æquè rarefieret iuxta multitudinem materiæ, quæ in eo continetur, tum ferrum haberet maiorem extensionem, seu dimensionem, quàm ignis: quare optimè natura tari, & densi, vtroque modo iam dicto potuit explicari.

35 Ad tertium, concesso antecedenti, distinguendum est consequens, & si nomine magnarum dimensionum intelligatur ipsa quantitas, quæ est subiectum *quo* reliquorum accidentium materialium, concedenda est consequentia, secùs verò si nomine magnarum dimensionum intelligatur, vt teneta iuxta communem Thomistarum consensum, debet intelligi magna extensio localis: nam licet duo corpora sint inæqualia in multitudine materiæ, & partium quantitatiuarum, potest illud, in quo fuerit minùsque partium quantitatis, habere æqualem, vel maiorem extensionem actualem in ordine ad locum, quàm aliud, quia hæc extensio localis potest esse maior ratione maioris dilatationis partium quantitatis.

36 Explicatur magis hoc ipsum: nomine dimensionum aliquando intelligitur ipsa quantitas dimensiua, quæ est subiectum *quo* accidentium materialium vt ex se constat: aliquando verò inter alia ipsa actualis extensio illius in ordine ad locum, qui est modus quidam ipsius reductiuè pertinens ad prædicamentum quantitatis ratione cuius corpus quantum habet quidquid ex parte ipsius requiritur ad hoc, vt actu, & in exercitio repleat locum & cum illo) modo statim explicando) commensuretur: nam sicut quantitas ipsa nequit etiam ex parte sua actu, & in exercitio, & connaturaliter mensurare, aut mensurari, nisi habeat prædictam extensionem localem: ita nomen dimensionis potuit etiam ipsi applicari.

Hinc ergo dicimus, quòd licet repugnet dimensionem magnam prout significat ipsam quantitatem, & multitudinem partium eius, non esse omnino commensuratam cum tanta, & non ampliori multitudine materiæ, siue illa sit actualis, siue virtualis, & radicalis, vt num. 18. explicauimus: non tamen inconuenit dimensionem magnam prout dicit prædictam extensionem localem, non esse omnimodè commensuratam cum multitudine materiæ, ita vt ea, quæ minus materiæ habent, nequeant æqualem, vel maiorem extensionem localem habere.

§. V.

Satisfit argumentis ex præcedenti quæstione relictis.

37 AD primum pro prima sententia nu. 8. adductum, patet ex dictis. quinam sit sensus diffinitionum tari & densi, & quomodo tarum, v. g. vt tale non constituatur per magnas dimensiones, sed per qualitatem iam explicatam, quamuis dimensio illa magna, seu extensio localis iam dicta: imò maior illa variatio partium quantitatis quoad dilatationem, & maiorem explicationem ipsarum, sit effectus formalis secundarius raritatis: vnde postquam D. Tho. in hoc lib. lect. 13. iam citata dixit, tarefactionem fieri secundùm transmutationem passibilium qualitatum, scil. tari, & densi, addidit: *Variatio autem quantitatis, scilicet quoad prædictam extensionem localem, habet se ex consequenti sicut ex motu, qui est secundum locum, variatur situs secundum dextrum, vel sinistrum; non tamen dicitur motus secundum situm: quia variatio situs consequenter se habet ad variationem loci.*

Per quod etiam patet ad primam confirmationem: nam Aristoteles ibi explicuit tarefactionem per effectum secundarium, scilicet per maiorem extensionem localem: vnde concesso antecedenti in sensu iam dicto, negranda est consequentia: & ad probationem dicendum est, ideo calorem esse terminum per primum calefactionis, quia calefactio fit, non vtcumque, sed per se primò per hoc, quòd calor qui erat in potentia, fiat in actu: quare cùm tarefactio solum per se secundò fiat per hoc quòd magna dimensio, quæ prius erat in potentia, fiat in actu, consequens est, vt non terminetur per se primò ad illam, sed ad qualitatem iam dictam.

38. Ad secundam confirmationem respondetur, D. Thomam tantùm velle tarefactionem, v. g. fieri per hoc, quòd materia earundem partium accipiat radicaliter maiorem quantitatem, non quidem entitatiuè maiorem, sed (vt sic dicamus) explicatiuè, quatenus eadem quantitas, absque additione partium quantitatiuarum est sic disposita per qualitatem, vt hinc oriatur, quòd ampliùs dilaterut, ampliùsque extensionem suam explicet, & ita sit capax maioris extensionis localis actualis iam dictæ.

Vnde S. Doctor optimè addidit verba illa, * Vt sic tarefieri, nihil aliud sit, quàm materiam recipere maiores dimensiones, * quia receptio maiorum dimensionum radicaliter sumpta, nihil est aliud, quàm esse tarum, seu esse ste dispositum, vt illas petat.

Ad secundum vt respondeamus, notandum est, maiorem extensionem in ordine ad se, prout distinguitur à maiori extensione locali & actuali, posse sumi, quoad præsens attinet, duplicitèr: primò prout præcisè dicit maiorem multitudinem partium

quanti

quantitatis, quæ est subiectum reliquorum accidentium materialium.

Secundò, ptovt opponitur oppresso, implicato, & inuoluto, & dicit prædictam quantitatem amplius dilatatam, explicatam, & (vt sic dicamus) amplius euolutam, absque eo, quòd illi superaddantur nouæ partes.

39 Hinc ergo ad formam argumenti, concesso antecedenti, distinguendum est primum consequens; & si intelligatur de maiori extensione primo modo sumpta, negenda est consequentia; secùs verò si intelligatur de ea posteriori modo accepta: & deinde neganda est absolutè vltima consequentia.

Neque contra hæc obstant, quæ in fauorem vtriusque consequentiæ adducta sunt: nam ad ptobationem primæ dicendum est, maiorem extensionem localem posse prouenire ab eadem quantitate magis dilatata, quia licet daremus eam se habere ad instar propietatis quantitatis; hoc tamen intelligendum est non de quantitate vtcunque sumpta, sed modificata, (vt sic dicamus) per raritatem: vnde variata raritate, potest modo dicto ptædicta extensio localis variari.

Ad ptobationem verò secundæ satis constat, maiorem hanc dilatatiunem non esse absolutè & simpliciter terminum per se primum rarefactionis, quamuis collata cum extensione actuali in ordine ad locum priùs resultet.

Ex quo ad confirmationem negandæ est maior: & ad ptobationem patet ex dictis, quòd sicut noua vis ad magis calefaciendum non prouenit à nouo calore, sed ab eodem denuo modificata; ita noua vis ad occupandum maiorem locum, non esse necessarium vt prouenit à maiori quantitate, sed potest ptonenire eadem nouiter modificata, ampliùsque modo explicato dilatata.

Quamuis inter exemplum adductum, & quantitatem, sit sua disparitas: quia qualitates non possunt formaliter habere ex vi sua maiorem vim ad producendum maiorem calorem, nisi ratione modi intensioris adiuncti: secùs verò quantitas, quæ ratione nouarum partium quantitatis potest habere nouam vim ad maiorem locum occupandum:

40 Ad tertiom respondetur Conimbricenses tot esse puncta in quouis quanto, quantumuis minimo, ac in quocunque alio, quantumcunque maximo: vnde eadem cera nunc condensata, postea verò rarefacta, potest modo correspondere absque additione punctorum medietatis vasis, postmodum verò toti vasi: id autem in quo hæc solutio nititur, scilicet tot esse puncta in vno, quot in alio probant exemplo duplicis circuli, quorum alter sit maior, & alter minor, & inclusus in maiori: nam omnes lineæ, quæ exeunt à centro circuli maioris, vsque ad circumferentiam illius, transeunt per circulum minorem, & singulis correspondet vnicum punctum in illo, non minus ac in circumferentia prædicti circuli maioris datur aliud punctum eis correspondens: quod quidem non posset contingere, si circulus minor non haberet tot puncta, quot in circumferentia maiotis circuli reperiuntur.

Cæterùm, hæc solutio, & ejus fundamentum, satis (vt credimus) fuit a nob s impugnatum 6. Phys. disp. 25 num. 54. & 55 & ideo ab vlteriori impugnatione supersedendum erit.

Secundò respondet Rubio, negando tot esse puncta in quantitate patua, ac in magna, & nihilominus bene posse idem quantum cum pauciotibus punctis correspondere ratione diuersæ dispositionis, & situationis, quam habet, pluribus punctis alterius quantitatis maioris, vt contigit in exemplo proposito circulorum: nam si circuli illi extendantur ad modum lineæ rectæ, non poterunt singulis lineis ductis à punctis circuli maioris correspondere singula puncta in linea illa circuli minoris; secùs verò si sint disposita in modum circuli minoris, & maioris, quorum vnus sit inclusus in alio.

Verùm hæc solutio noo omnino placet, tum propter ea, quæ loco citato citea hanc correspondentiam punctorum circuli maioris, & minoris diximus: tum etiam, quia non satis percipitur, quomodo sit omnimoda correspondentia punctorum, verbi gratia, circuli maioris, & minoris, ita vt omnibus, & singulis lineis tendentibus à centro circuli maioris vsque ad circumferentiam eiusdem, correspondeant diuersa puncta in circulo minori, & nihilominus non habeat tot puncta circulus minor, ac maior.

41 Quare aliter ad argumentum respondendum est, negando antecedens & ad eius probationem dicendum est, quòd licet in eo casu omnia puncta determinata, vel saltim quamplurima, extremitatis ceræ magis condensatæ, quàm vas, correspondeant omnibus punctis determinatis, quæ reperiuntur in specie concaua medietatis vasis: non tamen omnia puncta, quæ vago, & confuso modo reperiuntur in partibus proportionalibus ceræ magis condensatæ: nam, sicut partes istæ hoc ipso quòd sunt magis condensatæ, sunt plures, quàm partes proportionales vasis illis correspondentes, ita in eis inuoluuntur vago, & confuso modo pluta puncta, atque adeo non erit omnimoda, & omnino adæquata correspondentia inter illa: & ideo nimirum quòd si cera rarefiat, habeat puncta sufficientia ad correspondendum aliis punctis alterius medietatis vasis, absque eo quòd vnum & idem punctum ceræ correspondeat pluribus puoctis vasis inter se distantibus.

Nec contra hoc obest probatio ibidem adducta de commensuratione omnimoda loci, & locati, quia hæc commensuratio tantùm repetitur, quando est eadem raritas vel densitas in vtroque, & iuxta hæc debent intelligi quæ alibi innuimus.

42 Ex quo etiam constat, quid dicendum sit circa hanc correspondentiam, si vas esset magis condensatum, quàm cera: & cera ampliùs denuò rarefieret; nam tunc etiam cera posset correspondere secundùm puncta, quæ habet, punctis aliis alterius medietatis vasis: nam sicut dum cera erat parum rarefacta, poterat correspondere secundùm sua puncta punctis primæ medietatis vasis, licet hæc sint pluta, quàm ea, quæ in cera inueniuntur: ita si partes illius magis rarefiant, ampliusque dilatentur, poterunt eadem-met ratione illius maiotis raritatis, & dilatationis correspondere secundùm puncta, quæ habet, absque additione aliorum, pluribus aliis punctis alterius medietatis vasis. Quod si tam vas, quàm cera sunt æqualiter condensata, & cera rarefiat, tunc non minus poterit, modo tamen iam dicto, pluribus partibus, & partibus alterius medietatis vasis iuxta maiorem, vel minorem rarefactionem, quam habuerit, correspondere.

Possunt hæc explicari exemplo motus tardi collati cum motu velocissimo primi mobilis, & tempore eius: nam licet quilibet mutato esse motus tardi signato, & determinato correspondeat ex parte motus, & temporis primi mobilis aliquod mutatum esse, aliquódque instans; attamen, si loquamur de instantibus & mutatis esse vagis, & confusis, quæ includuntur in partibus proportionalibus, tunc pluta instantia, & mutata esse transeunt ex parte motus primi mobilis, & temporis illius, quàm sint illa, quæ in eadem dura-

tione

tione fluunt ex parte motus tardi , alioqui motus cœli non esset velocior , quia ad hanc maiorem velocitatem requiritur, vt plures partes proportionales, imò plures aliquotæ fluxerint de motu velociori , dum transeunt pauciores partes, pauciotaque mutata esse de motu tardiori.

43 Ad confirmationem , concessa maiori iuxta sensum explicatum , neganda est minor : & ad probationem dicendum est , conuincere vnam partem proportionalem , quæ immediatè vnitur cum altera , non diſtare; ab illa nunc magis quàm antea , quia nunquam datur nisi vnieum punctum intermedium incapax rarefactionis inter vtramque , non tamen quòd partes propottionales , quæ non vniuntur immediatè , sed mediatè , nequeant post rarefactionem magis distare distantia sibi proportionata , & orta ex prædicta rarefactione ; non verò ex eo , quòd plures partes quantitatis ibidem superadduntur , quandoquidem partes intermediæ post rarefactionem sunt minùs inter se compressæ , & amplius dilatatæ : & hæc maior dilatatio habet quoad effectum suo modo æquiualere additioni plurium partium quantitatiuarum.

Ad quartum neganda est sequela , quoad omnes partes : & ad probationem prioris dicendum est , quòd sicut cera condensata , quæ est in medietate vasis , posset replere aliam medietatem , si nouæ partes eidem adderentur , & tunc non sequeretur esse in duplici loco totali , sed in vno , & eodem coalescente ex pluribus partialibus : ita eadem cera rarefacta poterit esse post rarefactionem ratione suæ maioris dilatationis antecedentis ad extensionem actualem in ordine ad locum ; supráque explicatæ , & in altera medietate eiusdem vasis : neque inde sequitur esse in duplici loco totali , sed solùm in eodem loco maiori : quia vt cera habeat maiorem extensionem localem , sufficit , vel quòd habeat plures partes , quàm anteà , vel eadem modo explicato magis dilatatas.

Per quod etiam ad probationem secundæ partis constat , nam condensario, quoad hoc æquialet diminutioni, quarenus ad hoc,vt cera v.g.sit in minori loco ae antea erat , non minus sufficit , quòd condenseretur , quàm quod diminuatur , quamuis in hoc etiam sit sua disparitas : nam si diminueretur , tunc partes remanentes occuparent totum loeum , quantum antea secundùm se occupabant : si verò condensentur , tunc omnes partes condensatæ in minorem locum se recipiunt, & ita non penetrantur.

44 Possétque hoc declarari exemplo papyri plicatæ & explicatæ absque additione nouarum partium , quæ quidem nec per explicationem occupat duplicem locum adæquatum , sed solùm maiorem; nec per plicationem partes illius penetrantur,quamuis in minotem locum se recipiant : vnde id , quod artificiosus plicandi , & explicandi modus hic operatur , inuenitur in cera rarefacta , & condensata media ratefactione,& condensatione ab ipsa natuta operatum.

Ad probationem verò posterioris partis concessa maiori , & minori , distinguendum est consequens , & si intelligatur de intensione conneniente ei præcisè ratione qualitatis ibidem interuenientis , scilicet rariraris concedenda est consequentia : si verò intelligatur de intensione conueniente quantitati ratione sui , & vt quantitas est , neganda est consequentia , quia aliud est tribuere magis , vel minus esse quale , & aliud tribuere maiotem extensionem , seu dilalationem.

Quare licet illud ptiùs arguat intensionem , ac proinde magis & minus propriè, & in rigore sumpta, hoc tamen posteriùs cum præcisione iam dicta sumptum,solùm denotat maius , & , vt sic loquamur , paruius seu minus, seu minotem , vel maiorem dilatationem.

Quæ solutio desumitur ex D. Thom.1. 2.q.52.art. 2. ad ptimum,& 2. 2. q. 24. att. 5. ad primum , & ex Capreolo in secundo dist. 18. q. 4. concl. 4. & in solutionibus argumentorum contra eam , & ex Thomistis.

Ad primum pro secunda sententia patet ex dictis n. 29. & duobus sequentibus.

Ad secundum verò neganda est minor , & ad probationem liquet etiam ex dictis quomodo scilicet hoc ipso , quòd vnum corpus acquirat maiorem extensionem localem , & actualem absque additione partium quantitatis , debeat priùs esse , quantitatem disponi per prædictam qualitatem,scilicet per raritatem , quàm quod acquirat illam extensionem localem.

DISPVTATIO VIII.

De Actione , & Reactione.

1 A CAPITE sexto huius libri , vsque ad 10. exclusiuè agit Aristot. de Actione , & Reactione , quia actutus de mixtione , in qua actio & reactio corporum interuenit , oportebat de illis , necnon & de conditionibus ad vtramque desideratis sermonem instituere : vt autem ea,quæ ad hanc disputationem pertinent , plenè traderentur , discutiendum etat , an idem possit agere in seipsum , & deinde vtrum agens possit agere in remotum , quin priùs agat in propinquum ; ac proinde an inter agens,& passum requiratur contactus,& in quo hic consistat , ac tandem , vtrùm sit adeò necessarius , vt repugnet saltim naturaliter dari actionem sine illo.

Cæterùm,quia de his egimus in libtis Physic disp. 28. per totam , ideo in præsenti quoad hæc,ab his supersedendum est , sicut etiam ab aliis quæstionibus nouiter à quibusdam iuniotibus excitatis abstinebimus , quia quidquid in eis fusè ab illis pertractatur, succinctè , & non minus vtiliter in solutionibus argumentorum à nobis in quatuor quæstionibus sequentibus tangetur.

QVÆSTIO I.

Vtrùm agens possit agere in passum sibi simile , tam in virtute agendi,quàm in intensione eius.

2 IN titulo aliquid vt certum supponimus,& aliquid in dubium vocamus : supponimus enim non impediri actionem agentis in passum , quòd habeant inter se in qualirate , & virture agenti himilirudinem, dummodo in gradu , seu intensione sint dissimilia,vnde calidũ vt sex potest agere in calidum

vt

vt tria, quamuis vtraque in qualitate caloris conueniat: quia satis est, vt habeant dissimilitudinem gradu.

Quare difficultas quæstionis solum procedit, quando ambo habent omnimodam similitudinem, scilicet, tam in qualitate, quàm in gradu, an tunc hæc similitudo impediat, ne vnum possit agere in aliud intendendo illud, vsque ad vltimiorem gradum.

§. I.

Rationes dubitandi.

3. PAtrem affirmantem suadere videntur sequentes rationes. Prima est, quòd tunc agens faciliùs agit in passum quando minus resistentiæ in illo inuenit; sed dum passum nullam habet dissimilitudinem cum agente, nihil est in illo quod ipsi resistat: ergo tunc agens faciliùs in illud operabitur.

Maior ex se videtur patere: nam quo maior est resistentia ea parte passi, eò est difficilius agenti operari in illud, ac proinde, quò minùs passum restiterit, eò facilius operabitur. Minor autem etiam constat, nam existentia fundatur in aliqua contrarietate; cõtrarietas autem importat dissimilitudinem: ergo quæ sunt omnino similia, non erunt ad inuicem contraria, nec vnum alteri resistet.

Confirmatur: nam duæ manus æquè calidæ coniunctæ ad inuicem se magis vel melius calefaciunt, quàm si vna esset frigidior, vt experientia constat; hoc autem non potest aliunde prouenire, nisi quia deest in vna maior frigiditas temperans calorem alterius.

Secunda, calor, v. g. vel frigus alicuius corporis oppressa à contrarijs eius circundantibus solent se ipsa intendere: ergo multò melius poterunt in aliud passum similis intensionis agere, & illud intendere.

Consequentia patet: quia nihil magis simile alicui, quàm idem sibi ipsi & ideo Verbum diuinum procedit perfectissimè simile Patri, quia procedit in eadem omnino diuinitatis natura cum illo: ergo si hæc maxima similitudo non impedit, quominùs idem agat, & intendat se ipsum, nec etiam impediet similitudo quæ est inter duo calida vt sæpe ad hoc, vt vnum operetur in aliud, & illud intendat.

4 Antecedens autem probatur. tum in calore ventriculi, qui hac ratione tempore hyemis intensior, & robustior est, vt docet Hippocrates Aphorismo 15. & experientia ipsa testatur: tum etiam in aqua putealis, quæ tempore æstiuo frigidior est. Quare cùm hæc maior intensio non possit prouenire ab ætate propè illam existente, quippe qui est agens extrinsecum, & contrarium, ac proinde nequit oppositam qualitatem intendere, consequens est, vt ab eadem frigiditate proueniat.

Nec refert, si dicas, maiorem illam intensionem frigiditatis oriri per naturalem dimanationem à forma aquæ virtualiter illam continente. Nam contra hoc est, tum, quòd non apparet cur potius æstiuali, quàm hyemali tempore talis frigiditas ab aqua dimanet, imò potius hoc, quàm illo, in qua calor viget, debet dimanare. Cum calor ex vi sua debeat impedire dimanationem frigiditatis ab aqua: tum etiam, quia non solum tempore æstiuo est frigidior, sed etiam tempore hyemis aqua est calidior: calor autem ille, quippe extraneus, non potest per naturalem dimanationem ab aqua prouenire, nec apparet aliud agens, à quo intendatur, nisi ab eodem calore existente in prædicta aqua.

§. II.

Vera, & communis sententia.

5 DIcendum tamen est, simile non posse agere in passum omnino sibi simile. ita Aristo. in hoc lib. cap. 7. his verbis: *Contraria vero inter se vicissim agunt, patiuntur atque: quare, & agens, & patiens partim eadem sunt, partim diuersa, atque inter se dissimilia necesse est.* Vbi etiam D. Tho. lect 19. & alibi sæpè, Albert. de Saxonia, Venct. & Astudillo, & alij ex discipulis D. Tho. quos refert & sequitur Banez in præsenti cap. 6. qu. 1. concl. 6. Conimb in cap. 9. q. 2. art. 3 qui pro se adducunt Galenum lib. 2. de simplic. medicament. facultate, c. 18. Suar. 1. tom. Met. disp. 18. sect. 9. n. 7. Rub. in præsenti c. citato. quæst. 5. referens Auicennam & Vallesium, & alij plures.

Probatur primò ratione quam innuunt Arist. in hoc lib. c. 9. & 5. Phys. & D. Th. ibid. & 1. p. q. 2. art. 3. q. 25. art. 1. in corp. & ad primam, & d. potentia q. 2 art. 2. & alibi sæpè: nam si dentur duo calida, & v. g. vt quinque, tunc vtrumque erit in actu respectu talis caloris, & intensionis prædictæ, non maioris, & in potentia respectu cuiusuis maioris intensionis, & non minoris: ergo nullum poterit agere, & producere in aliud, nec pati ab altero calorem magis intensum, imò nec quemcumque alium calorem.

Patet consequentia, nam agens agit, quatenus est in actu, & patiens patitur, quatenus est in potentia: at nullum ex his calidis est in actu respectu maioris intensionis, in potentia respectu minoris (vt ex se constat:) ergo nullum poterit producere in aliud intensiorem calorem, aut illum, qui minus intensus sit, recipere.

6 Confirmatur ratione desumpta ex eodem Arist. lib. de motib. animalium, & in hoc lib. c. 7. & ea Angel. Doct. ibidem. Nam actio fundatur in victoria agentis supra passum: nam agere in aliud, & illud sibi subiicere, genus quod iam victoriæ est: sed si vnum calidum non est intensius, quàm aliud, non est cur vnum prius, quàm alterum vincat, nec cur vnum potiùs, quàm aliud alteri subdatur: quia excessus virtutis agendi, est ratio subdendi passum, ab illoque victoriam reportandi: ergo, &c.

Secundò probatur ratione, quam innuunt idem Philosophus cap. citato text. 51. & S. Doct ibidem, & alibi sæpè, quæ potest ad hanc formam reduci: omne agens naturaliter intendit assimilare sibi passum: ergo si præsupponitur illi omninò simile, nequibit agere in illud. Antecedens commonitet recipitur ad Philosophum, & experientia ipsa compertum est, nam ideò calidum agit in frigidum, vt illud reddat calidum; & sit de aliis. Consequentia vero probatur, nam habito fine, cessat actio, sicut habito termino, cessat motus ad illum, & obtento in moralibus eodem fine cessant media in ordine ad ipsum.

7 Confirmatur ratione eiusdem Arist. & D. Thom. ab inconuenientibus desumpta, scilicet, quòd aliàs idem posset agere in seipsum, nullusque esset finis actionum, sed post perfectam pugnam inter contraria, partaque victoria, & assimilato passo, tunc demùm inchoaretur actio. Hæc autem falsa sunt, vt constat: ergo &c. Sequela quoad secundam partem ex se patet; quoad primam verò etiam constat, nam si simile agit in simile vbi fuerit maior similitudo, ibi erit potior ratio, ob quam vnum agat in aliud: ergo cum nihil sit similius alteri, quàm idem sibi, poterit potiori ratione, in seipsum. ac proindè, vt rectè inquit D. Th. seipsum corrumpet, nihilque incorruptibile, & immobile erit.

§. III.

Soluuntur rationes dubitandi.

8 AD primam dicendum est, veram esse maiorem, quatenus simul ex parte agentis datur virtus actiua formaliter, vel eminenter continens effectum producendum, quæ tamen non datur in calido, verbi gratia, vt sex respectu intensionis caloris, quæ solummodò potest in alterò calido vt sex introduci. Accedit, quòd vnum calidum vt sex resistit alteri calido eiusdem intensionis resistentia negatiua, licet non actiua, quia est incapax, quamdiu est sub prædicta intensione respiciendi similem calorem, aut alium minoris intensionis, & aliud calidum iam dictum, non potest nisi calorem vt sex, vel minorem illo producere.

Ad confirmationem respondetur, calorem cordis esse rationem, ob quam manus illæ ad inuicem coniunctæ calefiant: nam calor earum solet ab aëre circumstanti temperari, quare si coniungantur, meliùs recipient, meliusque conseruabunt maiorem calorem ab illo dimanantem.

9 Ad secundam, negandum est antecedens, & ad probationem patet ea his, quæ in 7. Physic. disp. 28. numer. 17. diximus, scilicet omnia illa euenire, non propter maiorem intensionem, quæ ibi denuo repetiatur, sed per antiperistasim, vt docet Anst. 1. Meteororum lect. 15. apud D. Thom. dicens: *Sed quoniam videmus, quòd fit antiperistasis calido, & frigido inuicem, propter quod in æstibus frigida inferiora terræ, & calida in gelu.* Quæ verba exponit D. Thomas: *Dicit ergo primò, quòd per experimentum videmus, quòd calidum & frigidum sua contrarietate circumstant se inuicem & aggregant; & hoc manifestum est in terra: nam in æstu interiora terræ sunt frigida propter hoc; quòd caliditas aeris frigiditatem terræ circumstat: vnde è congregatur interius; è conuerso autem tempore frigoris, interiora terræ sunt calida propter hoc, quòd frigus concludit interius calorem, qui erat in terra: & inde est, quòd aqua fontium in æstate est frigida, & in hyeme calida.*

QVÆSTIO II.

An agens possit agere in passum omnino simile in virtute agendi, & intensione eius, dummodo in raritate & densitate dissimilia sint.

10 QVia diuersitas agentis & passi in raritate & densitate causat in eis aliquam dissimilitudinem; ideo vt facilius explicemus, quæuam dissimilitudo sufficiat ad alterationem Physicam, de qua in hac quæst. loquimur, & in præced. loquuti sumus, inquirimus, an licèt sit similitudo in forma, & virtute agendi, sufficiat dissimilitudo in densitate, ad hoc vt agens possit in passum ita ex vna parte simile, & ea alia dissimile operari.

§. I.

Sententia affirmans.

MArsilius t. de Generat. quæst. 19. Nimphus ibidem commen. 195. q. Toletus q. 3. & alij, existimant molitudinem materiæ, & densitatem in agente repertam, v. g. in calido, conducere ad hoc, vt producat calorem maioris intensionis, quàm sit ille, qui in eo repetitur, & ita calidum vt sex, magis densum, habere virtutem ad producendum in alio calido rato, & vt sex calorem vt septem.

Probatur primò ea Arist. 3. Phys. c. 5. text. 42. vbi inquit, quòd si vnum elementum esset infinitæ molis, conuerteret cætera alia elementa in se; ar non propter maiorem intensionem qualitatum actiuarum: quia Philosophus tantùm vellet maiorem illam efficacitatem infinito incremento molis, ac proinde multitudinis materiæ: ergo hæc valde confert ad intensiorem actiuitatem ad prædictam conuertionem necessariam, & consequenter, etiamsi agens, & passum sint æqualia in aliqua qualitate, v. g. calore, poterit calidum densius habens maiorem multitudinem materiæ, & partium quantitatis, producere calorem aliquantulum intensiorem in passo habente raritatem.

11 Secundò: nam calidum vt sex densios habet plus de materia, plusque de calore: ergo habebit plus de actiuitate, quàm aliud calidum, vt sex, quod sit ratius, & consequenter poterit in illo ratione maioris multitudinis formæ actiuæ, quam habet, producere maiorem aliquam intensionem caloris. Hæc vltima consequentia satis constat ex prima; quia quod habet plus de actiuitate, potest intensiorem effectum producere. Prima verò ex antecedenti patet: nam eùm actiuitas prouenlat ex forma, & virtute actiua, oportet, quòd vbi est plus de forma, sit etiam plus de virtute actiua. Antecedens autem videtur certum: nam, vt ea dictis dispurasione præcedenti num. 2. constat, densum differt à rato in hoc, quòd habet plus de materia, plusque de forma, quàm ratum.

12 Confirmatur: virtus vnita est fortior se ipsa dispersa, vt communiter docent omnes Philosophi; sed calidum vt sex, quod sit densum, habeat virtutem agendi magis vnitam, quam aliud calidum similis intensionis, quod sit ratum: ergo habebit fortiorem, ac efficaciorem virtutem ad calefaciendum: ac proinde sicut calidum, vt sex & ratum posset intendi ab alio calido vt septem, etiam rato, ita potest intendi à calido vt sex, & deoso. Patet hæc vltima consequentia, quia defectus illius maioris intensionis potest ratione multitudinis caloris in eo inuentæ suppleti.

Tertiò hoc ipsum probatur aliquibus experientiis: nam radij solares per speculum transeuntes solent generare ignem in corpore extra speculum posito; cùm tamen nec ignem, nec calorem ita intensum, qualitates requirantur ad generationem eiusdem ignis, non producerent, nisi ratione densitatis speculi, ac proinde densitas illud valdè confert ad intensiorem effectum producendum: & similiter motus deorsum ingentis alicuius lapidis velocior est, quàm motus alicuius particulæ illius: cumque grauitas sit eiusdem intensionis in toto, & in parte, fit inde, vt illa maior velocitas motus solùm possit tribui maiori multitudini partium materiæ, necnon & grauitatis.

13 Quartò, quia ferrum, quantumuis calidum, non habet, dum manet sub forma ferri, nisi calorem vt sex, vel vt septem, verbi gratia; non verò vt octo: quia tantus calor soli igni conuenit; & tamen stupam calidam vt sex, vel vt septem, atque adeo omninò ei io calore, dissimilem tamen in densitate & raritate, amplius calefacit, quia pertingit vique ad introducendam in ea formam ignis, & calorem vt octo: ergo, & cætera.

Confirmatur: nam si ob aliquam rationem desideraretur hæc dissimilitudo inter agens & passum, maximè vt agens superaret in virtute agendi passum; at hæc ratio est nulla: ergo, &c. Minor probatur, quia cùm sol directè illuminet aërem, solet intendi lumen eiusdem aëris ex reflexione speculi; cùm tamen lumen in speculo non sit intensius, quàm in

aëre

ære ex actione solis, quippe cùm speculum magis distet à sole, quam aër, vt supponimus.

§. II.

Deciditur quæstio ex Arist. & D. Thom. mente.

14 Dicendum tamen est, nullum agens posse agere in passum sibi omninò simile in qualitate, & virtute agendi, necnon intensione eius, quamuis sint dissimilia in raritate & densitate. Assertionem hanc tuentur omnes Doctores pro nostra sententia quæstione præcedenti adducti.

Ratio fundamentalis nolla est alia quàm ea, quæ eadem quæst. Aristot. & D. Thom. desumpta est, ad hanc tamen formam redacta: nam vnumquodque agit secundùm quod est in actu per suam formam, & virtutem agendi: ergo calidum, verbi gratia, vt sex, quantumuis sit densius, non poterit producere in alio calido, vt sex, rariori calorem magis intensum.

Patet consequentia, tum quia densitas, aut raritas, non sunt formæ actiuæ, vt communiter docent Philosophi cum Aristot. & D. Thom. tum etiam, quia multitudo materiæ, & formæ, quæ connotatur in hoc, quòd subiectum sit densius, non auget virtutem agendi intensiuè, sed extensiuè, quoniam non tribuit calido, quòd sit magis calidum, sed quòd habeat saltim ratione quantitatis plures partes caloris, quæ sunt eiusdem intensionis: ergo calidum densius, iam dictum, non poterit ratione prædictæ multitudinis producere maiorem effectum intensiuè, sed extensiue.

15 Accedit, quòd calidum illud densius non continet formaliter calorem vt septem, sed solùm vt sex; neque etiam eminenter, quia per se, & ratione sui est in potentia formali ad hoc, vt habeat calorem vt septem: id autem, quod per se, & ratione sui continet eminentiori modo effectum, non est in potentia formali per se, & ratione sui ad illud recipiendum secundùm suum esse formale, vt in sole respectu caloris, quem eminenter continet, cernere licet: ergo prædictum calidum nulla ratione potetit calorem vt septem in calido vt sex rariori producere, aliàs aliquid in genere causæ efficientis, & principalis produceret id, quod nec formaliter, nec eminenter continet, quod est satis absurdum.

16 Confirmatur, quia multitudo formæ potest prodesse ad hoc, vt agens propter maiorem virtutem agendi extensiuè, habeat maiorem efficacitatem ad se communicandum intra latitudinem propriæ intensionis aliis subiectis capacibus. non verò vltra illam: nam sicut intra, & non vltra eam habet plures partes, magis (vt sic dicamus) vnitas, & virtus vnita est fortior se ipsa dispersa: ita intra, & non vltra eandem habet maiorem efficacitatem, quæ, vt intuenti patebit, non potest esse alia præter eam, quam modò dicebamus. Et similiter, densitas entium conducit ad agendum, quatenùs forma actiua applicata subiecto denso fortiùs, tenaciusque illi inest: ergo calor, v. g. vt sex, per hoc quòd sit in subiecto densiori, non habebit, quòd possit producere calorem excedentem suam intensionem, sed solùm quòd melius, fortiùs, ac citius possit intra propriam intensionem se communicare aliis passis prædicta intensione catentibus.

Confirmatur secundò: quia aliàs si darentur duo corpora calida, vt quatuor, quorum vnum esset densum, & alind ratum, possent se vsque ad calorem vt septem intendere: hoc autem est contra euidentem experientiam, vt constat: ergo, & cæt. Sequela patet: nam si multitudo materiæ, & formæ, aut densitas, quæ est in ferro, v. g. conduceret ad hoc, vt posset vltra propriam intensionem agere, nihil obesset quominus ab illo aliud corpus rarum, & calidum vt quatuor, vsque ad quintum gradum calefieret, & tursus corpus hoc ita calefactum posset calorem ferri intendere, cùm habeat maiorem calorem, quàm illud, & deinde ferrum magis calidum, posset iterum calorem intensiorem in corpore raro producere, & è conuersu corpus istud iterum intendere calorem ferri, & sic deinceps vsque dum vtrumque ad prædictam intensionem perueniret.

§. III.

Diluuntur argumenta primæ sententiæ.

AD primum admittendum est testimonium Arist. ex eo tamen nihil contra nos: nam si semel non repugnaret moles infinita, nec etiam intensio infinita implicaret, & ita igne illo infinitè magno in vtroque crescente omnia elementa in se conuerteret.

17 Ad secundum patet ex dictis concedendum esse antecedens, & primam consequentiam, & negandam secundam: & ad probationem dicendum est, quòd plus de actiuitate, id est, maior multitudo formæ actiuæ, non tribuit vim ad intensiorem effectum producendum, sed solùm ad extensiorem, & etiam ad hoc quòd intra latitudinem intensionis quæ est in tali virtute, possit fortiùs citiùsque operati, & contrariis obsistentibus plus resistere, quia maior intensio effectus prouenit ab hoc, quòd in agente sit magis de virtute, non verò, plus quandoquidem, ly, magis intensionem, ly verò plus, multitudinem, & extensionem formæ denotat: ex quo etiam, & ex dictis in prima confirmatione pro assertione ad confirmationem patet.

Ad tertium respondetur, tadios solares ex se habere sufficientem virtutem ad producendum ignem, vnde multiplicatis, & magis vnitis in speculo, ibique meliùs receptis, posse intra latitudinem propriæ virtutis calorem sufficientem ad ignem, quantum est ex se, producere: quia multitudo formæ, & densitas subiecti, modo iam explicato, ad hoc conducit. Ad secundam experientiam patet ex dictis, quomodo multitudo formæ conducat ad hoc, vt citiùs, & velociùs producatur effectus.

18 Ad quartum constat ex his, quæ 2. Physic. disput. 10. num. 17. latiùs diximus, scilicet in ferro esse aliquas partes ignitas, & ideo ratione illarum posse generare ignem, quibus etiam addi potest alia solutio, quæ loco citato à nobis adducta est.

Ad confirmationem respondent Conimbricenses in præsenti cap. 9 quæst. 1. art. 1. non esse inconueniens simile agere in simile per actionem reflexam, quamuis per actionem directam id fieri nequeat: & ideo quando agens est capax maioris intensionis, posse intendi à se ipso: addit verò Rubio tractatu de Actione & Reactione quæst. 8. id esse verum non respectu agentis principalis, sed respectu medij priùs, v. g illuminati: vnde sole illuminante aërem medium, & speculum, potetit ex reflexione speculi lumen medij intendi, quia tunc quasi geminatur virtus agentis, & ita debet maior intensio luminis inde procedere.

Cæterùm, vtraque solutio insufficiens est, quandoquidem lumen, quod est in speculo, in casu dato est minoris intensionis, ac lumen, quod est in medio quia vt in hac confirmatione dicebamus, speculum ponitur magis distans à sole, quàm aër intermedius: ergo nequit producere lumen intensius in ipso

medio. Patet consequentia, quia nihil potest agere, vltra suam virtutem, & formam, vt ostensum est nec illa gemioatio virtutis videtor esse ad rem, quia virtus illa sic geminata non est maior intensiuè, sed extensiuè: & ita non potest ei correspondere effectus, & qui intensiuè sit maior, sicut si coniungantur duo calida, ita vt quodlibet sit vt quatuor, vel aliud vt quinque, & aliud vt tria, non ideo poterunt producere caloem vt septem.

19 Respondetur ergo, concedendo maiorem, & negando minorem: & ad probationem patet ea his, quæ 2. Phys. disp. 15. n. 4. & 43. diximus, nimirum lumen illud medij non intendi, sed solum extendi ex reflexione speculi: nam sicut applicatis hinc & illinc duobus luminosis æqualibus, tunc vnum corum non intendit, sed extendit lumen medij, eo modo quem ibi explicuimus: ita ex reflexione lucis ab speculo non intenditur, sed extenditur prædictum lumen, ex eò quòd opaca corpuscula, quæ in medio aëris residenr, & illum impurum reddunt, non illuminantur ex omni parte per actionem directam, quia opacitas illorum id impedit; secùs verò post illam reflexionem, quia tunc ea omni parte, & versus omnem partem illuminantur, & ideo ante reflexionem tam ipsa, quàm medium, non ita apparent ad sensum illuminata sicut postea; eùm tamen reverà non sit ibi maius lumen intensiuè, sed extensiuè vt ea his, quæ pro assertione diximus, satis patet.

QVÆSTIO III.

Vtrùm ad hoc vt agens agat, debeat esse maior activitas illius, quam resistentia passi?

20 ALij aliis verbis quæstionem hanc discutiunt, scilicet, an actio semper fiat à proportione maioris inæqualitatis, an verò sufficiat, quòd fiat à proportione minoris: sed vterque modus inquirendi in idem coincidit: nam ficti actionem à proportione maioris inæqualitatis, nihil est aliud, quàm quòd virtus agentis, & resistentia passi sint inæquales, ita vt illa sit maior, hæc verò minor: sicut è contra actionem fieri secundum proportionem minoris inæqualitatis, nihil aliud importat, præterquam quod virtus agentis, & resistentia passi, habeant etiam inæqualitatem, ita vt illa sit minor, hæc verò maior.

§. I.

Refertur prior opinio.

PArtem negantem tuentur Burleus 3. Phys. ad text. 16. quem refert, & sequitur Tolet. t. de Generat. q. 13. post secundam conclusionem, & q. 13. ad primum, & Vallesius controu. 44. ad Tytones.

Probatur primò: nam agens, verbi gratia, ignis, ita potest agere in passum, scilicet aquam, vt simul hæc agat in illum; sed non posset dari hæc actio ignis in aquam, & simul reactio aquæ in ignem, si ad actionem requireretur, quod sit maior virtus agentis quàm resistentia passi: ergo, &c. Minor probatur: nam hoc ipso quòd ignis sit maioris activitatis, vt teucta est, non potest non esse maioris resistentia: quippè cum resistat agendo, & debilitando vires contrarij: ergo, nequibit aqua, quæ est minoris activitatis, quàm prædicta resistentia ignis, in illum reagere, si ad hanc reactionem desideretur quòd sit maior activitas agentis, quàm resistentia passi.

21 Secundò, quia parua gutta aquæ cadens super lapidem exeauat illum, etiamsi in se sit satis durus, & similiter formica multoties mota super eundem lapidem aliquid, vel exiguum extraheret tandem ab illo, vt ex se constat: at certum est, resistentiam lapidis longè maiorem esse activitate guttulæ aor formicæ: ergo ad hoc vt agens agat, non desideratur excessus virtutis suprà resistentiam passi.

Tertiò quia aliàs aqua numquam posset destruere terram; hoc autem est apertè falsum, vt ea se constat: ergo, &c. reiera. Probatur sequela: nam minor est activitas aquæ quàm resistentia terræ, ea eo quòd siccitas, per quam præcipuè terra resistit, obtinet inter qualitates resistiuas primum locum: frigiditas verò inter activas non nisi secundum, quia calor est magis activus quàm ipsa: ergo, &c.

§. II.

Animadversio ad quæstionis decisionem necessaria.

22 PRo huius quæstionis decisione notandum est, duplicem esse, quoad præsens attinet, resistentiam, aham activam, aliam verò passiuam: illa prior consistit in actione, qua vnum agens contrarium agit in aliud debilitando illius vires, & hoc modo ignis resistit aquæ agendo in illam, & diminuendo eius frigiditatem. Hæc verò posterior sita est in hur, quòd passum ratione dispositionis aliquo modo contrariæ, seu ineptæ effectui producendo, ita elongetur, & impediatur à receptione illius, vt difficulter illum recipiat, atque adeo ab agente valde fortiori, & prædictam difficultatem vincere non potenti, pati non possit: quo pacto ingens lapis resistit conanti illum mouere, quia nonnisi difficulter à suo loco potest extrahi, & per consequens, nonnisi ab agente difficultatem illam superare valenti: idque autem resistentia hæc vocatur passiua, quia posita est in difficili quadam capacitate ad formam recipiendam, quamuis etiam soleat resistentia formalis nuncupari, ex eo quòd passum ratione alicuius formæ, seu dispositionis, quam habet, non verò media aliqua actione elongatur modo iam dicto à receptione effectus, vel formæ aliquo modo contrariæ formæ præexistenti.

23 Vtramque autem resistentiam tetigit D. Thom. tum in 4. sent. dist. 5. qu. 1. art. 3. quæstiuncula 3. ad 4. vbi inquit, *Contrarium, ex quo fit generatio, non impedit actionem agentis, nisi dupliciter: vno modo, debilitando virtutem agentis; quod etiam non est vniuersaliter verum; sed in his tantum, in quibus est mutua actio, & passio: alio modo per se loquendo elongando potentiam passiuam patientis per indispositionem à receptione effectus agentis.* Tum etiam in eodem 4. sent. dist. 15. q. 1. art. 3. q. 3. ad 2. his verbis. *Dicendum, quòd potest esse resistentia dupliciter, vno modo ex parte agentis, quando scilicet ex contrario agente virtus ipsius debilitatur: alio modo ex parte ipsius effectus, quando ex contrario dispositione impeditur effectus.* Cúmque hæc elongatio potentiæ passiuæ, seu indispositionis illius, non tollat subiectum absolutè incapax effectus producendi, sed solùm reddat difficilem receptionem illius, vt in exemplo posito constat: inde est, vt hæc posteriot resistentia consistat in difficili capacitate, iam dicta, sicut etiam illa prior sita est propter rationem, quam S. Doctor innuit in actione, quam iam explicuimus.

§. III.

§. III.

Difficultatis nodus ex Diua Thoma dissoluitur.

24 His ergo suppositis, dicendum est primò, si loquamur de resistentia passiua, vel formali, oportet, vt ad hoc, vt agens agat, quod sit maior virtus illius, quàm resistentia passi. Hanc tuentur communiter omnes Philosophi, exceptis paucis illis quos pro prima opinione retulimus.

Probatur ratione, quàm innuit D. Thom. loco citato ex 4. sent. dist. 11. quæ potest ad hanc formam reduci sicut omnimodæ subtractio potentiæ passiuæ elongat totaliter ab effectu agentis peteipiendo, ita indispositio ex parte potentiæ passiuæ aliquo modo, & iuxta maiotitatem, vel minoritatem ipsius ab illo percipiendo prædictam potentiam elongat: se ad hoc vt agens agat, non obstante totali illa elongatiune requiritur maior virtus & influxus ex parte agentis, quàm sit prædicta elongatio totalis: ergo etiam ad hoc, vt agens elicìat suam actionem, quando adest elongatio aliqualis iam dicta ex parte potentiæ passiuæ impediens illam, desiderabitur maior virtus ex parte eiuldem agentis, quàm sit hæc elongatio, ac proinde cùm resistentia passiua, seu formalis sit idem quod hæc posteriot elongatio, non potetit non peti ad agendum maior actiuitas in agente, quam sit resistentia passiua, seu formalis in passo.

25 Vtraque consequantia ex dusbus præmissis apette sequitur: minor verò, probatur, quia ad hoc, vt agens agat non obstante totali illa elongatioue, requiritur in agente, non qualiscumque virtus, sed omnipotens, & infinita per essentiam, quæ sit tota potentia excogitabilis. Constat autem hanc potentiam esse maiorem in ratione potentiæ, quàm prædictam elongationem. Maior vetò etiam constat, quia sicut elongatio per subtractionem potentiæ passiuæ elongat totalitet ab effectu peteipiendo: quia tnialiter prædictam potentiam tollit, & ideo quandin non manet potentia passiua, continet in potentia effectum, tunc inuenitur summa elongatio ab effectu agentis peteipiendo, ita indispotitio ex parte potentiæ passiuæ aliquo modo elongat ab illo peteipiendo, quia tollit aliquo modo prædictam potentiam, quatenus reddit illam indispositam, & aliquo modo ineptam ad talem effectum: & ideò iuxta maioritatem, vel minoritatem eiusdem dispositionis magis vel minus elongabit.

Secundò probatur ratione, quam insinuat S. Doctor: nam hoc ipso, quòd passum resistat agenti tatione dispositionis aliquo modo contrariæ, quam habet, & nihilominùs agens agat in illud, non potest non introduci effectus contra impetum) vt sic loquamur) & resistentiam passiuam, & formalem eiusdem passi renuentis ratione prædictæ dispositionis tecipere talem effectum: ergo eo ipso etit maior actiuitas. & influxus, quàm resistentia passi. Antecedens satis constat, imò etiam consequentia: nam repugnat quod passo conante (vt sic loquamur) seu renuente ad oppositum, imptimatur ab agente aliquid, quin sit maiot influxus agentis, quàm ille quasi ennatus, & resistentia passi: sicut repugnat ingentem lapidem existentem in suo loco, & resistentem, ne inde extrahatur, posse à tali loco remoueri, quin sit maior actiuitas, & influxus extrahentis, quàm grauitas, & sesistentia lapidis.

26 Confirmatur, tum, quia hoc ipso quòd passum patiatur, non obstante resistentia, qua resistit agenti, subditur virtuti actiuæ, & influxui illius; ergo cum hæc subiectio in inferioritatem dicat, fiet inde, vt eius resistentia sit inferiot ad prædictam virtutem, & influxum, & consequentet maior, & superior erit virtus agentis, quàm resistentia eiusdem passi: tum etiam, quia altàs non esset tatio, ob quam non posset quæuis virtus actiua mouere quemcumque lapidem quantumuis ingentem: quia si non requiratur excessus virturis supra resistentiam lapidis, non appateret, cur per quamcumque virtutem non possit moueri.

Dicendum est secundò, si loquamur de tasistentia actiua, tunc benè potest vnum agens agere in aliud, vt est passum respectu illius, quamuis resistentia vnius sit maior, quam vistus actiua, & influxus alterius. Assertionem hanc communiter tuentur omnes Philosophi, & ideo superuacaneum est singulos recenlere. Explicatur autem, & probatur primò ratione quam innuunt Aristot. & D. Thom. locis quæst. sequenti pro assertione adducendis: nam ignis, verbi gatia, calidus vt octo, & aqua frigida, vt septem agunt, & reagunt ad inuicem: ergo aqua introducit in igne aliquem gradum frigiditatis, non obstante quod sit maior resistentia actiua ignis, scilicet calefactio, quam virtus, & influxus aquæ, quandoquidem ignis, vt supponimus, influit per calorem vt octo, & aqua per frigiditatem vt septem: ergo ad hoc, vt agens aliquod agat in aliud, & habeat tationem passi respectu illius, non obest si cætera alia requisita dentur, quòd sit maior resistentia actiua vnius, quàm virtus, & influxus alterius.

27 Secundò probatur, & explicatur magis: nam quando duo agentia, scilicet ignis, & aqua sunt inter se contraria, & ad inuicem resistunt resistentia actiuatum ignis aquæ, verbi gratia, non agit in ignem, quatenus ignis est agens, sed quatenus est passum; sed quod igni, actiuè resistat aquæ fortiùs calefaciendo illam, non tollit quòd possit esse absolutè passum respectu eiusdem aquæ habentis minorem frigiditatem, sed solùm quod receipiat ab illa tantum frigiditatis, quantum ipse introducit calotis in eadem aqua: ergo nec tollet quòd aqua sit absolutè agens respectu illius. Maior ex se constat: nam sicut vnum agens non tecipit effectum agentis contratij, nisi quatenus est passum respectu illius, ita agens contratium non agit in ipsum, nisi quatenus habet tationem passi respectu eiusdem. Minor verò etiam liquet: nam quòd ignis resistat aquæ calefaciendo illam, non tollit ab eo, quòd sit capax alicuius frigiditatis exiguæ, vt ex se constat, & iuxtà dicemus, nec ab aqua proptiam virtutem actiuam, scilicet frigiditatem, sed solùm eam mittuit: ergo prædicta resistentia non tollet ab igne, quòd sit absolutè passum respectu aquæ tecipiendo ab illa aliquid frigiditatis, sed solùm quòd receipiat tantum frigiditatis, quantum calotis ipse in aquam introducit.

28 Confirmatur tatione desumpta ex D. Thom. locis citatis, ex quarto Senten. nam ad hoc, vt agens agat per accidens est quòd habeat passum reagens in illud per resistentiam actiuam; per se autem, quòd eius actiuitas sit maior resistentia passiua eiusdem passi sed hoc potest inueniri, quamuis passum resistat per resistentiam actiuam fortiorem: ergo potetit tunc dari actio in illud. Maior quoad primam partem patet, quia cælum agit in hæc inferiora: absque eo quod ipsa reagant in illud. Quoad secundam verò partem constat ex dictis pro prima assertione.

Minor autem probatur, & explicatur: nam si de gradibus, seu quasi grad bus intensionis, verbi gratia, de calore vt octo. non materialiter, sed formaliter loquamur, scilicet secundùm id, quod expressè, & formaliter addit, supra alios gradus: tunc ignis, verbi gratia, reagens, & resistens per resistentiã actiuam fortiorem

tiotem non resistet resistentia passiua expulsioni calotis, vt octo, quatenus virtualitet continet cæteros gradus in eo eminentes existentes, sed solùm secundùm octauum, & esse formale illius, quod de materiali cõtinet prædictam latitudinem virtualem, quandoquidem solùm secundùm istum sic consideratum est incompossiblis eum vnico gradu frigiditatis, qui ab aqua intensa, v. g. vt sex, in illud introducitur: & ideò potest manere vnicus ille gradus frigiditatis cum calore vt septem, & cæteri gradus calotis virtualitet in eo contenti. Constat autem, maiorem esse actiuitatem frigiditatis vt sex, quàm resistentia passiua calotis vt octo sub hac præcisione considerata.

29 Potestque hoc explicari exemplo eorumdem gradum in opinione eorum qui dicunt intensionem fieri per additionem graduum ad gradus inter se dissimilarium, non verò per radicationem maiorem æquiualentem prædictis gradibus dissimilitudinis: nam iuxta hunc dicendi modum calor vt octo non coalesceret ex octo gradibus, quorum quilibet sit vt vnus, & eiusdem rationis cum alio: eam ex istis, quantumuis multiplicatis non coalesceret intensio vt octo, sed solùm ex octo gradibus, quorum quilibet sit diuersæ rationis ab alio, & ita frigiditati vs vnum non opponeretur, aut resisteret in igne calor secundùm primum gradum, sed secundùm vltimum speciei ab illo distinctum, & ideò hic solus expelleretur per introductionem frigiditatis vt vnum: quare cùm maior radicatio æquiualeat prædictis gradibus, sit inde, vt de ea eodem proportionali modo philosophandum sit.

§. III.

Solutio argumentorum primæ sententiæ.

30. AD primum patet ex dictis pro secunda assertione. Non enim requiritur ad hoc, vt agens agat, quòd eius virtus, & actiuitas sit maior resistentia actiua eius quod est passum, sed sufficit esse maiorem resistentiam passiuam illius, quia agens vt agat, solùm respicit passum, vt passum est.

Ad secundum dicendum est, quamuis guttolam aliquantulum disponere pro excauatione lapidis, humectando, & mollificando illum; respectu autem huius mollificationis, & humectationis maior est actiuitas guttolæ, quàm resistentia passiua lapidis, qui non resistit resistentia passiua huic humectationi ratione omnium graduum siccitatis, quos habet, sed solùm ratione illius gradus, qui expellitur, quique minor est humiditate guttulæ: postquam autem lapis per humiditatem productam à prædictis guttulis est dispositus, & mollificatus, tunc per aliam guttolam excauatur, & hæc excauatio lapidis ita mollificati non excedit vim actiuam. Per quod etiam patet ad illud de formica: nam sæpiùs, ac sæpiùs supet prædictum lapidem se mouendo quasi concutit sua vi, & pondere: licèt paruo, illum & aliquo modo debilitat ipsum, donec aliquid ab eo auferat, nunquam tamen debilitatio, aut extractio alicuius particulæ debilitatæ superat vim actiuam formicæ.

31 Ad vltimom respondent aliqui quos suppresso nomine refert dubio in præsenti numer. 58. resistentiam passiuam elementorum esse æqualem, quamuis resistentia actiua sit inæqualis, vt dictum est, & rationem reddunt quia qualitates elementales resistunt passiuè quatenùs subiectum informant: hæc autem informatio inæqualis est omnibus.

Sed hæc solutio non potest admitti: tum quia est contra Aristotelem 4. Meteororum, & 2. de Generat. cap. 2. vbi appellat calorem, & frigus qualitates actiuas: humilitatem verò, & siccitatem, passiuas; non quia hæ posteriores non sint actiuæ, sed quia plus habent de resistentia passiua, & difficultate patiendi, quàm calor, & frigus. Tùm etiam, quia sicut resistere agendo, est perfectior modus resistendi, & ideò qualitates perfectiores, vt calor, & frigus, habeant magis de hac resistentia: ita resistere nihil agendo, sed quasi passiuè se habendo & adhærendo ipsi subiecto, est modus resistendi imperfectus; atque adeo hæc resistentia debet esse maior so qualitate imperfectiori: nec contra hæc obest ratio pro hac solutione adducta, quia ex his qualitatibus quædam tenaciùs, & fortiùs inhærent, quàm aliæ, siue in elementis, siue in mixtis, ex eo quòd suot in materia densiori, vel ex aliis capitibus.

Quare aliter ad argumentum respondetur negando sequelam: & ad probationem concedendum est antecedens, si cætera sint paria: nam sicut calor est magis actiuus, quàm frigus, & frigus quàm humiditas, & hæc quàm siccitas, ita ordine inuerso, siccitas est magis resistitiua quàm humiditas, & hæc magis quàm frigiditas, & tandem frigiditas magis resistit quam calor.

32 Quare cùm frigiditas non obtineat primum locum inter primas qualitates, quatenus actiuæ sunt; & siccitas illum habeat inter easdem qualitates, vt per resistentiam passiuam resistiuæ sunt: fit inde, vt si cætera sint paria, sint maior resistentia passiua siccitatis, quàm actiua frigiditatis: hinc tamen non sequitur, quòd numquam aqua destruet terram, quia possunt cætera esse imparia, & aqua intensione, & multitudine materiæ vincere terram, & ideò potest hæc ab illa, dum inter se rixantur, destrui.

QVÆSTIO IV.

Vtrùm omne agens in agendo repatiatur.

33 SEnsus Tituli est, an dum agens agit per actionem physicam, & corruptiuam, tunc passum agat etiam in agens, ac proinde mutuum ordinem agentis & passi inter se habeant: non loquimur autem de agentibus quibuscumque, sed de illis, quæ communicãt in eadem materia ad inuicem transmutabili, ac proinde de his, quæ sunt inter se contraria: nam inter agentia, quæ in materia non communicant, certum est, non debere esse mutuam actionem vt fatetur Arist. in hoc libro cap. 7. text. 54. & D. Tho. ibid. lect. 20. & in cœlis, ac Angelis agentibus in hæc inferiora constat; nec etiam loquimur de eis, dum vnum est intra sphæram actiuitatis alterius, secus verò aliud, ex eo quòd vnum habet maiorem sphæram, quàm alterum: nam tunc ex se patet, ipsa non posse mutuò inter se agere, sed tantùm fit sermo de prædictis agentibus habentibus oppositas conditiones.

§. I.

Proponitur sententia negatiua.

34 PArtem negantem tuentur Malos in 1. distinct. 17. & alij ex Nominalibus relati à Rubio tractatu de Actione & reactione num. 343. Probatur primò ex Arist. 2. de partibus animalium cap. 2. vbi ait, quod ignis non potest esse frigidus: ergo quando calefacit aquam non repatitur ab ea.

Secundo: quia vel agens, & patiens habent æqualem virtutem, vel inæqualem: si æqualem, neutrum aget in alterum, quia, vt communites docent Philosophi,

losophi, à propottione æqualitatis non fit actio: si inæqualem, tunc quod est maiotis virtutis, aget in alterum, non verò tepatietur ab illo: nam à propottione minoris inæqualitatis non datur actio, & consequentet nunquam dabitur actio & repassio inter illa.

Tertiò: quia sequetetur frigidum vt sea v. g. non posse producere aliud frigidum eiusdem iutensionis; hoc autem est absurdum: ergo, &c. Probatur sequela, qnia si frigidum vt sea, dum agit, tepatitur, non poterit non remitti eius frigiditas vsque dum petueniat ad frigiditatem, v. g. vt quinque; sed frigidom vt quinque nequit attingere frigidum vt sea, vt patet: ergo, & cætera.

Quartò: nam alioqui idem subiectum simul moueretur motibus contratiis, hoc autem est impossibile, & contta Arist. 5. Phys. vt ibid. disp. 24. n. 8. diximur: ergo, &c. Patet seqnela, quia si dum ignis agit in aquam medio aëre, tunc aqua etiam agens in ignem, non potetit non agere in illum medio eodem aëre, atque adeo aër ille simul calefieret ab igne, & infrigidaretur ab aqua; quod est moueri simul motibus conttatiis.

§. II.

Præfertur sententia Arist. & Ang. Doctorit affirmans.

35 Dicendum tamen est, agens, de quo in præsenti loquimur, illud scilicet, quod communicat in materia transmutabili cum passo, tepati ab illo: ita Aristot. in hoc lib. cap. 7. his verbis: *Quæcumque igitur actiua in materia formam non habent, ea pati nequeunt, quæcumque habent, queunt: non enim similiter prope dixerim omnes oppositorum virtutis eandem esse materiam?* Quæ verba sic explicat Diuus Thomas ibidem lect. 20. his verbis: *Assignat causam, quare quædam agere sit, quod agendo patiatur, quoddam autem non: nam quædam non habent eandem materiam, & talia agentia faciunt vel agunt ipsis non patientibus ab his, qua agunt: quæcumque igitur agentia non habent eandem formam in materia, qua sit eiusdem rationis cum possibilibus. Hæc cum sint de numero agentium, sine passiuorum sunt impassibilia: quæcumque autem habent formam in materia eiusdem rationis, agendo patiuntur.*

Idem etiam docet Philosophus 3 Phys. cap. 2. text. 8. & 16. & in hne lib cap. 10. & lib. 2. cap. 4. & vberiùs 4 de generatione animalium cap. 3. vbi ita ait: *Omne agens patitur etiam à patiente, vt quod facit, habeatur ab eo, quod facitur: quod calefecit refrigeratur.* D. Thom. in 4. dist. 11. qu. 1. art. 3. quæstiuncula 3. necnon communis schola Medicorum, vt videre est apud Galenum 3. Symptomatum c. 2. & 3. de temperamentis cap. 3. Themistius 3. Physicorum commento 8. Hæruens de vnitate formarum q. 15. Toletus, Banez, Conimb. Rubio, & Zenardus in præsenti, Suatez tom. 3. Metaph. disp 18. sect. 9. n. 37. & alij quàm plures. 36. Ratio prior & fundamentalis iam suprà numero 3. tacta est, desumitutque ea Arist. 1. Phys. textu. 8. & in hoc lib text. 77. & ea D. Tho. in eisdem locis: qnia vnumquodque agit in quantum est in actu; patitur vero, in quantum est in potentia: sed ignis, v. g. agens in aquam, est simul in actu quantum ad calorem, in potentia quantum ad frigiditatem, aquam verò è contra: ergo ignis potest simul agere in aquam, & pati ab illa.

Confirmatur manifestis experientiis: nam ferrum ignitum in aqua submersum calefacit illam, & frigefit ab ea, glacies posita in mann liquefit à manu, & infrigidat ipsam: gutta aquæ supra prunam cadens, eatringuit aliquam eius partem, & ab ipsa pruna in vapotem vertitur, & sic de aliis.

37 Secunda verò ratio desumitur etiam ex Arist. in hoc lib cap. 9. & Ang. Doct. ibid. nam si inter agentia contraria non esset mutua actio, esset impossibilis mixtio, hoc autem est apertè falsum, vt ex se constat: ergo, &c. Probatur sequela: nam cùm mixtio fiat ex multis agentibus altetatis, & ad concordiam redactis, non posset fieri prædicta omnium illotum alteratio, nisi misceibilia ad inuicem agetent, & patetentur.

§. III.

Fit obuiam fundamentis primæ sententiæ.

Ad primum tespondetur, Arist. solùm velle, ignem non posse frigefieri, quin semper habeat plures gradus caloris, quàm frigiditatis, & ita numquam simpliciter denominabitur frigidus, quia denominatio à qualitate eacedente desumitut.

Ad secundum patet ex dictis quæstione præcedenti num. 27. & deinceps, quibus etiam addi potest, quòd quando vnum contrarium supetat aliud secundùm vnam qualitatem, tunc supetatut ab illo secundùm alteram, & ita semper actio fit à proportione maioris inæqualitatis; etenim quando calidum vt sex applicatur frigido vt quatuor, calidum eacedit frigidum in calore, quia habet sea gtadus illius: at verò frigidum tantùm habet quatuor aliòs gtadus ealotis, & ita potest optimè ealidum agere in frigidum: similitet, frigidum vt quatuor, excedit calidum vt sea in frigiditate, quia calidum vt sea, tantùm habet duos gradus frigiditatis, cuius tamen frigidum habet quatuor, & ita frigidum potest agete in calidum: & idem contingit (proportione seruata) quoties agens & patiens fuerint inæqualis virtutis, vt considerantì patebit.

38 Ad tertium, neganda est sequela, & ad probationem dicendum est, conuincere intentum in agentibus, qui producunt effectus media qualitate sibi non connaturali, & ab eorum essentia non dimanante, vt contingit in aqua calida, non tamen in agentibus operantibus per qualitatem sibi connaturalem. & ab illorum essentia dimanantem, eisdemque in instanti generationis debitam, vt cùm aqua per suam connaturalem frigiditatem operatur: nam hæc agentia cessante actione passi in ipsa, possunt se quantocitùs ad pristinam intensionem reducere, & in tota illa passum sibi (modo alibi insinuato) assimilate: secus verò alia agentia, quia hæc, cessante reactione passi in illa, nequeunt pet natutalem dimanationem, virtutem, & efficacitatem agendi, quam habebant, tecuperare.

39 Ad quartum, quod non parum difficultatis præ se ferre videtur, neganda est sequela propter rationes 5. Physic. disput. 24. num. 8. vsque ad 31. adductas. Vt autem ad probationem tespondeamur, notandum est, quòd, vt ea ibidem dictis apertè colligitur, in aëre illo intermedio assignandus est certus terminus seu pars vnicuique agenti contrario: maior tamen, vel minor inata maiorem, vel minorem vim, seu efficacitatem vniuscuiusque: cumque iam quodlibet illorum sua actiuitate ad talem terminum, seu partem peruenerit, tunc pars illa medij, quæ vnicuique

agenti correspondet, simul cum illo in vi vnios coniungitur, & vt sic coniuncta agit contra aliam partem correspondentem agenti contrario, eidemque etiam in vi vnius coniunctam: atque adeò hæ duæ partes mediæ sic cum suis agentibus coniunctæ ad inuicem tanquam duo agentia totalia agunt, & patiuntur, in qua actione, & reactione vtumquodque agens coniunctum cum parte illa medij, quæ ipsi correspondet paulatim, veluti intromittit se intra aliam partem medij suo contrario correspondentem quousque ad ipsummet contrarium perueniat, & quò fortius fuerit agens, eò faciliùs alterius resistentiam circa aliam partem medij ei correspondentem superabit, maiorémque virtutem in ea imprimet, citiúsque ad ipsummet agens contrarium perueniendo illud deuincet.

40 Hinc ergò ad probationem sequelæ dicendum est, quòd etsi totus ille aër medius tam ab igne, quàm ab aqua patiatur, non tamen simul ab vtroque, ac proinde, nec duobus contrariis motibus simul mouebitur: nam pars illa medij, quam vnicuique agenti assignandam esse diximus, patitur quidem à tali agente, quousque illud ad vltimum talis partis perueniat, & toto illo tempore nullo modo patitur ab agente contrario, quod pro tunc est (vt sic dicamus) occupatum in agendo circa aliam partem medij, quæ ipsi assignatur; postea verò incipit vtraque pars medij in vnum coniuncta cum suo agente pati ab alia parte coniuncta cum agente opposito, & tunc iam non patitur talis pars ab agente illo, cum quo per modum vnius est coniuncta: quia eius actio circa illam cessabit ex eo, quòd licèt talis pars posset alias aliquid amplius recipere ab illo agente, cum quo coniunctam esse diximus: non tamen in hoc casu, in quo datur aliud agens contrarium cum quo illud pugnet.

41 Tum, quia melius est agenti coniungi per modum vnius cum tali medietate ad resistendum contrario, ne ab illo vincatur, & ad superandum illud, quàm intendere suam virtutem in prædicta medij parte cum periculo proptij damni, & corruptionis.

Tum etiam, quia eo ipso, quod talis pars iam patiatur ab agente alio contrario, impeditur, ne ab illo priori agente aliquid denuo recipiat propter incompossibilitatem motuum contrariorum simul in eodem subiecto existentem, quam in libris Physic. disput. citata ostendimus. Vnde talis pars solum patitur à parte medij correspondente agente contrario, & illam etiam aget, & ita duobus motibus contrariis simul non mouebitur.

DISPVTATIO IX.

De mixtione.

1 EGregius in dispotatione præcedenti de Actione, & Reactione vnà cum Aristotel. quia ad mixtionem desiderabatur: vnde meritò statim cum eodem Philosopho de eadem mixtione sermonem instituimus.

QVÆSTIO I.

An mixtio sit naturaliter possibilis?

2 QVia quæstio ab est? cæteras ordine doctrinæ præcedit, idco ei primum locum in præsenti disp. vnà cum Arist. damus. Vt autem eius titulus melius intelligatur, notandum est, quòd, vt colligitur ex Arist. in hoc lib. cap. 10. & D. Thom. ibidem, necnon in secundo dist. 17. qu. 3. art. 1 mixtio est duplex: alia secundùm quam plura corpora; vel plures illorum particulæ coniunguntur confusa quadam ratione, secundùm solam approximationem localem, ita tamen, vt secundùm suam substantiam inalterata maneant, quo pacto farina ex granis tritici & hordei simul coniectis mixtum nuncupatur, & actio, per quam inter se confunduntur, & coniunguntur mixtio. Secunda est, per quam plura corpora, vel particulæ eorum, ita coniunguntur, vt ex eis, media eorumdem alteratione, & corruptione, resultet aliquid vnum substantiale distinctum ab omnibus illis. Titulus ergo non intelligitur de prioti illa mixtione, quæ, vt ex dicendis infra n. 3. constabit, solùm impropriè dicitur mixtio, vere autem est quædam confusio; sed de hac posteriori, quæ propriè & in rigore rationem mixtionis sortitur, vt numero citato, & aliis sequentibus magis ostendemus.

§. I.

Duplex opinio.

3 PRima sententia vniuersaliter negat, mixtionem esse possibilem. Ita plures ex antiquis Philosophis, quos in cap. 10. huius libri tetigit Arist. Rationem fundamentalem illorum adduxit Philosophus loco citato eámque sub his verbis proponit D. Th. ibid. lect. 24 in principio: *Quando miscibilia veniunt ad mixtionem, aut manent sicut prius in forma, & specie aut non manent, sed corrumpuntur ambo, vel alterum: si ambo manent in forma, & specie sicut prius, & non alterantur, tunc non sunt magis mixta, quàm prius; sed consimiliter se habent, id est, tantum erit vnum post aliud. Si autem alterum corrumpatur, nec etiam tunc erit mixtio, sed corruptio vnius, & conseruatio alterius non corruptij; si autem ambo inuicem corrumpuntur, tunc etiam non erit mixtio, quia non possunt esse mixta, quæ nullo modo sunt entia.*

Secundò potest probari eadem sententia: impossibile est, quòd aliqua corpora, v. g. elementa ita inter se applicentur, vt aliquod eorum non corrumpatur à suo contrario, priusquam alia corrumpantur: ergo impossibilis etiam erit mixtio ex illis. Antecedens probatur: nam cùm adeò diuersa sit actiuitas, & resistentia illorum, neque in actiuitate, & resistentia excedant, non poterit non aliquod eorum, scilicet id, quod fuerit minoris actiuitatis, & resistentiæ, destrui, & corrumpi ab eo, quod fuerit maioris, priusquàm cætera alia corrumpantur. Consequentia verò probatur: nam ad hoc, vt fiat mixtio, de qua loquimur, oportet, vt materia omnium illorum simul informetur forma mixti, vt iam innuimus, & infrà magis explicabimus, ac proinde quòd omnia simul ad inuicem se corrumpant.

4 Tertiò, non potest assignari causa efficiens mixtionis elementorum: ergo mixtio non erit possibilis.

Consequen

Consequentia patet: antecedens verò probatur, quia vel illa erit aliqua causa vniuersalis, & hæc non; nam sicut effectus vniuersales correspondent causis vniuersalibus, ita particularis, qualis est miatio, particularibus causis: vel erit aliqua causa particularis, scilicet ipsa elementa, ea quibus fit miatio, quæque se inuincem alterant; & hoc non.

Tum, quia nihil potest seipsum destruere; causa autem elementorum miationis destruit illa: tum etiam quia elementa sunt imperfectiora miatis: imperfectius autem non potest producere id, quod est perfectius.

Confirmatur: nam vel miscibilia sunt æqualis, vel inæqualis virtutis: si æqualis, neutrum aget in aliud, quia à proportione æqualitatis non fit actio: si inæqualis tunc miscibile fortius destruet cætera, & ea in suam naturam conuertet, & per consequens non erit miatio, sed conuersio vnius in aliud. Patet hæc vltima consequentia, quia (vt iam innuimus) in miatione non introducitur forma alicuius ea miscibilibus sed alia tertia formis illorum distincta.

5 Vltimò, liquores, vt vinum, & aqua, non possunt inter se miscere: ergo neque alia corpora. Consequentia patet: tum ea paritate rationis; tum etiam quia prædicti liquores sunt aptiores ad miationem quia faciliùs possunt ad inuicem intersecari, & vnus in alium intromitti, ac veluti inter se penetrari. Antecedàs autem probatur, quia, vt docét Alchimistæ per immissionem medullæ iunci, aut per spongiam oleo imbutam, attrahitur ea vino & aqua admixtis, pura aqua: quod satis indicat inter illa non fuisse veram miationem, quippe cùm in hac quodlibet ea miscibilibus desinat esse, vt infrà dicemus.

Secunda sententia solùm negat esse naturaliter possibilem miationem ea omnibus quatuor elementis; secùs tamen miationem ea aliis corporibus, aut ea duobus vel tribus elementis: ita Rubio in præsenti tractatu de mixtione, dicens ita sentire omnes ferè recentiores.

6 Fundamentum est: nam licèt tria elementa, nempe aër, aqua, & terra, naturaliter congregentur ad generationem miati, & similiter alia miata possint inter se coniungi in ordine ad productionem alicuius terrij; repugnat tamen, ignem cum tribus aliis elementis, siue in terra, siue in aëre, siue in aqua congregari: ergo licèt non repugnet miatio ea tribus elementis, & ea aliis mixtis, vt ex dicendis pro nostra sententia constabit; secùs tamen ea quatuor elementis. Consequentia patet, quia ad miationem requiritur coniunctio miscibilium.

Antecedens verò quoad priorem partem ex infrà dicendis constabit: quoad posteriorem verò probatur, quia ignis nequit descendere ad terram, vel ad aquam aut aërem ea propria inclinatione, cùm motus deorsum sit contra eius inclinationem, neque ab aliqua vniuersali causa, quoniam descensus iste non est necessarius ad bonum commune vniuersi, quippe enim sine illo possint miata per calorem solis generari; corpora autem sublunaria non mouentur contra propriam inclinationem à causis vniuersalibus, nisi propter bonum vniuersi, vt verbi gratia ad euitandum vacuum.

Et confirmari potest, quia aliàs descensus ille ignis esset violentus, quippe qui eum propria illius inclinatione pugnaret, atque adeò miatio non esset simpliciter naturalis, cùm ad eam aliquid violentum desideretur; at hoc est contra Arist. & D. Thom. cap. 10. huius lib. ergo, &c.

§. II.

Vera Aristot. & Diu. Thom. sententia.

7 Dicendum tamen est, miationem tam ea quatuor elementis, quàm ea quibuscumque alia miscibilibus esse naturaliter possibilem. Assertionem hanc quoad vtramque partem docent Aristoteles, & D. Thom. cap. 10. huius lib. lect. 24. & alibi sæpè, quos sequuntur Conimbr. Bañca, & omnes fetè alij Philosophi, qui scripta sua ptælo mandarunt.

Potest assertio quoad priorem eius partem probari ratione desumpta ea Aristàn præsenti, & 1. Meteor. & ex D Tho. in eisdem locis; ad hanc tamen formam redacta. Ignis potest naturaliter descendere ad locum miationis: ergo tunc poterit miatio ea igne, & ea tribus aliis elementis fieri. Consequentia patet, quia semel igne descendente ad locum miationis, non est cur ea illo, & ea aliis elementis miatio non fiat.

Tum quia omnia elementa sunt per se à natura ordinata ad genetationem miati: tum etiam, quia igne descendente possunt omnia quatuor elementa ita per actionem, & reactionem se inuicem frangere, vt dispositio ad formam elementalem requisita amittatur, & dispositio ad formam miati acquiratur, eo quòd miatum postulat primas qualitates magis temperatas, & ad temperiem redactas: ergo cùm in eo euentu nec possit generari elementum, nec præcedens remanere ob defectum dispositionum, consequens est, vt forma mixti ea omnibus illis elementis producatur.

8 Antecedens autem est Arist. & D. Thom. lect. 24. citata, vbi sic inquit: *Quòd autem ignis fit in aere, patet per Philosophum in 1. Meteororum: dicis enim, quod ambiens ignis per aerem frequenter spargitur motu, id est per virtutem caelestis motus, & ferùr violentia deorsum: & ideo sunt aliqua partes ignis, & in rore, & in vaporibus pluuialibus descendentes, quas vapores accipiunt in regione aeris calefacta: & ideò aqua pluuiales sunt vaporosa, & calida: & hoc etiam est causa, quòd vino descendente non est tanta intensio frigoris, sicut in aliis hyemalibus temporibus: sic ergo cum pluuia, & rore, & aliis huiusmodi descendunt partes ignea ad locum mixtionis.*

Confirmatur ratione eiusdem S. Doctoris loco citato: nam cæli mouent omnia elementa peculiaribus motibus: ergo etiam poterunt specialiter mouere ignem, ita vt aliquæ illius partes deorsum ad locum miationis descendant: ac proinde tunc poterit miatio ea omnibus quatuor elementis fieri. Hæc vltima consequentia patet ea dictis, prima verò, tum ea paritate rationis, tum etiam, quia ea prædictis, motibus eam D. Thomas intulit.

Antecedens autem probatur & explicatur à S. Doctoris verbis: *Sphara Solis, in qua est effectus caloris, est nata mouere ignem: & sphara Lunae est nata mouere aquam, sicut ad sensum patet: alia autem sphaera, v.g. Planetarum, nata sunt mouere aerem: & ideo aer tot diuersis motibus mouetur: est enim in aere frigus congelationum ex sphara Saturni, & aestus ex sphara Martis, & temperies in calido ex sphara Iouis, & temperies in frigido ex sphara Veneris, commiscibilitas; & passibilitas facilis, ex sphara Mercurij.*

9 Ex quo etiam secunda assertionis pars satis constat: nam sicut elementa possunt modo debito coniungi, & facta hac coniunctione, tunc per mutuam pugnam amittitur propria eorum dispositio, & acquiritur alia requisita ad formam miati, ob idque sequitur vera, & propria mixtio, vt iam explicauimus: ita pluribus miatis eodem modo approximatis

poterit

Poterit per mutuam actionem & reactionem deperdi debita dispositio ad propriam formam, & subsequi alia ad formã alterius mixti desiderata, quia iuxta varias combinationes maioris & minoris intensionis primarum qualitatum dantur diuersæ dispositiones in ordine ad diuersas formas mixtorum, atque adeò poterit ibidem per veram mixtionem nouum mixtum generari, vt in mixtione ex plurib⁹ liquoribus specie differentibus satis constat, & in quæst. magis explicabitur.

§. III.

Respondetur argumentis vtriusque sententiæ.

10 AD primum primæ sententiæ respondetur ex Arist. & D. Th. cap. 10 iam citato, miscibilia corrumpi per mixtionem secundùm propias entitates: quia tamen tunc manent ibi virtualiter, vt infrà explicabimus, ideo potest ibidem intercedere vera mixtio.

Ad secundum negandum est antecedens: & ad eius probationem debet etiam negari antecedens, quia ratione maioris resistentiæ possit elementorum minùs actiuum conseruari vsque dum etiam elementum maioris actiuitatis vnà cum illo pereat.

Vnde, cùm tanta sit latitudo intentionis in qualitatibus elementorum, tantáque diuersitas resistentiæ in illis, & tot possint combinationes ex eis fieri secundùm diuersas proportiones actiuitatis. & resistentiæ singulorum, facilè intelligitur posse sic applicari, vt omnia corrumpantur simul, & materiæ eorum maneant dispositæ pro forma mixti introducenda, quia plures combinationes, quæ de se sint insufficientes pro quaois forma elementali conseruanda, sufficient pro vera mixtione, & generatione formæ mixti.

11 Ad tertium eligenda est pars dilemmatis; vnde licet, regulariter loquendo, effectibus particularibus correspondeant causæ particulares, non tamen hoc est vniuersaliter verum, sed ob specialem rationem tunc occurrentem debet ad causas vniuersales recurri, quia nimirum non datur in his inferioribus causa particularis, quæ effectum illum per modum causæ principalis coordinet, vt in præsenti contingit: quia elementa, quæ videbantur posse esse causæ mixtionis ex illis, sunt imperfectiora quàm mixta, maximè, si mixta per mixtionem resultantia sint viuentia, vt contingit, cùm ex aqua & terra simul concurrentibus generantur imperfecta animalia, tunc enim ad primam causam, scilicet Deum, recurrendum est.

Ad confirmationem respondetur, quòd licet demus miscibilia esse inæqualis virtutis, ita vt vnum sit, v.g. magis calidum, quàm aliud sit frigidum, nihilominus possunt ad inuicem agere, & reagere, iuxta ea, quæ disputatione præcedenti num. 27. & seq. diximus: & licet vnum miscibile sit fortius alio, nihilominus excessus non sit magnus, non ideo conuertit aliud in suam naturam, quia prius quàm introducat suas dispositiones, fiet reactio, & repassio, & sic poterit priùs reperiri dispositio ad formam mixti necessaria.

12 Nec refert si contra hæc obiicias, Arist. in hoc lib. c. 10. text 89. dixisse, tunc fieri mixtionem, quando est æqualitas in potentijs transmutatiuis miscibilium, ac proinde mixtio fiet, non à proportione maioris æqualitatis, sed à proportione æqualitatis.

Non itaque hoc refert: nam ad hoc respondet D. Thom. non esse intelligendum dictum Aristotel. de omnimoda æqualitate, sed de æqualitate proportionis, ita vt miscibilia habeant actiuitatem in ea proportionis æqualitate, quæ requiritur ad hoc, vt producant dispositionem proportionatam in ordine ad formam mixti.

Ad vltimum constabit ex his, quæ quæst. sequenti dicenda sunt.

13 Ad fundamentum secundæ sententiæ patet ex dictis pro assertione: vnde mixtio, quæ fieret per virtutem solis, absque concursu ignis, non fieret eodem modo, ac cum concursu illius: pertinet autem ad perfectionem vniuersi, vt his diuersis modis fiat.

Ad confirmationem constat ex his, quæ D. Th. simul cum Aristot. loco citato docet: nam descensus ille ignis non est absolutè violentus ex eo quòd est iuxta inclinationem illius vt est pars vniuersi, cui propria inclinatio subordinatur: vnde postquam S. Doct. ibidem dixit, quòd ignis fertur per virtutem cœlestis motus violentia deorsum, id est, non ex propria, & peculiari inclinatione, sed ex inclinatione vniuersali partis vniuersi, statim addidit. *ex hia patet, quòd ad mixtionem non mouet violentia, sed naturata, & ideo mixtio non est violentia, sed naturalia.*

Adde, quòd ignis, qui inter nos est, licet non sit putè elementalis ita purus, potest tamen coniungi cum cæteris elementis, & ad inuicem agere, iodéque mixtionem resultare.

QVÆSTIO II.

An inter liquores sit vera, & propria mixtio?

14 POst quæstionem an est? de mixtione in communi, propriè tamen sumpta, recto ordine ad eandem, quoad mixtionem in particulari descendimus.

§. I.

Varij dicendi modi.

PRima sententia absolutè negat liquores, siue illi sint eiusdem, siue diuersæ speciei, posse misceri mixtione propriè sumpta, & in sensu qu. præcedenti explicato, sed solùm apparenter. Ita aliqui ex recentioribus, quos suppresso nomine refert dubio 1. de Gener. tract. de mixtione n. 61. probantque eam vltimo argumento qui præced in fauorem primæ sententiæ adducto ob cuius solutionem præsentem excitamus.

Secunda sententia asserit esse possibilem veram & propriam mixtionem inter liquores secundùm se totos, etsi sint eiusdem speciei, & nó habeant qualitates dissimiles, duomodò in tanta quãtitate misceãtur, vt vnus peruadat alterum, illúmque interficiat. Ita Capr. in 4. d. 13. q. 2. Palud. ibid. d. 12. q. 1. & alij ex iunioribus.

15 Probatur primò testimonio D. Th. 3. p. q. 77. art. 8. vbi ait: *Si enim permisceretur aliquis aliquor in tanta quantitate, quòd posset diffundi per totum vinum, totum fieret permixtum: quod autem est commixtum ex duabus neutrum miscibilium est sed vtrumque transit in quoddam tertium ex his compositum* Vbi, vt vides, satis est iuxta mentem Angelici Doct. liquores secũdùm se totos ad inuicem approximari, & intersecari ad hoc, vt secundùm se totos verè & propriè misceantur.

Deinde probatur ratione desumpta ex hoc eodem testimonio, & ex dictis 6. Phys. disput. 17. n. 12. scilicet noo viuentia petere certam, & determinatam quantitatem versus minimum: nam si duo liquores, etsi sint eiusdem speciei, ita confundantur, vt quilibet

peruadat

penetrabit suis partibus, omnes partes alterius tunc se intersecant vsque ad partes minores minimis; sed in quantitate minori minima non potest conseruari forma eorum: ergo vtrumque corrumpitur, & consequenter generabitur tertium aliud mixtum ab eisdem distinctum.

16 Tertia sententia inquit, liquores non misceri vera & propria mixtione, quoties sunt eiusdem speciei, etiamsi habeant, qualitates actiuas inter se dissimiles & contrarias, benè tamen quando suot diuersæ speciei, & habent prædictas qualitates: ita Durandus in 4 dist. 12. quæst. 13. Palacius distinct. 13. disput. 4. Suarez tomo 3. in tertiam partem, disput. 57. sectione 4. Posterior huius sententiæ pars ex dicendis pro nostra constabit.

Prior verò probatur sic, vnum simile non corrumpit aliud simile in specie infima: ergo vnus liquor non corrumpet alium eiusdem speciei: & per consequens non fiet ibi vera & propria mixtio. Hæc vltima consequentia patet ex prioti, quia ad prædictam mixtionem desideratur corruptio miscibilium, vt suprà innuimus, & infrà magis dicemus. Prima verò consequentia ex antecedenti apertè sequitur.

Antecedens autem probatur: nam agens naturale intendit ibi simile, non quidem in propria natura individuali, cùm hoc sit impossibile, sed in natura specifica: vnde si possum est iam simile agenti in specie, non potest agere corrumpendo illud.

Secundò, probatur argumento Theologico, quia alioqui si duo vina consecrata secundùm se tota coniungerentur, ita vt quodlibet penetraret omnes partes alterius, nullum eorum remaneret consecratum; hoc autem nemo audebit dicere, vt ex se constare videtur: ergo, &c. cætera.

Sequela probatur, quia si duo vina non consecrata eodem modo approximarentur, tunc in opposita sententia nullum eorum manebit idem numero, sed fiet ex vtroque aliud tertium, sed species consecratæ, iuxta communem Theologorum sententiam, cùm geraot vices subsistentiæ illius, cuius erant ante conoetsiooem, eandem patiuntur mutationem, quam paterentur substantia panis & vini, si ibi esset: ergo si prædictæ species consecratæ prædicto modo coniungantur, iam ex illis fiet aliud tertium numero distinctum à præcedentibus & per consequens non manebit ibi sanguis Christi Domini, qui tandiu, & non ampliùs sub illis durat, quandio ipsæ perseuerant.

17 Tandem hoc ipsum probatur ex capite, Cum Marthæ, de celebratione Missarum, vbi dicitur, si post consecrationem calicis miscatur aliud vinum in calicem, non transire vinum in sanguinem nec sanguioi commisceri: ergo non sufficit aliud vinum infundi speciebus consecratis, ac proinde vino; si ibi esset, ad hoc vt fiat vera & propria mixtio inter vtrumque, etiamsi habeant oppositas qualitates. Quæ argumenta adeò conuicerunt Franciscum Soatem, vt licet fatetur oppositam sententiam esse D Thom. nihilominus dicat hanc sibi magis probari.

§. II.

Ex mente Aristot. & D. Thom. quæstionis controuersia diuimitur.

18 Dicendum tamen est primò, non posse fieri veram, & propriam mixtionem inter liquores non habentes qualitates, secundùm quas possint agere, & reagere, ac proinde non habentes qualitates contrarias, ita Ferrara 1. contra Gentes cap. 56. & 4. contra Gentes c. 35. Nogno 3. p. q. 77. a. 8. referens Victoriam, & Canum, addeosque ita sentire communiter discipulos D. Th. quem sequuntur Rubio to tractatu de Mixtione q6. oum 6 2. & xlj quàm plures.

Probatur primò ex Aristot. in hoc lib. cap 10. vbi loquens de his, quæ verè & propriè possunt misceri, inquit: *Sunt vtique (vt diximus) entium, hæc quidem actiua, hæc autem passiua ab his: hæc quidem igitur consernantur, quorum eadem materia est, & actiua ad inuicem*, vbi D. Thom. lect. 15. *Manifestum est ergo quòd hæc sunt misibilia, quacunque sunt de numero facientium, siue agentium, & habent contrarietatem, quia hæc sunt ad inuicem passiua: & hoc est primum, quod requiritur in misibilibus.*

19 Confirmatur ex D. Thoma 4. contra Gentes cap. 35. vbi ioquit: *Mixtio non est nisi eorum, quæ communicant in materia, & quæ agere & pati ad inuicem nata sunt* Quod etiam docet 2. contra Geotes c. 56. *Quæ enim miscentur, oportet ad inuicem alterata esse; quod non contingit nisi in his, quorum est materia eadem, & quæ possunt esse actiua, & passiua ad inuicem* Et in secundo distinct. 17. q 3. art. 1. inquit: *Per mixtionem (sicut ex elementis efficitur mixtum) oportet adesse alterationem competentiam, quia mixtio est alteratorum vnio, vt in primo de Generatione dicitur.*

20 Ratio autem fundamentalis non aliunde desumitur, quàm ex prædictis testimoniis Aristot. & D. Thom. ad hanc tamen formam redacta: nam ad veram, & propriam mixtionem requiritur actio, & reactio miscibilium, ac proinde motua alteratio illorum: ergo quoties non fuerint qualitates contrariæ in miscibilibus, per quas agere, & reagere possint, non poterit esse vera, & propria mixtio. Consequentia ex se patet, antecedens verò probatur.

Tum ex diffinitione mixtioois, scilicet, *illam esse miscibilium alteratorum vnionem*: tum etiam, ex eo quod suprà diximus, & infrà dicemos, scilicet, ad mixtionem requiri, vt miscibilia corrumpantur secundùm suas entitates: quare cùm vnumquodque per se corrumpatur à suo contrario, & miscibilia concurrunt ad talem corruptionem, licet non per modum causatum principalium, fit inde, vt debeant habere contrarias qualitates, per quas mutuò agant.

Dicendum est secundò, liquores diuersæ, aut eiusdem speciei, habemes quxlitates contrarias, ratione quarum valeant ad inuicem agere, & reagere, possunt secundùm se totos vere & propriè misceti. Assertio hæc sequitur ex præcedenti, & ita eam tenent omnes Philosophi, & Theologi pto præcedenti relati.

21 Colligique explicari ex eodem S. Doct. 3. p. quæst 77. art. 8. etenim in ea non loquimur de quacumque infusione vnius liquoris in aliud, sed de ea, quæ est in tanta quantitate, vt vnus liquor possit diffuodi per totum alium: tunc enim si adsint conditiones iam dictæ, dabitur ibidem vera, & propria mixtio, atque adeò corrumpentur liquotes præexistentes; & resultabit quidam tertius, vel specie distinctus ab illis, si ipsi specie distinguebantur; vel solo numero, si prædicti liquores numero tantùm erant distincti 2 quare si liquor adiunctus esset tam paruæ quantitatis, vt non posset perfuodi per totum alium liquorem, tunc non fieret mixtio in toto liquore præexistente, sed secundùm illas partes, secundum quas se intimè penetrabunt, & ad inuicem intersecantur, dummodò ibidem intercedant conditiones ad veram mixtionem infrà assignandæ.

22 Assertio ergo sic explicata probatur ratione ex dictis, & ex Aristot. & D. Thom. text. 89. desumpta, tunc fit vera mixtio inter miscibilia, quando sunt ad inuicem actiua, & habent qualitates contrarias debitè applicatas, & in ea proportione, vt possint ad

inuicem

inuicem destruere dispositiones pro conseruatione cuiuslibet requisitæ; sed hoc multoties potest conuenire liquoribus, siue sint eiusdem, siue diuersæ speciei: ergo non potest esse inter illos vera mixtio. Maior constat ex dictis, & ex dicendis quæst. sequenti magis constabit.

Minor verò quoad liquores diuersæ speciei, non indiget probatione; quoad illos verò qui sunt eiusdem speciei, etiam patet: nam duo vina eiusdem speciei, quorum vnum sit album, & aliud rubrum, possunt habere contrarias qualitates, ac proinde possunt illas habere intensas in ea proportione, vt ad inuicem destruant qualitates conseruatiuas vtriusque, & consequenter tunc generabitur aliud tertium, ne materia maneat sine forma, dabiturque ibidem vera mixtio. Sed hæc amplius quæst. sequenti elucidabuntur, vbi conditiones ad hanc mixtionem requisitas, & in hac probatione implicatas, explicabimus.

§. III.

Solutio argumentorum aliarum sententiarum.

23 AD primum primæ sententiæ, quod qu. præcedenti n.4. adduximus, respondetur ex Arist. in præsenti & D.Thom. lect.25. & in 4. dist.11. quæst.2. artic.4. quæstiuncula 4 experientia illam solùm posse contingere quando non est transactum sufficiens tempus ad hoc; vt fiat illa mixtio. Addde ex eodem S.D. quòd ex aqua, & vino iam mixtis, potest extrahi liquor quidam ipsius vini nondum exactè decoctus, & ideo aquæ similis: hoc forsitè erit, quod Alchimistæ, seu Naturales volunt.

Ad primum secundæ sententiæ, ex testimonio D. Thom. desumptum respondetur S. Doctorem in illo loco ex tertia parte loqui de liquoribus se intime permiscentibus, & secundum partes valde minimas se interfecantibus, non tamen excludit sed potiùs inuoluit, & supponit habere contrarias qualitates, secundum quas ad inuicem agant: & ideo reddens rationem ob quam liquores ita se interfecantes propriè non misceantur meminit qualitatum contrariarum, quas habent posuitque exemplum in duobus vinis contrarias qualitates habentibus: vnde illam interfecationem petiuit vt cõditionẽ ad alterationem vtriusque, vt ita virtus vnius alteri applicaretur; non verò vt rationem adæquatam ad mixtionem.

24 Ad secundum patet ex dictis 6. Physic. disput. 27. num. 26. quomodo, concessa maiori, neganda sit minor: nam via corruptionis, & sub statu indebitæ dispositionis, nihil obest esse formam in materia minori minima: vnde licet demus quod paruo aliquo tempore manerent ad inuicem diuisæ, nihilominus non ideo statim corrumperentur: quare si postea inter se vniantur, poterunt conseruari absque entitatiua earum corruptione, quia pars minor minima vnita aliis partibus conseruatur modo dicto vnà cum illis.

Ad primum pro tertia sententia constat ex his, quæ quæst. præcedenti diximus: nam cùm cœlum, aut alia causa vniuersalis, proportionata sit causa principalis mixtionis poterit mediis prædictis liquoribus vt causis instrumentalibus ipsius corumpere illos, & producere alium numero ab eis distinctum, quia prædicta causa vniuersalis specie differt ab omnibus illis & mediis virtutibus liquorum præexistentium inter se contrariis, mediaque peculiari ipsius influentia destruit dispositiones requisitas ad formas illorum. & introducit dispositionem necessariam ad tertium alium liquorem, vt explicatum est.

Vnde ad formam argumenti negandum est antecedens, quando vna cum similitudine in specie infima stat dissimilitudo in qualitatibus in ea intensione, vt motuo possint agere in se ipsa, destruere mediocritatem requisitam ad eorum conseruationem: ac tandem subordinatur alteri causæ specie distinctæ, quæ aliud tertium individuum virtualiter per modum causæ principalis contineat.

25 Ad secundùm respondetur cum D. Thom. 3. p. qu.77. vbi supra distinguendo sequelam, & negando illam, quoties species illæ non habent contrarias qualitates: secùs verò quando eas habent. & modo iam dicto ad inuicem agunt: tunc tamen mixtum illud religiosè tractandum est quousque certò sciatur factam esse perfectam mixtionem secundùm omnes partes prædictarum specierum. Cæterùm, quia id nequit certo sciri, dum remanent accidentia propria vini, idcirco toto illo tempore valdè religiosè pertractati debet.

Explicatur hoc: etenim species illæ consecratæ habentes contrarias qualitates se ad inuicem secundùm proprias entitates tam formaliter, quàm materialiter sumptas corrumpũt, quippè cùm non possint hæ manere destructis dispositionibus consuetis earum, & ita non mirum, quòd ibi Christi sanguis non maneat.

Cæterùm, si dictæ species sacramentales vini habentes similes qualitates inter se conlungantur, ita vt quæuis earum permadat partes alterius minores minimis, tunc non corrumpuntur secundùm suas entitates materialiter sumptas, sed solùm formaliter ratione diuisæ terminationis, quatenùs illæ species, quæ antea erant diuersæ, & habebant duplicem terminationem, tantùm habent modò vnicam. & ideò manet sanguis Christi sub illis.

26 Et explicari potest hoc ipsum exemplo specierum panis: nam si hostia in duas medietates diuidatur, certum est sub vtraque medietate manere totum Christi Domini, quia entitas cuiuslibet medietatis est eadem materialiter, modo tamen alibi dicto ac antea erat & solùm distinguitur formaliter, & per diuersam terminationem à seipsa: & ita licet hoc modo distinguatur individualiter à seipsa considerata ante diuisionem, potuit totum Christi Domini remanere sub qualibet medietate, quoniam tantùm desinit esse sub speciebus, quamdiu verè corrumpuntur secundùm suam entitatem materialem.

Ad secundam ad confirmationem respondetur ex D.Th. 3 parte vbi supra in solutione ad 3. verum esse vinum infusum in speciebus consecratis nunquam misceri cum sanguine Christi, quippe qui est inalterabilis. Cæterùm cum hoc fiat, vt possit verè, & proprièe commisceri cum speciebus sacramentalibus, si adsint conditiones iam dictæ sub omnibus partibus specierum; & ita desinit esse sanguis Christi sub omnibus partibus specierum, si mixtio illa fiat secundùm illas, & secundùm omnes partes liquoris super infusi.

QVÆSTIO III.

Vtrùm diffinitio mixtionis, scilicet Mixtio est miscibilium alteratorum vnio, sit rectè ab Aristot. tradita.

27 POst quæstionem an est, meritò ad quæstionem, quid est mixtionis accedimus: quia verò hæc manebit decisa, si diffinitionem veræ, & propriæ mixtionis ab Arist. traditam discussetimus. Ideo hæc in præsenti quæstione discutitur.

§. I.

§. I.

Opinio negans.

28. PArtem negantem tuetur Scaliget Exercitatione tertia. Probatur primò, quia ignotum vitiosè per aliud non minus ignotum diffinitur; at vltimum hoc Aristoteles in sua diffinitione commisit: ergo, &c. Maior ex se constat, quia tunc diffinitum æquè manebit ignotum, ac antea, quod est contra totam diffinitionis quæ hoc ipso, quòd talis, debet totam diffiniti explicare. Minor verò probatur, quoniam mixtionem diffinit promiscibile; hoc autem vt constat, æquè est ignotum sicut mixtio.

Secundò, quia in hac modo diffinitione committitur vitiosus circulus: ergo talis diffinitio erit viriosa. Probatur antecedens, quia miscibile diffinitur per mixtionem: ergo si mixtio per miscibilia diffinitur, committitur vitiosus circulus, idémque de primo ad vltimum diffinitetur per seipsum.

29. Tertiò, nam miscibilia corrumpuntur per mixtionem, & aliud tertium mixtum resultat: ergo non possunt inter se vniri per illam. Patet consequentia, nam per id, per quod aliqua corrumpuntur, non possunt inter se vniri, & fieri idem

Quartò: non omnis mixtio est ex miscibilibus: ergo, & cæteta. Antecedens probatur: nam Genesis primo dicitur, quædam animalia facta fuisse ex terra, alia ex aqua, & cætera: at mixta prædicta fuerunt per mixtionem facta, quia sicut calidum fit per calefactionem, ita mixtum per mixtionem: ergo, &c.

30. Tandem, mixtio est quædam substantialis generatio terminata ad formam mixti: ergo non debuit diffiniri per prædictam diffinitionem, sed per hoc quòd sit transitus subiecti à non esse sub forma substantiali mixti ad esse sub illa.

Antecedens ex inferiùs dicendis in hac eadem quæstione constabit, & insuper suaderi potest ex eo, quòd Aristotel. in Praedicamentis, cap de motu, diuisit ipsum in sex species, scilicet generationem, corruptionem, accretionem, & decretionem, alterationem, & motum localem: quare cùm mixtio, quæ est motus quidam, distinguatur à quinque posterioribus, vt ex se constat, & ex dicendis numer. 38. amplius constabit, consequens est, quòd sit generatio quædam substantialis ad formam mixti terminata. Consequentia verò probatur, nam sicut generatio substantialis, vt sic diffinitur per hoc, quòd sit transitus subiecti de non esse ad esse sub forma substantiali; ita peculiatis generatio substantialis mixti debuit diffiniri per hoc, quòd sit transitus à non esse ad esse sub forma substantiali mixti.

§. II.

Animadversiones notatu dignæ.

31. PRo huius quæstionis decisione notandum est, plures requiri conditiones ad veram, & propriam mixtionem, de qua in præsenti: istæ autem desumuntur ex conditionibus miscibilium, quarum prima est, quòd id, quod miscetur, sit separatum ante mixtionem: quam conditionem adduxit Arist. in hoc lib. cap. 10. text. 84. his verbis: *Dicunt quidam, non bene, quia omnia quandoque simul esse dicunt, & mixta esse: non enim omne omni miscibile, sed oportet existere separabile vtrumque mixtorum.* Vbi D. Thom. lect. 24. *Nullum, quod non contingit separari, & per se existere, potest misceri, quia omnia miscibilia primò sunt separata.*

Secunda conditio est, quòd ex miscibilibus aliquod aliud compositum substantialis, scilicet mixtum, generetur; miscibilia autem ipsa corrumpantur, ita tamen, quòd aliquo modo maneant in mixto: cuius conditionis meminit. Aristot. cap. citato text. vltim. dicens: *Manifestum igitur ex his, quæ suas miscibilia: hæc enim neque corrupta esse accesse est, quando mixta; neque adhuc simpliciter eadem esse, quæ priùs* Quæ verba sic explicat Diu. Thom. lect. vltim. *Dictum est, quod ad hoc, quòd sit mixtio, accessorium est, quòd miscibilia non fiat simpliciter corrupta, nec sint simpliciter eadem vt priùs; sunt enim corrupta, quantum ad formas, & remanent quantum ad virtutem.*

Cuius conditionis duplicem rationem reddit idem Philosophus, & D. Th. text. 86. Prima quia mixtio substantialis, de qua in præsenti fit sermo, non est idem quod aggregatio, & compositio ex pluribus, aliqui cœlum, aut elementa compositx ex suis partibus, essent mixta: si autem miscibilia manerent secundùm suas entitates v. g. ex aëre, & aqua, esset mixtum, non tamen quælibet pars eius, scilicet aqua, aut aër rationem mixti haberet ergo ad hoc vt fiat mixtio, debent miscibilia corrumpi, & aliud compositum ex ipsis generari.

Tertia conditio est quòd miscibilia sint mutuò actiua, & passiua, ita tamen vt vnum non nimis prædominetur alteri, sed in ea proportione, & excessu, qui petitur à forma ad quam mixtio illa ordinatur, ac proinde, quæ sufficiat ad vtrumque ex miscibilibus corrumpendum.

33. Hanc etiam conditionem petiuit Arist. cap. citato, text. 89. dicens: *Quando autem potentiis adæquantur æqualiter, tunc transmutatur vtrumque in dominans ex sui ipsius natura: non generatur enim alterum, sed medium commune.* Quæ verba sic exponit D. Thom. lect. 25. *Dicit ergo primò, quando potentiæ miscibilium adæquantur, tunc vnumquodque miscibilium æqualiter dominatur, & vnumquodque ad alterum tanquam ad dominans transmutatur, & vnumquodque ex suipsius natura secundum aliquid transmutatur; nec tamen vno corrupto, aliud generatur, sed fit medium inde commune, quod participat omnium virtutes miscibilium communicantium, &c. Cum autem omnis mixtio naturalis sit propter generationem, non sic sunt intelligenda verba Philosophi, quòd in mixto sit æqualitas virtutum, & potentiarum; neque etiam oportet, quòd ibi sit æqualitas quantitatis ipsorum miscibilium; sed est intelligendum, quòd ibi sit æqualitas proportionis, quam requirit forma rei generandæ, propter quam est mixtio.*

Rationem autem huius conditionis tradidit vtetque loco citato text. 88. nam si vnum ex aliis miscibilibus omnis excederet aliud, tunc non resultaret ex mixtione tertium quoddam compositum à miscibilibus distinctum, sed illud, quod nimis dominaretur

tur alteri, conuerteret illud in propriam substantiam, atque adeò non intercederet ibi vera & propria mixtio, sed pura, & nuda corruptio vnius, & accretio alterius: vnde gutta vini, inquit Philosophus, in mille millibus amphoris aquæ non miscemt, soluitur enim species, & transmutatur in totam aquam.

34. Quarta quòd miscibilia sint ad inuicem diuisibilia, vt vnum possit penetrare partes alterius, & eas intersecare, & è conuerso: cuius conditionis non fuit oblitus Aristot. dum in text. vltimo huius libri inquit, quòd benè determinabilia, & indiuisibilia sunt miscibilia: & D. Thom. ibidem, necnon secundo contra Gentes c. 55. in principio.

Ratio autem illius desumitur, tum ex Arist. quàm ex Angel. Doct. loco citato: nam cùm miscibilia debeant mutuò agere, & patiti, ita vt ex eis fiat mixtio, cuius quælibet pars sit mixta, ac proinde in ea virtualiter maneant miscibilia, oportet, vt priùs inter se misceantur per mixtionem impropriè, & vulgatiter dictam, scilicet, per hoc quòd quodlibet penetret partes alterius, & eas intersecet, & inter se confundantur.

§. III.

Difficultatis nodus iuxta Arist. & D. Thom. mentem resolvitur.

35. His ergo suppositis conditionibus (ad quas, si quæ sunt aliæ, reducuntur) dicendum est optimam esse diffinitionem, quam Aristot. de mixtione tradit, scilicet, *quòd est miscibilium alteratorum vnio*, quam admittit Angelic. Doctor. in præsenti lect. 55. & communiter omnes Philosophi, & ideo ab eis sigillatim referendis abstinendum est.

Nomine autem miscibilium alteratorum, si de propria, & rigurosa alteratione fiat sermo, solùm intelligitur alteratio secundùm proprias virtutes, & qualitates miscibilium: si autem de alteratione impropriè dicta loquamur, tunc innuitur, miscibilia ipsa secundùm substantiam alterari, id est, corumpi secundùm suas substantiales formas, & vniri secundùm materias, & virtutes miscibilium sub vna, & eadem forma substantiali mixti inde resultantis. Quæ omnia eleganter notauit Diu. Thom. in vltimis verbis huius libri, dicens: *Patet etiam, quod mixtio est miscibilium alteratorum vnio, quæ quidem alteratio solum est intelligenda in virtutibus, siue qualitatibus earum; sed si etiam alteratio sumatur impropriè, mixtio est miscibilium alteratorum, id est, corruptorum secundùm formas vnio.*

36. Vnde, quia vtraque alteratio debet intercedere ad veram, & propriam mixtionem, vt ex dictis patet, ideo vtraque in diffinitione innuitur, & ita denotatur mixtionem esse vnionem materiæ miscibilium priùs verè, & propriè secundùm virtutes alteratorum, deinde verò secundùm formas substantiales corruptorum, sub vna: & eadem forma substantiali tertij alterius mixti inde resultantis: ita tamen, vt secundùm virtutes suas etiam vniantur, quatenus illæ, quæ à diuersis essentiis, & principiis dimanabant, iam tunc in vno, & eodem principio, & subiecto vniantur.

Vnde, ideo inter alia addita est illa particula, Alteratorum, vt denotetur, quòd si de alteratione propria loquimur miscibilia non vtcumque vniuntur in mixto, sed etiam vt alterata, id est, secundùm eas qualitates, secundùm quas alterata sunt: aliòquin (vt supra dicebamus) non intercederet ibi vera mixtio, sed pura, & nuda corruptio: si verò de alteratione impropria, scilicet corruptione, fiat sermo, tunc vniuntur secundùm materias, secundùm quas corruptioni subsunt, quia secundùm istam rationem non aliter vnibilia sunt. Cæterùm, quia in præsenti non de mixtione in facto esse, sed in fieri præcipuè fit sermo, ideo non de vnione in facto esse, sed in fieri potissimè etiam loquimur.

37 Assertio ergo, sic explicata, probatur tatione ex Aristot. & D. Thom. locis citatis desumpta, quæ sub hac forma potest proponi: omnes conditiones ad veram mixtionem requisitæ in hac diffinitione, obtentur, & perspicuè traduntur: ergo erit optima. Consequentia patet. antecedens verò probatur, & explicatur: nam hoc ipso, quòd in diffinitione innuatur, miscibilia debere priùs alterari, quàm vniantur, apertè significatur prima conditio ad mixtionem requisita, scilicet, miscibilia debere ante mixtionem esse separata, & hoc ipso quòd iuxta explicationem S. Doctoris dicatur, miscibilia propriè alterari, corrumpi, ac tandem vniri, scilicet secundùm materias, & virtutes eorum sub vna forma substantiali mixti, denotatur tum secunda conditio, quæ hæc omnia exposcit, vt intuenti patebitur tertia, scilicet quod sint actiua in proportione, & excessu ibidem explicato; sin minus (vt ibidem dicebamus) non resultaret ex tali actione & passione tertium aliud mixtum corruptis miscibilibus, sed vnum in se conuerteret aliud.

Tandem eo ipso, quòd hæc in diffinitione tradantur, innoluitur ibidem vltima conditio, scilicet illa approximatio, intersecatio, & confusio miscibilium vt ita possint inter se agere, & reagere, se corrumpere, & tertium aliud mixtum resultare, quandoquidem, vt suprà innuebamus, de ratione mixti est, vt quælibet pars eius sit mixta, & ad hoc necessariò deideratur prædicta illa penetratio, & confusio miscibilium inter se.

38 Confirmatur ratione, quam idem Aristot. & Angel. Doct. cap. 10. iam citato innuunt: nam per ea, quæ in hac diffinitione continentur, differt ab omnibus aliis motibus, seu mutationibus mixtio, quas ex Arist. in hac disp. n. 30. recensuimus: ergo prædicta diffinitio erit legitima. Consequentia non indiget probatione. Antecedens autem probatur: nam in primis differt à generatione & corruptione purè & nudè consideratis; quia generationis principia tantum sunt materia, forma, & priuatio: mixtio verò vltra hæc requirit miscibilia priùs alterata in mixto: à corruptione verò, quia corruptio per se terminatur ad non esse: mixtio verò ideo est miscibilium alteratorum vnio sub eadem forma ab illis distincta, quia ad esse formæ (modo iam dicto) terminatur; & licèt per eam peteant miscibilia quoad substantiam, manent tamen quoad virtutes; quod non contingit in eo, quod corrumpitur, ac tandem ab aliis mutationibus, scilicet accretione, diminutione, alteratione, & latione, quia id, quod accrescit, aut decrescit, alteratur aut mouetur localiter, manet secundùm suam substantiam post prædictas mutationes: id autem, quod miscetur, non sic manet, quia mixtio est miscibilium secundùm formas substantiales corruptorum vnio: ergo, &c.

39 Nec refert, si contra diffinitionem hanc sic explicatam, & confirmatam obiicias, tum, quod si omnia hæc in illa latitant, satis est obscura, ac proinde à legibus bonæ diffinitionis non patum deviat: tum etiam, quia illa particula, alteratorum, sumpta, tam pro alteratione vera, quàm pro corruptione substantiali, est acceptio illius, tam secundùm alterationem propriè, quàm impropriè sumptam: idem autem non potest simul propriè, & impropriè accipi.

Non itaque hoc refert: tum quia omnia prædi-

act

ta sufficienter in diffinitione tradita innuuntur: tum etiam, quia in diffinitione non dicitur mixtio miscibilium, vt alteratorum vnio, sed miscibilium alteratorum vnio: & ita satis denotatur vniri, tam vt alterata, quam ea, quæ alterantur, atque adeò alterationem illam esse corruptiuam, vt ita possint per illam, tam secundùm qualitates, quàm secuodùm aliquid substantisle, scilicet materiam vniri, & ita sufficienter ibi denotatur sumi, provt actualiter includit, tam acceptionem proprtam, scilicet vetam alterationem, quàm improprtam, nimirum corruptionem substantialem: nam licèt vnum, & idem, vt determinatè, & præcisè accipitur secundùm significatum improprium, non possit accipi secundùm significatum proptium illius, nihilominùs potest accipi secundùm rationem communem, & analogam includentem vtramque significationem; saltim quando illa duo significata sunt inter se pet se conoeaa, vt in presenti contingie.

§. IV.

Respondetur argumentis prioris sententiæ.

40 AD ptimum, concessa maiori, neganda est minor, & ad probationem dicendum est, priùs diffiniuisse Aristotelem miscibile, quàm miationem, & ideò illo iam eaplicato, potuit optimè miatio per prædictum miscibili diffiniri. Sed circa hæc videantur ea, quæ in simili dicta sunt in Logica disp. 15. n. 7. & 8. quemibus.

Ad secundum, negandum est antecedens, ad cuius probationem negandum etiam est, Aristotelem diffiniisse miscibile per miationem, quia potiùs illud explicuit per conditiones iam enumeratas.

Ad tertium patet ea dictis, negandam esse consequentiam: & ad probationem respondemr solùm conuincere miscibilia non vniri inter se secundùm formas substantiales, secùs secundùm materias, & virtutes eorum, quæ in miato maneot. Cæterùm, cùm dicimus vniri secundùm materias, debet hoc intelligi de vnione terminata, non ad qualemcumque vnitatem materialem, sed ad vnitatem earum per identificationem, iuata ea, quæ disput. 5. n. 48. & sequentibus diaimus: cùm verò addidimus, vniri secundùm suas virtutes, non debet ita intelligi, vt tales virtutes maneant eædem secundùm numerum, sed secundùm speciem, vt disp. 3. n. 5 a. & deinceps ostendimus.

41 Ad quartum, negandum est antecedens: & ad probatimnem dicendum est, quòd si prædicta animalia solùm fuemnt facta ea terra, aut aqua putè elementalibus, non fuerunt producta pet miationem propriè dictam, sed per putam generationem, quia ad miationem propriam requiuntur miscibilia. Nec contra hoc obest probatio ibidem adducta: nam concessa maiori, neganda est minor ea eo, quòd ad rationem miati satis est, quòd constet forma substantiali peteote pro dispositiooe temperiem quatuor primarum qualitatum, ratione quarum virtualiter elementa in eo maneant; & miatum ipsum vtroque modo, scilicèt per miationem, & putam generationem potest fieri: vnde sicut calidum potest produci per diuersas specie actiones, ita mixtum valebit effici per multiplicem actionem, modo statim dicendo, diuersam.

Adde tamen, loco Geneſis in argumento telato, non colligi solam aquam, aut terram esse io prædictis animalibus secundùm suas virtutes, sed ideo dici facta ex terra, aut aqua, vel quia ea materia eorum elementorum fuerunt producta à Deo, vel quia maiorem conuenientiam habent cum his elementis,

Sed circa hoc videatur D. Thom. in 2. dist. 15. q. 2. art. 2. vbi inquit: *In omnibus animalibus deminat terram & aquam, secundùm quantitatem, & materiam, quia nimirum in eis est multum de materia, & quantitate: secundùm virtutes autem & qualitatis, magis dominatur in eis alia elementa, nempe ignis, & aer: quia illorum elementorum virtutes sunt calor, & humiditas: vita autem animalis consistit in calido, & humido.*

42 Ad vltimum dicendum est, mixtionem proptiè sumptam, non vtcumque dicere substantialem generationem, sed cum conditionibus iam dictis, & ita saltim materialiter à puta, & nuda generatione differt secundùm quod de materiali prædictas conditiones connotat; hic autem non diffinitur vtcumque mixtio, sed vt saltim modo dicto distincta à generatione, & ideo non debuit alia diffinitione quam iam tradita, diffiniri.

QVÆSTIO IV.

An miscibilia maneant virtualiter in mixto, ex eo quòd forma illorum virtuali, & eminenti modo in eo contineantur; an verò ex eo, quòd solùm secundùm suas qualitates in eo permaneant?

43 IN quæst. titulo aliqua vt certa supponimus, & aliquid in dubium vocamus. Supponimus enim primò, miscibilia non posse manere formaliter secundùm suas entitates substantiales in miato; tum, quia id ea dictis quæst. præcedenti constat; tum etiam, quia iam vna & eadem materia, Infotmaretur forma substantiali miscibilis, & iosuper forma substantiali miati, cum miatum componatur ex materia cuiusuis ea miscibilibus.

Supponimus secundò, miscibilia manere virtualiter in miato: nam vt ex his, quæ præcedenti quæst. asseruimus, constat, miscibilia debent aliquo modo manere in miato; alioqui miatio non esset miscibilium vnio: quare cùm miscibilia non maneant formaliter, & secundùm suas entitates substantiales in illo, oportet vt virtualiter in eodem miato permaneant. Quare quod in dubium vocamus, tantùm est, an miscibilia maneant virtualiter in miato ea eo quòd formæ miscibilium contineantur virtualiter, & eminenter in illo: an verò ex eo quòd tantùm secundum qualitates suas in eo permaneant: quia verò permanentia hæc miscibilium in miato, sulet peculiariter elementis, ea quibus omnia miata coalescunt, adaptati, ideò quæst. hanc quoad illa, maioris claritatis gratia, solùm discutiemus, & quidquid de illis diaerimus debet etiam de aliis miscibilibus, proportione seruata, intelligi.

§. I.

Adducuntur duo dicendi modi.

44 SCOTUS in 2. distinct. 15. q. vnica, §. sed tamen, Gregot. & Gabriel. distinct. 16. Ægidius 2. de Generat. text. 48 tenent, elementa ideò permanere virtualiter in miato, quia forma substantialis Illius continet virtualiter, & eminenter formas elementorum ad eum modum, quo anima rationalis virtute continet sensitiuam, & vegetatiuam, probatique potest.

Primò, quia mixtum, vt præintelligitur quatuor primis qualitatibus, dicitur componi aliquo modo ex elementis: ergo elementa in illo prioti, manent virtualiter in illo; etgo ea tatione dicentur in illlo priori virtualiter permanere, quia forma substantialis mixti virtualiter illa continet. Hæc secunda consequentia ex priori apertè sequitur: quia non apparet alia ratio illius permanentiæ virtualis elementorum, quæ in illo priori datur, nisi prædicta virtualis continentia, qua forma mixti ea continet: priot verò ex antecedenti deducitur: quia nequit mixtum componi aliquo modo, scilicet virtualiter eminenter ex elementis, quin ipsa virtualiter in eo maneant. Antecedens autem etiam constat, quia mixtum in illo priori verè habet rationem mixti, quippè quod in illo priori immediatè ad accidentia est corpus, & non simplex, ac proinde debet esse mixtum: ergo in illo priori verè componitur ex miscibilibus, scilicet ex elementis.

45 Secundò, quia elementa non manent virtualiter in mixto, ex eo quòd permanent accidentia, & virtutes earum in illo: ergo quia forma substantialis eorumdem virtualiter continetur in forma substantiali mixti. Consequentia patet, quia elementa solùm possunt permanere virtualiter in mixto, vel ratione suarum virtutum accidentalium, vel ratione suæ entitatis, & formæ substantialis, virtualiter ibidem permanentis, quia permanere secundùm propriã materiã, non est proprium rei miscibilis. Antecedens autem probatur, quia virtutes accidentales elementorum pereunt adueniente misto, vt suprà disp. 3. num. 52. diximus, ex eo quòd subiectantur, non in materia prima, sed in toto elemento: ergo ratione permanentiæ illarum, non potest dici, quòd elementa maneant virtualiter in mixto.

Nec refert, si dicas, remanere alia, quæ sint eiusdem speciei, & hoc satis esse ad prædictam permanentiam. Nam contra hoc est, quòd sola successio vnius individui post aliud non est satis ad hoc, vt vnum dicatur virtualiter permanere in illo: sicut sola successio vnius speciei post aliam, non sufficit ad hoc, vt vna dicatur virtualiter permanere, & componi ex illa: & ideò licèt post formam viuentis sequatur forma cadauetis, non ideò illa virtualiter in hac continetur, aut cadauer ex homine, alliquo modo componitur.

46 Tandem, quia si ad hanc permanentiam elementorum in mixto, sufficeret, quòd qualitates, seu virtutes accidentales illorum in eodem permanant; sequeretur elementum aliquod posse habere rationem mixti; hoc autem est falsum, vt constat: ergo, & cæt. Sequela probatur, quia quando aqua ea fit ab igne, habet quatuor qualitates elementorum, quippè cùm ab igne recipiat calorem, & siccitatem; & ipsa ex se habet frigiditatem, & humiditatem: ergo si permanentia virtutum accidentalium elementorum est satis ad hoc, vt elementa dicantur virtualiter permanere ibidem, permanebunt vtique elementa virtualiter in aqua, ac proindè ipsa erit corpus mixtum, in hoc enim solum modò elementa virtualiter manent.

47 Secunda sententia asserit elementa manere virtualiter in mixto ratione cuiusdam qualitatis ex eisdem deriuatæ: hanc tamen non esse qualitatem quandam formaliter compositam ex quatuor primis qualitatibus atremperatis, & ibidem formaliter permanentibus, sed aliam simplicem inde resultantem virtualiter tantùm multiplicem inde, virtualiterque qualitates elementorum continentem. Ita Albertus Mag. 2. Phys. tit. 2. c. 1. Durandus 2. quæst. Prolog. n. 29. & in 4. dist. 12. q. 3. Gregorius in 1. dist. 17. quæst. 3. art. 3. Iabellus 8. Meth. q. 4. Sonzin. 10. Met. quæst. 27. Heruæus tract. de pluralitate formarum. Sententia hæc quoad priorem partem, scilicet elementa manere in mixto ratione qualitatum, patebit ex dicendis num. 52. & deinceps; quoad posteriorem verò.

Probatur primo testimonio. Aristot. text. 48. vbi pet mixtionem calidi & frigidi humidi & sicci, ait generati mixtum, quod quasi medium est inter eadem extrema, nempe inter calidum & frigidum; neutrum tamen extremorum: ergo sentit mixtum non esse calidum, neque frigidum formaliter, sed habere temperamentum quoddam medium, nempe qualitatem superiorem virtute continentem calorem, & frigus.

48 Secundò probatur ratione, sicut se habent formæ substantiales elementorum ad formas substantiales mixtorum, ita se habent eorundem qualitates inter se; sed corruptis formis substantialibus elementorum, loco illarum succedit in mixto vnica, & simplex forma substantialis eis æquiualens; ergo etiam corruptis qualitatibus ipsorum, quippe quæ subiectabantur in ipsis, succedit loco ipsarum simplex quædam qualitas illis æquiualens, & ab eis distincta.

§. II.

Reiicitur vtraque opinio.

49 NEutra tamen ex bis sententiis discipulis D. Thom & aliis num. 52. referendis, nec nobis etiam placet: & ideò contra primam atquit Caietanus 1. p. q. 76. art. 4. §. in responsione ad 4. ratione quam innuit D. Thom. ibidem, & q. 91. art. 3. ad 1. & de potentia q. 3. art. 11. ad 1. quæ potest ad hanc formam reduci. Nam forma continens virtualiter, & eminenti modo formam inferioris rationis, potest esse principium exercendi operationis illius perfectioti, & excellentiori modo, quàm illa, sed forma mixti non potest esse principium exercendi operationes elementorum perfectiori modo, quàm formæ elementorum: ergo non potest illas continere virtuali, & eminenti modo. Maior patet in anima nostra, quæ est principium exercendi operationes vegetandi, & sentiendi perfectiori modo quàm anima vegetatiua, & sensitiua: quia vtramque virtualiter, & eminenter continet, & sic de aliis. Minor verò probatione non indiget, cùm experiamur mixtum multo imperfectiùs calefacere, aut humectare, quàm elementa, imò vt n. 57. dicemus, valde probabile est, quòd solùm exercent has operationes in virtute elementorum, à quibus calorem, & humiditatem participant.

Contra secundam verò sententiam obstat, esse in primis contra Arist. & D. Thomam, quòd in mixtis non remaneant formaliter quatuor primæ qualitates elementorum ad mediocritatem reductæ, sed solum qualitatem illam simplicem ex eis resultantem & virtualiter illas continentem. Contra Arist. quidem: nam 4. Mercorum cap. 1 inquit, quod per putrefactionem calor soluitur à proprio humido, & sic restat siccitas, at si in mixtis non darentur æqualitates formaliter, sed solùm vna, & eadem virtualiter illas continens, non posset separari calor ab humiditate: ergo, &c.

Item, secundo de Anima text. 123. & 124. petit ad debitam dispositionem organi sensus talem harmoniam qualitatum, vt à vehementi sensibili non lædatur; harmonia autem non potest consistere in simpli-

ci

plici qoalitate. Et secundo de partibus animalium c. 1. ioquit, in viuente esse compositiooem quatoor qualitatum primarum: si aotem istæ solùm continerentur virtualiter in aliqua qualitate simplici, oon posset esse ibidem compositio.

50 Contra D.Thom. verò tum 2. Meteorotom, & 2. de Anima locis citatis: tum etiam 1.p q. 76. art. 4. ad 4. & q. de anima art. 9. ad 10. & de malo q. 5. art. 5. ad 6 vbi inquit, quòd contrariæ qualitates io eotpote mixto regolantur, & conseruantur, ne se inuicem cottumpant per formam substantialem; si autem noo essent ibi formaliter quatuot primæ qualitates, sed sola illa simplea, & virtualis, nec esset ibi contrarietas; oec necessitas huius tegolationis, & conseruationis.

Et deinde hoc ipsum potest efficaciter falsitatis conuinci ratione desumpta ea Arist. 7. Metaph. & ex D. Thom. ibidem lect. 3. & 1. part. q. 72. art. 1. & 3. p. q. 4. art. 2. quia alias mixtum non esset à se ipso passiuè, & actiuè corruptibile; hoc autem est contra omnes Philosophos, quandoquidem homo, verbi gratia, habet iotta se ipsum actiuum, & passiuum principium suæ corruptionis: ergo, &c. Sequela patet, quia ideo est hoc modo corruptibile, quia componitur ea coottatis motiòo inter se ageotibus & reagentibus donec ex hac actione, & reactione dissoluatur dispositio ad formam miati requisitam: at si in eo oon remanerent formaliter qualitates actiuæ, & inter se contrariæ, oon constaret ea contrariis, oec haberet in se prædicta principia corruptionis, eùm eadem qualitas sibi non aduectetur, nec se ipsam per se destruat: ergo, &c.

51 Tandem contra eandem sententiam vrget ratio, quam idem Aristot. & D. Thom. c. 10. huius libri æqualiter ionuunt, scilicet oihil posse remanere in aliquo virtualiter, oisi ratione alicuius, quod sit proprium ipsius (vt ex terminis ipsis constare videtur) at prædicta qualitas simplex noo est propria elementorum: ergo, ratione illius non permanebunt in mixto.

Nec refert, quòd prædicta qualitas (si esset) resultaret ex positioue primarum qualitatum, quia non resultaret ex illis, vt subordinantur elementis, sed ex eisdem, vt subordinantur mixto, & ideò non est reducenda in elementa, sed in miatum, sicut ob haoe tationem albedo & nigredo non suot propriè qualitates elemeotorum, sed mixti, licèt non fiant, nisi positis primis qualitatibus ad medioeritatem redactis.

§. III.

Vera Arist. & D. Thomæ sententia.

52 His ergo reiectis dicendi modis, dicendum est, elementa manere virtualiter in mixto, quia maoent in illo quatuor primæ qoalitates ad medioeritatem redactæ, scilicet ealor, frigiditas, bumiditas & siccitas, quæ sunt ptopriæ virtutes eorum: hæc est Arist. in hoc lib. cap 10. text. 84. & vltimo, vbi etiam D. Thom. vt oum. 50. vidimus, & 1 part. q. 76. art. 4. ad 4. his verbis: *Et ideo dicendum est secundum Phil. in 1. de Generat. quod forma elementorum manent in mixto, non actu, sed virtute: manent enim qualitates propriæ elementorum, licet remissæ, in quibus est virtus formarum elementarium.*

Et opusculo 53. in fine his verbis: *Qualitas autem corporis simplicis est quidem actus formæ substantialis ipsius; sagn tamen in virtute formæ substantialis: sic igitur virtutes formarum substantialium simplicium corporum saluantur in corporibus mixtis: sunt igitur forma elementarum in mixtis non actu, sed virtute: & hoc est quod dicit Phil. in 1. de Generat.* Et tandem hoc ipsom docet in 2. dist. 30. quæst. 2 art. 1. 2. contra Geotes cap. 55. de potentia, q. 5 art 7. 9 de Anima. art. 9. ad 10. quodlib 5. quæst. 4 art. 1. ad 3. quem vnà cum Arist. sequuntur Capreol. in 2. dist. 30. q. 1. ad primum contra primam concl. Caiet. 1. 2. q. 112. Philoponus 1 de gener. text. 43. Ægid. ad text. 48. & 49. Vallesius lib. 1. Controu. Medicarum cap. 6. Toletus 1. de Generatiooe q. 18. Coimbr. c. 10. q. 4. art. 1. Bañez ibidem q. 3. Rub. tract. de mixtione à nu. 45. vsque ad 58 & alij, quàm plures.

53 Deinde probatur, & explicatur assertio ratione, quam ex parte innuit D. Thoio. 1. p q. 44. art. 1. io corp. & ad primum, 2. contra Gent. c. 13. & opus. 3. cap. 124. in fine, & alibi sæpè. Nam qualitates elementorum in eis residentes, & aliæ quælibet ab eis derivatæ, & eiusdem speciei cum illis, sunt virtutes proprie eorum, per quas vbicunque tales qualitates fuerint, operantur: ergo si maneor formaliter in mixto (vt probatum est) manebunt etiam elementa virtualiter in eodem mixto. Patet consequentia: nam remanere aliquid in aliquo virtualiter, denotat inter alia, quòd remaneat ibidem secundùm propriam virtutem ipsius, per quam operatur. Antecedeos autem quoad priorem partem, scilicet quoad qualitates in elementis, vt in igne coonaturaliter residens, noo indiget probatione; quoad exteras autem ab eodem igne derivatas, & specie cum eisdem coouenientes, probatur: oam vbicumque fuerit, v g calor ab igne derivatus, tribuetur igni calefactio ab eo calore procedens tanquam causæ præcipuæ operanti per illum, ea eo quòd omne illud, quod est tale per participationem, operatur in virtute eius, quod est tale per naturam: ignis autem est formaliter calidus per naturam, cætera verò calida ab igne derivata, sunt calida ab eodem igne.

54 Confirmatur ex doctrina eiusdem S Doctoris 8. Phys. disp. 13. num. 44. deducta: oam ex eo quòd Deus est ipsum esse per naturam, & creatura solùm habet illud per participationem, nequit creatura attingere esse aisi in virtute Dei, & ad summum solùm attingat illud principaliter, vt est determinatum, & modificatum ad tale esse, v. g. equinum, atque ita respectu illius, saltim secundùm se consideratæ, habet Deus rationem causæ principalis ptoximæ: ergo quia ignis est calidus per naturam, & alia calida derivata ab ipso sunt calida per participationem ab illo, non poterunt produoere calorem, oisi io virtute igois, ipsèque erit causa principalis calefactionis ab eisdem procedentia saltim secoodùm se sumptæ (vt statim magis explicabitous) & vt non est modificata ad esse calefactionis imperfectæ, & restrictæ: ergo sicut Deus manet virtualiter in virtute illa, per quam creatura mouetur ad producendum esse: ita ignis manebit virtualiter in mixtoratione caloris ab eo derivati, per quem mouetur ad producendum aliud calidum.

§. IV.

Responsa argumentorum vtriusque sententiæ.

55 Ad primum pro prima sententia, concesso antecedenti iuxta supra dicta, neganda est vtraque consequentia intellecta: vt vult Scotus, de continentia virtuali, quæ sic talis, qualis est continentia animæ vegetatiuæ & sensitiuæ, in rationali, quia ad hoc vt inatum in illo priori habeat rationé mixti, satis est quòd petis connaturaliter qualitates elemento

mentorum ad mediocritatem redactas, ita vt licèt istæ posteriores in genere causæ efficientis, sint tamen priores in genere causæ materialis, modo tamen superiùs explicato.

4 Ad secundum negandum est antecedens, & ad probationem concesso antecedenti, neganda est consequentia, quia satis est, quòd licèt dicta accidentia sint numero distincta, & solùm specie conueniant cum qualitatibus residentibus in elementis, nihilominùs maneant in mixto per modum virtutum elementorum illisque vt agenti præcipuo subordinatæ sint. Vnde nihil obest Impugnatio contra solutionem ibidem data: quia non quælibet successio vnius post aliud sufficit ad permanentiam rei, quæ petit, in ea quæ manet: sed insuper desideratur, vt id, quod remanet, remaneat per modum virtutis alterius, atque adeò illi per modum agentis principalis subordinata.

56 Nec refert, si obiicias calorem & cæteras alias qualitates elementales ad mediocritatem redactas esse connaturales mixto per modum virtutis illius: ergo mistum erit, quod principaliter per illas operetur. Patet consequentia, quia vnumquodque operatur per modum causæ principalis per qualitates actiuas sibi connaturales.

Non itaque hoc refert; nam inde ad summum concloditur, calefactionem procedentem à misto, quatenus refracta, & imperfecta est, subordinati illi, vt causæ principali, quia calet solum, vt refractus, est illi connaturalis; non verò quod eadem calefactio secundùm aliam rationem magis superiorem, scilicet secundùm suam substantiam, & vt procedit à calore illo, quatenus est quædam participatio prædicti ignis iuxta 2. Physic. disput. 10. quæst. 5. & 6. subordinetur alteri præterquam eidem igni à quo talis calor processit.

Nam enim est inconueniens, vt vna, & eadem actio proueniat à duplici agente particulari, dummodo attingant illam sub duplici ratione inter se subordinata, licet vtraque contineatur intra lineam rationum correspondentium agentibus particularibus, & ideò primus actus voluntatis Angelicæ processit à Deo, vt à causa particulari, ob idque talis actus non potuit esse peccaminosus, & idemmet processit à voluntate Angelica, vt à causa etiam proxima, quia fuit actus vitalis ipsius, quamuis à Deo processerit, vt habet se ad instar proprietatis voluntatis Angelicæ, ab Angelo verò, vt fuit actus vitalis ipsius.

57 Adde, posse etiam dici, quòd primæ qualitates secundùm suam substantiam (vt sic dicamus) consideratæ, sunt connaturales elementis; vt eis quibus primò, & per se, ac per naturam conueniunt: mixtis verò, vt eis, quibus per se secundò, & per participationem ab elementis competunt. Ad hoc autem, vt aliquid per qualitates ordinis naturalis, & sibi connaturales operetur per modum causæ principalis, requirit non quæcumque connaturalitas, sed illa, per quam qualitas secundùm suam substantiam considerata, ei per naturam conuenit: nam posterior connaturalitas ad summum tribuit subiecto habenti prædictam qualitatem, vt sit agens, *quod* connaturaliter illa vtens, non verò quod sit agens præcipuum respectu actionis ab ea procedentis.

Ad tertium, neganda est sequela, & ad eius probationem dicendum est, non qualemcumque permanentiam virtualem vnius, ad plurium elementorum in alio sufficere ad rationem mixti, sed insuper desiderari permanentiam virtualem eorum, & vnionem virtutum elementalium in vno & eodem communi principio, à quo aliquo modo connaturaliter fluant; hoc autem non inuenitur in aqua illa (vt ex se constat) & ideo non habet rationem mixti.

58 Ad primum pro secunda sententia respondetur cum D. Thom. ibid. Aristot. solùm velle, quòd mixtum sit simul calidum, & frigidum, &c. in debita proportione, non verò frigidum: aut calidum solummodò: atque adeò verificabitur esse medium inter eadem extrema, & neutrum extremorum, quatenus inter hoc, quod est aliquid esse solummodo calidum, aut solummodo frigidum, &c. medium hoc, quod est esse modo dicto simul calidum, frigidum, humidum, ac siccum, quod complexum à singulis extremis est distinctum.

Ad secundum dicendum est, formas substantiales & earum dispositiones, non debere proportionari in hoc, quod sicut forma substantialis est simplex, ita etiam dispositio: alioquin ad formam substantialem, v. g. ignis non desideraretur duplex qualitas, scilicet calor, & siccitas. Ratio autem, ob quam pluribus formis elementorum succedit vnica forma substantialis, facilè redditur ex dictis: nam cùm mixtum sit vnicum secundùm speciem, debeatque constare ex materiis elementorum, debet vnitas tantum, formam simul cum prædictis materiis inter se vnitis, vel identificatis habere: at verò cum qualitas illa simplex, & virtute continens qualitates, non sit propria elementorum, non poterunt ratione illius in mixto virtualiter permanere. Et hæc de hac quæstione, & toto primo libro præsentis operis.

LIBER SECVNDVS.

De Generatione, & Corruptione.

BREVE PROOEMIVM.

1 POSTQVAM Aristotel. in primo lib. egit de generatione, & corruptione corporum in communi, necnon & de aliis motibus eisdem annexis; nunc in hoc secundo libro de generatione, & corruptione in speciali, scilicet elementorum disserit: eam sicut elementa inter corpora generabilia & corruptibilia sunt prima, & ideo ex eis fiunt alia corpora mista, in illaque resoluuntur: ita peracta iam disputatione de generatione, & corruptione in communi, acturus Aristotel. in aliis Philosophiæ libris, de prædictis mutationibus in particulari, metitò à generatione, & corruptione corporum simplicium, nimirùm elementorum, in hoc secundo libro exordium sumpsit.

SVMMA TEXTVS totius libri.

2 LIbet iste vndecim, complectitur capita: in primo inchoat Philosophus disputationem de elementorum generatione, & corruptione, agitque de materiali principio illarum, rum, & circa hoc varias antiquorum sententias refert. In secundo de principio formali, & proximo elementorum, quatenùs tangibilia, atque actiua, & passiua sunt, disserit: enumeratquæ

que varias contrarietates tangibilium qualitatum, & tandem explicat quænam ex his actiuæ; quænam passiuæ sint in tertio numerus elementorum stabilitur, propriæque singulis elementis qualitates assignantur: in quarto ostenditur, quomodo elementa habentia, vel non habentia qualitates symbolas, ex se mutuò generentur. In quinto ostendit subiectum generationis, & corruptionis elementorum, non esse aliquod corpus actu existens, siue illud sit elementum, siue aliquod medium inter elementa, & cætera corpora. In sexto arguit Empedoclem, asserentem elementa nunquam ad inuicem transmutari. In septimo & octauo agit de generatione compositorum ex elementis: ostenditque elementa ad generationem omnium mixtorum concurrere. in nono agit de causis generationis & corruptionis statuens tres esse concedendas necessariò, scilicet materialem, formalem, & efficientem. In capite decimo specialiter de causa efficienti generationum, & corruptionum, statuens illam maximè esse motum solis per Zodiacum. Et tandem in capite vndecimo ostendit generationes, & corruptiones esse perpetuas, non secundùm lineam rectam, sed reflexam, & circularem; ita scilicet, vt ab eodem procedant, & in illud idem reuertantur, vt patet in generatione nubium, & pluuiarum: quia si nubes sunt, oportet pluere: si pluit, oportet iterum nubes esse: & si rursus nubes fuerint oportet pluuias esse, & cætera.

DISPVTATIO X.

De Elementis, & eorum qualitatibus.

3 VT ea, quæ de generatione, & corruptione elementorum dicenda sunt, melius capiantur, oportet aliqua de illorum natura qualitatibus prius tradere; & ideò disputationem istam ad hæc explicanda statuimus.

QVÆSTIO I.

Quid sit Elementum?

4 NOmine elementi non intelligimus elementum in ampliori sua significatione, vt comprehendit quæcumque prima rei principia, sed prout abstrahit ab his mundi elementis, quæ communi ore circumferuntur, scilicet igne, aëre, aqua & cæteris; quia verò prædicta elementa in rerum natura esse constat, & id amplius ex sufficienti diuisione elementi in prædicta quatuor, quæstione sequenti adducenda constabit: ideò quæstione *an sint* relicta, meritò à quæstione *Quid est?* exordium sumpsimus.

Elementum autem sic sumptum diffinit Aristoteles in 3. de Cœlo cap. 3. text. 31. dicens: *Sit igitur elementum corpus, ad quod alia corpora diuiduntur inius existentia potentia, aut actu; ipsum autem sit indiuisibile in altera specie.* Quam diffinitionem admittit D. Thom. ibid. eamque innuit 5. Metaph. lect. 4. quos communiter sequuntur omnes Philosophi.

Per illam ergo particulam *corpus* loco generis positum conuenit elementum cum aliis corporibus, & simul excludunt à diffinitione elementi strictiùs sumpti, de quo in præsenti materia, forma priuatio, & alia principia cuiusuis rei siue naturalis, siue artificialis, nam omnia hæc non habent extionem corporis de prædicamento substantiæ, id est compositi ex materia, & forma substantiali, de quo in præsenti fit sermo: vnde D. Thom ibidem inquit *Vniuersalia elementa sunt materia, & forma, vt patet in primo Physicorum, quæ tamen non sunt corpora; hic autem intendit Philosoph. de elementis, quæ sunt corpora.*

Dicitur deinde, *Initus existens potentia, aut actu.* Quia de ratione elementi est, quòd existat, siue actu, siue potentia in eo cuius est elementum: vnde D. Th. loco citato ex 5. Metaphysic. sic inquit: *De ratione elementi est, quod sit inexistens, sine intra, secundum quod differt elementum ab omni eo, ex quo fit aliquid sicut ex transeunte; sine sit principio aut contrarium, elementa enim oportet manere in his, quorum sunt elementa.*

Additur tandem, *Ipsum autem est indiuisibile in altera specie.* Per quod elementum distinguitur à mixtis, cum quibus in extione corporis conueniebat: hæc enim quia ex elementis fiunt, possunt in illa diuidi seu resolui, & ita sunt diuisibilia, seu resolubilia in diuersa secundùm speciem, nempe in elementa; at verò ipsa elementa, quia suot corpora simplicia, ex quibus tanquam ex primis corporibus fit & componitur mixtum, non sunt vltra resolubilia, aut diuisibilia in alia corpora specie diuersa.

5 Vnde D. Thom loco citato ex 5. Metaphysic. inquit: *In corporibus naturalibus, in quibus etiam dicimus elementa quærendam, illa dicuntur corporum esse elementa, in quæ vltimò resoluuntur omnia corpora mixta & per consequens, ex quibus primò componuntur huiusmodi corpora: ipsa autem corpora, quæ elementa dicuntur, non diuidantur in alia corpora specie differentia; sed in partes consimiles, sicut qualibet pars aquæ, est aqua.*

Diffinitio autem sic explicata potest ratione ex Aristot. loco prosimè relato, & D. Thom. ibidem ostendi, nam cætera alia elementa, vt literæ respectu vocis sunt id, ex quo componitur vox, & in quod resoluitur: ipsæ autem literæ non sunt vlterius resolubiles in diuersa secundùm speciem: ergo etiam elementa corporum erunt corpora illa, ex quibus cætera alia componuntur & in quæ resoluuntur, ita vt ipsa non sint vlterius in diuersa secundum speciem corpora resolubilia. Antecedens ex se constat, consequentia verò ex partate extionis liquet.

6 Nec obstat, si contra diffinitionem hanc obiicias primò, quòd repugnat elementa manere in mixto actu, alias vt disp. 9. num. 2. dicebamus, mixtum constare duplici forma substantiali, scilicet ex forma elementi, & mixti, quod quidem, vt alibi diximus, aperte implicat contradictionem: ergo, male dicitur in diffinitione elementi, quod debet manere actu, vel potentia in mixto. Patet consequentia, quia in his verbis videtur denotari posse quodlibet ex istis modis manere in illo.

Secundò: nam tota hæc diffinitio conuenit partibus ligni, verbi gratia, aut vlterius totius substantialis, & homogeneis: nam pars ligni est corpus, ex quo componitur lignum, & non est diuisibilia in partes diuersas secundùm speciem, cum quæuis medietas partis ligni sit etiam lignum.

7 Non itaque hæc obstant, nam ad primum concesso antecedenti, negands est consequentia ad cuius probationem negandum est etiam anteceedens: nam ideò Arist. dixit elementa manere actu, vel virtute in mixtis, quia nondum explicuerat, an elementa sint in mixto

mixto actu, vel potentia, sed adhuc res erat sub lite non verò quia credetur elementa posse actu manere in mixto.

Ad secundum verò respondetur ex eodem D. Th. 3. Metaph. lect.4 vbi sic inquit: *Sciendum est quòd cùm in diffinitione elementi ponatur, quòd non dividatur in diversa secundum speciem, non est intelligendum, de partibus in quas aliquid dividitur divisione quantitatis: sic enim lignum esset elementum, quia qualibet pars ligni est lignum, sed de divisione, quæ fit secundum alterationem, sicut corpora mixta resolvuntur in simplicia.* Vnde, cùm lignum, & eius partes possint per alterationem corrumpi, & dividi seu resolui in elementa, modo alibi dicto, ideo prædicta diffinitio eis non competit.

QVÆSTIO II.

Quotuplex sit elementum?

7 Licèt antiqui Philosophi in varias sententias labierint circa numerum elementorum, nihilominùs, quia omnes illi leui & contemnendo fundamento nitebantur, idcò eis suppressis dicendum est cum Arist. & D. Th in hoc lib.cap. 3. & cæteris aliis Philosophis, elementa tantùm est quatuor iam dicta, & omnibus nota.

Probatur ratione desumpta ex Arist. & D. Thom. in hoc lib.cap.3. nam ex primis qualitatibus, scilicet calore, humiditate, siccitate, & frigiditate tantùm sunt possibiles istæ quatuor combinationes naturales, scilicet calidum & siccum, calidum, & humidum, frigidum & siccum: ergo tantùm sunt constituenda in rerum natura quatuor prima corpora, quibus prædictæ combinationes sint connaturales: ergo istæ erunt ignis, aër, aqua, & terra antecedens probatur: nam quamuis aliæ duæ combinationes possint ex prædictis qualitatibus imaginari, scilicet calidum & frigidum: humidum & siccum; hæ tamen non possunt alicui corpori simplici esse connaturales, atque adeò non petunt aliqua alia corpora simplicia, quibus debeant esse connaturales.

Prima verò consequentia ex antecedenti constat: nam quæuis connaturalis combinatio primarum qualitatum petit aliquod corpus primum, seu simplex cui sit connaturalis, sicut quæuis connaturalis temperies quatuor primarum qualitatum petit aliquod corpus mixtum in quo connaturaliter sit. Secunda verò consequentia patet ex prima: nam prædicta corpora sunt illa in quibus tales combinationes reperiuntur, quia ignis est calidus, & siccus, aër verò humidus, & calidus, aqua autem humida, & frigida: ac tandem terra frigida, & sicca.

9 Sed contra dicta, & in primis contra rationem hanc obiicit potest, primò in ea supponit caliditatem, & frigiditatem, & cæt. esse primas qualitates, & non dari alias priores illis, at hoc videtur falsum: ergo &c. Minor probatur, quia plures qualitates conueniunt mixtis, quæ non procedùt ab istis qualitatibus vt in magnete, auro, & lapidibus pretiosis, in pipere, sale, & vino. & medicamentis constat alioqui qualitates horum mixtorum reperientur etiam in aliis mixtis, in quibus sunt calidiras, frigiditas, & cæteræ: ergo calidiras, frigiditas, & cætera, non sunt primæ, sed aliæ sunt priores illis. Patet consequentia: nam ex primis qualitatibus debent aliæ qualitates, procedere.

Respondetur concedendo maiorem, & negando, minorem, quia Arist. non vtcumque loquitur de qualitatibus primis, sed de primis inter sensibiles, cotruptibilium corporum & ordinatas ad generationem, perfectionem, & ornatum eorum vt talia sunt, in hoc autem sensu, vt certum supponendum est, prædictas quatuor qualitates: & non alias esse primas: nam cùm generatio rei naturalis sit prior origine: perfectione, & ornatu eius, & inter qualitates sensibiles iam dictas, non appareant aliæ, quæ priùs concurrant & dispondant in ordine ad prædictam generationem præter has quatuor qualitates, consequens est, vt ipsæ sint primæ, & quòd cæteræ aliæ debeant ex illis, vt ex omninò prioribus in sensu dicto fieri.

10 Nec contra hoc habet vim probatio adducta: quia omnes illæ qualitates dispositiuè, vel instrumentaliter fiunt, & procedunt ab istis, ex quo tamen non sequitur illas qualitates secundas reperiri in mixtis omnibus specie diuersis, quia qualitates primæ in singulis sunt diuerso modo attemperatæ, & iuxta diuersitatem agentium & influxum illorum, quibus subordinantur quoad influxum instrumentalem, possunt in virtute eorum diuersum effectum attingere.

Secundò, contra eandem rationem obiicies; quod licèt consideratis prædictis qualitatibus secundùm se, & absolutè, non possint aliæ combinationes ex eis fieri, bene tamen aut habent laritudinem intensionis, & remissionis: ergo eis sic combinatis, potuerunt plura alia corpora simplicia pluraque elementa nis correspondere. Antecedens probatur: nam in prieis summum calidum potest combinari cum summo sicco, eum inter se contrasia non sint, & sic de aliis qualitatibus in suma intensione consideratis: & similiter summa siccitas cum calore & remisso, & sic de reliquis & similiter remissu calidum cum remisso sicco, & sic de cæteris: ac tandem remissum calidum cum remisso frigido, & remissum humidum cum remisso sicco.

11 Respondetur omnes combinationes, exceptis his, quæ ab Aristot assignatæ sunt, vel non esse naturaliter possibiles, vel non petere aut aliquo modo constituere elementa essentialiter distincta: etenim combinationes primo loco positæ, licèt non repugnent in calido, & sicco, quia ignis est summè calidus, & summè siccus: vt infrà num.21. dicemus; repugnant tamen in aliis qualitatibus, & ita nequit dari summum calidum, & summum humidum, aut summum humidum, & summum frigidum vt ex dicendis in quæstionibus sequentibus constabit. Et similiter admisso vno summè calido, & summè sicco, scilicet igne non potest dari aliud elementum, quod habeat aliquam ex his qualitatibus in summo: quia vna qualitas secundùm speciem, & in summo nequit dari in duobus ex eo quod istæ qualitates in summo habent se ad instar passionum ab essentiis elementorum, modo alibi dicto dimanantium: id autem quod instar passionis se habet, vendicat sibi peculiarem essentiam, à quà dimanet, atque adeò nequit ab essentiis elementorum specie diuersis resultare: per quod ad combinationes secundo loco adductas patet.

12 Ad alias verò, quæ tertiò loco adducuntur, etiam constat quia licèt reuera sint possibiles, nihilominus, vel non petunt nouum elementum vel petunt aliquod mixtum saltim imperfectum; nam si vtraque qualitas, vt caliditas, & siccitas, est remissa vsque ad illum gradum, sub quo forma ignis conseruari potest, tunc sub talibus qualitatibus poterit esse ignis: & ita inde non arguetur nouum elementum: si autem ita temperatæ sunt vt sub ea nequeat esse ignis, generatur mixtum imperfectum, quod illam refractionem qualitatum expoliet.

Ad

Ad vltimus verò ex dicendis num. 58. patebit, nullum elementum posse petere combinationem duarum qualitatum inter se oppositarum, alioqui haberet rationem mixti.

Tertiò, contra assertionem obiicies, tum, quòd Arist. in libr. de mundo ad Alexandrum cap. 2. & 3. asserit esse quinque elementa: tum etiam quia 4. de cœlo, solùm ponit duas differentias elementorum, scilicet graue & leue, ac proinde duo tantùm erunt elementa.

Respondetur, Aristotelem multoties imponere cœlo nomen elementi, quia est corpus simplex, sicut elementum, non verò quia habeat veram rationem elementi, de qua in præsenti.

13 Ad secundum testimonium dicendum est, illas differentias esse subalternas, nam sub graui continetur graue simpliciter, scilicet terra, & graue in respectu, scilicèt aqua: similiter sub leui contineri debet leue simpliciter, nimirum ignis, & leue in respectu, nempe aër.

Quartò obiicies, non dari verum ignem elementarem: ergo, &c. Antecedens probatur, nam si daretur, vindicaret sibi supremum locum inter omnia elementa, quippe qui est omnium leuissimus: hoc autem est contra Arist. 1. Meteorolorum cap. 3. vbi postquàm numerauit terram, & aquam, subdit. *Circa quæ illa quoque sunt, quæ hisce horum, aer scilicet atque id, quod quamuis ignem assuetimus appellare, ignis tamen haud quaquam est.*

Confirmatur, tum quia ignis iuxta nos appatet tubeus, & lucidus: ergo, si esset supra aëtem elementum ita magnum non posset latere sensum, imò impediret nos à visione cœli: tum etiam, quia cùm ignis sit maximè actiuus, dissipasset, consumpsisset-que hæc inferiora. Tum denique, quia si non detur materia, seo combustibile, ignis extinguitur, vt patet, sed in conuexo lunæ nulla est materia: ergo, &c.

Respondetur cum D. Thoma ibidem Aristotelem non negare esse supra aërem aliud elementum, quod sit calidum, & siccum, imò illud expresè fatetur: vt patet cap. 4. sequenti, vbi suprà aëtem concedit naturam aliam, quæ sit calida, & sicca, negat tamen ibi esse ignem, prout hoc nomine significatur, nam nomen istud impositum est ad significandum ignem nostrum qui est materiæ concretus, quique non est purum elementum, sed similis puro elemento, vt ibidem docet Aristot. ex hoc tamen non licet inferre, non dari elementum ignis. Videatur D. Thom. ibidem lectione 4. & 6.

14 Ad confirmationem, quoad primam eius partem dicendum est quod ex hac admixtione ignis nostri cum terren denso prouenit, quòd lux eius fit rubra & purpurea, quia ibi admiscetur opacum; & hinc etiam prouenit, quod impediat visionem aliorum corpotum, & nobis appareat, qui sic non est ita ratus; & transparens: at verò ignis in propria sphæra propter claritatem, & raritatem aëtis, habet lucem admodum elaram, niueam, & transparentem, & ideo non impedit visionem cœli, & nobis non apparet; de quo videri potest D. Thomas secundo de Anima, lect. 14.

Ad secundam eiusdem confirmationis partem respondetur, quòd in actione ignis, & aliorum elementorum inuenitur repassio, & ita ad inuicem agunt, & patiuntur, nunquam tamen se inuicem corrumpunt, quia (vt inquit D. Th. q. 5. de malo, art. 5. ad 6.) conseruantur per virtutem corporis cœlestis, à quo eorum actiones regulantur effrænataque potentia eorumdem compescitur.

15 Ad tertiam tandem eiusdem confirmationis partem dicendum est, ignem ex eo, quòd extra propriam sphæram est violentus, & vndique contrariorum inimicis patens, indigete materia, cui affigatur, & qua pascatur, ac tandem qua tueri possit contra corrumpens, hoc autem cessat in propria sphæra.

QVÆSTIO III.

Vtrùm ignis sit summè calidus, & summè siccus; & aër sit calidus, & humidus citra summum.

16 POstquàm egimus de elementis secundùm se, restat, vt de illorum qualitatibus agamus: quia verò ignis & aer sunt præcipua elementa ideò de illorum qualitatibus prius quàm de his, quæ aliis ducbus elementis competunt, disserimus; & licet aliqui Interpretes antea tractarint de singulorum elementorum qualitatibus, genetaliter disputent, an qualitates elemcotorum sint formæ substantiales eorundem; quia tamen in Schola Peripatetica nemo est qui oppositam, senteotiam tueatur, & aliàs eius decisio ex terminis ipsis, & ex dictis disput. 2. numero 44. & in lib. Physic. disput. 4. numeto 6. constat, ideò quæstionem banc consultò omittimus.

§. I.

Refertur prior sententia.

17 PRima sententia negat ignem esse simul calidum, & siccum in summo, & similiter aërem esse calidum & humidum circa summum, sed ignem tantùm habere calorem in summo, siccitatem verò citra summum, & aëtem esse summè humidum, licet citra summum sit calidus, ita Alexand. lib. Meteorot. commento 13. Albertus de Saxonia in hoc 2. lib. q. 2. Marsil. q. 6. Iacobus de Fortiis. tract. de intensione formarum p. 1. Tolet. q. 6. huius lib conimb. cap. 3. quæst. 4 Rub. tract. de primis qualitatibus q. 8. & alij plures ex suoioribus.

Seotentia hæc quatenus asserit ignem esse in summo calidum, & aërem esse citra summum calidum, constabit ex his quæ pro assertione nostra dicemus: quare solùm quoad aliàs duas partes scilicet, quod ignis noo sit summè siccus, & quod aëi sit summè humidus, probatioone indiget.

Probatur ergo quoad priotem testimonio Arist. in hoc libro text. 23. vbi assignans proprias qualitates ignis, innuit: *Ignis autem calidi magis quam sicci.* Vbi D. Thom. sic air. *In igne verò magis dominatur caliditas, quam siccitas:* ergo apertè sentiunt, igoem non esse summè siccum, sicut est summè calidus; alioqui non haberet magis caliditatis, quàm siccitatis.

17 Nec refert si dicas verba hæc non necessariò intelligenda esse de maiori intensione caloris, quàm siccitatis ignis, sed solum petere denotari voam qualitatem scilicet calorem, priùs conuenire igni, esséque ei magis propriam, quàm alteram nimirum siccitatem.

Nam contra hoc est, quòd si vtraque qualitas in summo conuenit igni; non posset propriè verificari locutio Arist. scilicet, quod ignis sit magis calidus, quàm siccus; tum quia magis, & minus in qualitatibus non propriè dicitur nisi ratione intensionis, & remissionis

remissionis gradualis: vnde si vtraque est in summo intensa, non poterit propriè verificari ignem esse magis calidum, quàm siccum; tum etiam, quia si vtraque qualitas est in elemento perfectissima, non est maior ratio, ob quam vna sit ei magis propria, quàm altera: siquidem quælibet conuenitet soli igni, & oeutra conueniret ei ratione alterius: nam sicut non ideo ignis est calidus, quia est siccus, alioqui terra esset calida, quippe quæ est ficca, neque ideo est siccus, quia est calidus, aliàs aër qui est calidus, esset siccus; ita nec ideo erit summè calidus, quia est summè siccus, & è contra.

19 Secundò: nam terra est summè ficca: ergo ignis nequit esse summè siccus. Antecedens latiùs eamente horum Doctorum quæstione sequenti probabitur. Consequentia verò constat: quia in vnoquoque genere debet designari vnum primum, & maximum, in quo reperiatur perfectissima ratio illius generis, quòdque sit quasi caput cæterorum, vt in genere lucidorum sol, & sic de aliis: ergo si in genere siccorum terra est summè ficca, non poterit ignis habere summam siccitatem, aliàs multa essent capita in tali genere, & pari ratione in genere frigidorum, humidorum, & calidorum, idem esset dicendum.

Tertiò, eadem sententia, quoad secundam eius partem, scilicet aërem esse summè humidum. probatur ea diffinitione humidi ab Aristot. cap. 2. huius libri tradita, scilicet, *Indeterminatum proprio termino, benè terminabile est alieno*; sed hæc diffinitio maximè, & principaliùs competit aëri, quàm cæteris elementis: ergo ipse primò, & principaliùs erit humidus, atque adeò in summo.

Maior cum vtraque consequentia non indigent probatione: minor verò probatur: nam ignis propter summam actiuitatem non facilè terminatur termino alieno: terra verò propter soliditatem, & duritiem maximam, proprio termino consistit; aqua verò licet alieno termino terminetur, non tamen ita principaliter sicut aër, quia cùm sit magis fluidus, quàm aqua, difficiliùs terminatur termino proprio, faciliùs verò termino alieno.

20 Quarto, eadem pars probatur: nam omnia elementa confluunt ad constitutionem mixti, in eoque virtualiter manent: ergo quodlibet habet aliquam qualitatem in summo: ergo cùm aër non possit esse summè calidus, frigidus aut siccus, vt ea dicendis in hoc, & sequenti quæstione constabit, erit summè humidus.

Hæc vltima consequentia non indiget probatione: prior verò etiam patet, quia si aër non sit humidus in summo, sed aqua; aut aliud elementum, tunc humiditas mixti non reducetur ad aërem, vt ad propriam causam, sed ad prædictum elementum, quandoquidem imperfectum reducendum est ad perfectum illius generis, ac proinde aër non manebit virtualiter in mixto, nec ad eius constitutionem concurret: quia solùm ratione humiditatis, non verò caloris residentis in summo in solo igne potest hoc præstare.

§. II.

Statuitur ex mente D. Thom. ignem esse summè calidum, & summè siccum.

21 Dicendum tamen est primò, ignem esse summè calidum, & summè siccum. Assertio hæc, quoad priorem partem, scilicet, igoem esse summè calidum, communiter admittitur ab omnibus Philosophis, quoad secundam verò est D. Thom. io hoc lib. lect. 3. vbi postquam in explicatione illius testimonij ab aduersarijs adducti, scilicet ignem esse magis calidum, quàm siccum dixit: *Quod in igne magis dominatur caliditas, quàm siccitas* (de quo in solutione ad primum oppositæ sententiæ) statim addidit: *Non est autem intelligendum vt quidam dicunt, quòd terra licet sit magis ficca, quàm frigida, quòd propter hoc sit ficcior igne, quia littera non dicit, ratio enim in contrarium persuadet*: ac proinde apertè sentit, ignem esse summè siccum, quia cùm siccitas in summo debeat non minùs quàm aliæ qualitates alicui solummodò ea elementis competere, vt suprà n. 11. dicebamus, & non competat aëri, aut aquæ, quippe quæ nihil ficcitatis naturaliter petunt, consequeos est, vt si terra non sit ficcior igne, quòd non sit in summo ficca, ac proinde quòd soli igni siccitas io summo reseruerit. Vnde S. Doct. sequitur Bañez in præsenti cap. 3. quæst. 2. & communiter iuniores Thomistæ vnà cum aliis num. 45. referendis.

22 Probatur, quoad priorem partem ratione, quam innuit D. Thom. 1. Metap. cap. 3. & in 2. dist. 6. art. 3. ad 2. & distinct. 16. art. 1. ad 5. nam ignis est perfectissimus inter omnia elementa, & ideo nobilior ei locos assignatur: ergo debetur ei perfectissima qualitas inter primas, scilicet calor quippe qui est actiuior cæteris aliis qualitatibus: ergo etiam debetur ei in perfectissimo gradu. Vtraque consequentia patet, quia quælibet qualitas prima, & in summo, debetur alicui primo corpori elementari: ergo qualitas perfectissima, & in perfectissimo gradu, debebitur perfectissimo corpori inter elementaria, quod est ignis.

Confirmatur ratione, quam idem S. Doctor innuit, quia aliàs aliquod aliud elementum esset actiuius, quàm ignis, cuius oppositum experientia docet. Patet sequela, quia si ignis non esset calidus in summo, non posset non (vt modò dicebamus) calor in summo reperiri in alio elemento: ergo illud haberet maiorem actiuitatem, quàm ignis, vtpote, qui haberet qualitatem magis actiuam, scilicet calorem in summo.

Secundò, probatur ratione desumpta ex Arist. secundo libro de Cœlo, & D. Thom. ibidem, quam etiam ea parte tanguni in hoc lib. cap. 2. nam ignis est summè leuis inter omnia elementa, vt ex loco ipsius constat, & ideo habet superiorem locum inter omnia illa, scilicet concauum lunæ: ergo est summè calidus. Patet consequentia, quia sicut leuitas prouenit ex calore, ita summa leoitas ea summo calore: vnde corpora aliàs satis grauia si calefiaot, solent reddi leuiora.

23 Secunda verò pars eiusdem assertionis, scilicet ignem esse summè siccum, probatur ratione desumpta ex D. Thom. in hoc lib. lectione citata: nam duæ sunt causæ siccitatis, vna est frigus in debita proportione applicatum, condensans, & comprimens, ac proinde consumens humidum: alia verò calor cum debita etiam intensione applicatus euaporate faciens, & consequenter consumens idem humidum; sed calor summus ignis potentior est ad euaporandum, & consumendum humidum, quàm terræ frigiditas ad comprimeodum, & similiter consumendum humidum: ergo ignis erit ficcior, quàm terra, & per consequens summè siccus.

Maior probatur, & explicatur: nam cùm frigus sit radix comprimendi, & condensandi, fit inde, vt ex natura sua habeat, si sub debita intensione, scilicet summa, applicetur, ita comprimere subiectum, vt reddat illud indispositum ad quodcunque humidum, quia effectus iste non est comparibilis cum tanta compressione, & condensatione, sed requirit, aut infert aliquam dilatationem, & porositatem partium & similiter calor cum debita etiam intensione applicatus

catus habet euaporate humidum, eleuando exhalationes, quibus euaporetur, ac proinde ex se etiam est (modo dicto) consumptiuus humiditatis. Et consequenter vtraque qualitas erit modo explicato causa siccitatis.

24 Minor verò etiam constat, quia cùm calor in summo sit actiuior frigiditate, & ex visuæ actiuitatis cum debita intensione applicatus, habeat resoluere, & consumere humidum, sit inde, vt sit potentior ad euaporandum, & consumendum humidum, quàm frigiditas: ex quo prima consequentia satis liquet; secunda verò etiam est perspicua: nam cum siccitas in summo solùm debeat esse in aliquo ex elementis (vt suprà dicebamus) & non sit in terra, cùm non sit ita sicca sicut ignis; nec aliquid illius sit in aëre, & aqua, vt ex dicendis constabit, sit inde, vt solus ignis sit in summo siccus.

Sed obiicies primò contra rationem hanc D. Thomæ aquam esse frigidam, & humidam, & ratione frigiditatis comprimi humidum ipsius, & nihilominus, non ideo in ea est aliqua siccitas, nec ideo remouetur humiditas in summo: ergo falsum est, quòd frigiditas comprimens humidum, sit causa siccitatis, aut disponat subiectum ad humiditatem.

Secundò obiicies, ex ea ad summum concludi, quòd ea, quæ violenter sunt calida, sint eò minus humida, magisque sicca, quò sunt magis calida: non tamen ea, quæ connaturaliter sunt calida: quia in illis calor non resoluit humidum, secùs verò in illis: vnde in aëre, qui est connaturaliter calidus, & humidus, experimur, quòd eius calor non resoluit humiditatem ipsius.

25 Confirmatur primò: nam calor ignis non causat siccitatem illius, quia vtraque qualitas sit per natutalem dimanationem ab eodem igne: ergo malè innuimus in hac ratione, quòd summus calor erit causa summæ siccitatis.

Confirmatur secundò: nam licet in mixtis euaporatio humiditatis sit causa siccitatis, quia tantum habent de siccitate quantum illis deest de humiditate; non tamen in elementis (vt infrà dicemus) & in aëre & aqua constat: ergo ex eo, quòd summus calor ex se sit euaporatiuus totius humiditatis, solùm sequitur, non esse in igne aliquid humiditatis, non verò esse in illo summam siccitatem.

Ad primam ex his obiectionibus respondetur, aquam non esse in summo frigidam, vt num. 40. dicemus, atque adeò nec habere frigiditatem in debita intensione applicatam ad hoc, vt sit incapax humiditas, quin potiùs, vt numero citato dicemus, aqua est summè humida, quandoquidem non quæuis compressio à frigore proueniens, sed solùm summa compressio reddit subiectum indispositum ad habendam summam humiditatem, vel aliquid illius, vt explicatum est: ex quo etiam alia redditur ratio, propter quam aqua sit incapax siccitatis, quia cum summa humiditate incompossibilis est quæuis siccitas.

26 Ad secundam obiectionem, negandum est antecedens, & ad probationem dicendum est, quòd si semel summus calor ex natura sua est euaporatiuus humidi, & incompossibilis in eodem subiecto cum humiditate: consequens est, vt vbicunque sit, hoc habeat; quòd si in aëre oppositum experimur, prouenit ex eo, quòd idem calor, & humiditas sunt in ea proportione, & temperie, vt calor non resoluat humidum.

Ad primam confirmationem dicendum est, satis esse, quòd summus calor ignis causet in aliis siccitatem in genere causæ efficientis, & in eodem igne causet in genere causæ materialis, & dispositiuæ siccitatem; aut sit satio illius, quamuis tam calor, quàm siccitas in igne per naturalem dimanationem fiant.

27 Ad secundam confirmationem patet ex dictis, summum calorem in igne habere connexionem, non solum cum exclusione totius humiditatis, sed etiam cum summa siccitate: quia cùm necessatiò ex primis qualitatibus debeat habere duplicem, vt suprà oltendimus, & non possit habere, vel frigiditatem, vel humiditatem, oportet vt habeat siccitatem: cùmque calor sit radix maioris siccitatis, quàm frigus, oportet etiam, vt sit sicciot, quàm terra, ac proinde in summo, vt suprà dicebamus.

§. III.

Stabilitur aërem, iuxta doctrinam S. Doct. solùm esse calidum, & humidum in debita proportione, & quasi temperie citra summum.

28 DIcendum est secundò, aërem neque esse summè calidum, neque summè humidum, sed vtramque qualitatem habere in debita proportione, & temperie, seu quasi temperie. Assertionem hanc tuentur Doctores pro præcedenti telati, præcipuè verò D. Thom. lectione citata, vbi loquens de materia, & substantia aëris, inquit: *Remanet ergo humida magis, quàm calida, quia aqua est magis humida, quàm aer*, vbi (tribuit aëri minus caloris, quàm humiditatis, vt videz & minus humiditatis quàm aquæ: atque adeò calorem, & humiditatem, non in summo, sed in debita proportione citra summum.

29 Probaturque ratione, quam innuit Diuus Thom. lect. citata: nam aër est calidus, & humidus: ergo neutram ex his qualitatibus habet in summo, sed in debita temperie, seu quasi temperie.

Antecedens quoad vtramque partem patet ex his, quæ diximus quæst. 2. huius disputationis, & deinde quoad primam suadetur; tum quia ex eo, quòd ignis est proximior cœlo, ideò est summè calidus, vt q. sequenti explicabimus: ergo id saltim, quod immediatè sequitur post ignem, habebit etiam aliquid caliditatis: tum etiam quia elementa, quæ inter se sunt contigua, habent aliquam qualitatem symbolicam, vt communiter docent omnes Philosophi: ergo cùm aër sit contiguus igni, & alias sit humidus (vt statim ostendemus) non potest non habere aliquid caloris, vt ita symbolizet cum igne in illo. Quoad secundam verò partem probatur idem antecedens: nam humidum est, quod suis terminis est malè terminabile, bene autem alienis; aër autem est huiusmodi, vt constat: ergo, &c.

Consequentia verò probatur: tum quia cùm aër sit remotior à cœlo, quàm ignis, non poterit esse ita calidus, ac ille, & consequenter necesse summè calidus, cùmque calor euaporate faciat humiditatem, dum vtraque qualitas non est in debita proportione, & temperie, consequens est, vt aer nequeat esse summè humidus:

humidus : tum etiam quia , vt In prima assertione dicebamus , ignis est summè calidus,& vt quæst sequenti xsserimus,aqua est summè humidx:ergo neutra ex his qualitatibus potexit in summo conuenire aëri ; quia , vt suprà num.11.docuimus,nullx ex his qualitxtibus potest in summo duobus elementis conuenire. Videantur ea , quæ sequenti quæstione adducemus , vbi dum de qualitxtibus aquæ egerimus, noo poterit non de hoc iterum sermo redire.

30 Sed ioquires : quænam ex his qualitxtibus magis vigeat in aëre. Respondetor , mxgis vigere in illo humiditatem : ita D. Tho. in præsenti lect. 3. cuius txtionem reddit hls verbis: *Cum virtus mouentis fit,minor in remoto,quam in propinquo,minus calefacit motus cœli materiam aeris , imò quasi minimè: remanebit ergo humida magis quàm calida.* Cæterùm efficaeia huius sxtionis , quæ ptimo aspectu non xppxtet,constabit ex his,quæ loco citxto dicenda sunt.

§. IV.

Obiectio notanda , & enodatio illius.

31 SEd obiicies cum aliquibus ex Stoicis relxris à Galeoo lib. secundo de Simplicibus Med ica ment. cap.20.& à Conimbr.in præleoti cxp.3.qu.5. att.3.quòd xër in media sui segione est valdè frigidus vt communiter docent Philosophi : ergo id habet ex naturx sua , & cooscquentet non erit cxlidus.

Hæc cooscquentia vltima patet , quia nullom elementum veodieat sibi natotalitet duxs qualitates contrarixs;ptima verò, qoia ibi est aër in sua naturali disposition , ac ptoinde libes ab omni altetatione.

Confirmatur, qula si xb aëre temouexntur omnix extrinseca illum calefacientix,remanebit frigidus:ergo sigoum est illum ex natura sua esse frigidum.Antecedens constat,quia tempote hyemis per soiam absentiam tadiorum solxtium,remxnet cum frigiditate. Consequentia verò ptobxtur : nam inde colligimus frigidixtem esse naturalem xquæ , quia ipsx semotis omnibus impedimentis extrinsecis reducit se ad frigiditxtem deperditam.

32 Pro solutione huius obiectionis duo supponenda sunt : ptimum est,aëtem partiri in ttes tegiones,suprcmam vnam,mediam alixm,ac txndem infimam alteram : ex quibus illx prior ob maiorem xproximxtionem ad cœlom est calidior:hæc verò posterior ea reuerberatiooe sadiorum solis in terex & aqua : atque etiam ex multitudine vapotum, & exhalationum , quas idemmet sol extrahit ab vtroque elemento , teeipit mxiotem calotem quàm ex nxtura sua habeat. As verò tegio media non ita est calida ab extrinseco , sicut suprema tegio , ex eo quod magis distat à sole , quàm illa , & ob eandem tationem , quia plus distat à terra,quàm tegio infima , non redditur ita calida ex ptædicta reuerberatiooe.

33 Secondum est , virtute solis semper extrxhi à terra exhalatiooes,& ab aqua vapotes, maximè verò tempote æstatis , in quo eius virtus maximè viget : ptædictæ autem exhalationes,& vapotes,quæ à prædictis elementis extrahuntus,sunt ex natura sua,& ab intrinseco vt frigida docet Aristot. & D. Thom. & ratio id suxdet,quia sunt eiusdem speciei cum aqua, & tertx,& solùm aceidentaliter ab illis distinguuntur.habebuot vtique frigiditatem sicut prædicta elementa,cum quibus specifice conueniunt. Si verò sint diuersæ speciei , etoot nihilominus nxtura sua frigida , quia etunt aliquo modo corpora mixtx , ac proinde in eis vigebant qualitates elementorum , ex quibus fioot,quxmois cum his cohæreat,qoòd ab extriuseco,scilicet à virtute solis habeant calotem, tatione cuius leuia,& subtilix redduntur.

34 Hinc ergo ad obiectionem respondetur, mediam illam tegionem aëris solum per accidens , & ab extriosecо infrigidari xd his exhalxtionibus , & vaporibus natotx sua frigidis : nam hæc toto anni sempote surSum virtute solis ascendoot . ascendenses verò quò plus elongxmt ad hxne infimam tegione cxlidx , plus depetdunt de calote , quàm ex teuetberatione solis , & ab exdem tegione impressum hxbebsnt : xe tandem ad locum mediæ tegionis pemeniunt , nec vltetius ascendere permittuntur , txtione mxximi caloris supremæ tegionis circumobsistentis , sicut ob calotem infimæ tegionis , quæ , vt suprà dicebamus , est calidior , quxm medix aëris tegio , non permittuntur descendere ; & itx ob xntiperistasim melius ibi cooseruatur frigiditas prædictarum exhalationum, & vaporum , quia magis condensantur , eotúmque virtus mxgis vuitur : atque adeò ibidem peemanentes possunt infrigidare ptædictam xgiooem xëris.

Ex quo ad confirmationem etism patet : illx enim infrigidatio xëris tépore hyemis noo causatur ex solo tecessu solis pes uxturalem dimanationem ab aëte,sed ex vaporibus, & exhalxtionibus frigidis à tertx & aquæ ottum ducentibus.

§. V.

Fit obuiam argumento primæ sententiæ.

35 AD primum patebit ex dicendis quæst.sequenti n.51.Ad secundum negandum est antecedens,& ad eius probationem cooStabit ex his , quæ n. 45.& sequentibus assetemus. Ad tertium negandum est , aërem meliùs terminari termino xlieno , quàm xquam : quia vt docet Arist. 4. Meteororum , lect.7.apud.D.Th. & infra text.49 aqua est primum humidum , primum fluxibile , & ptimum intrterminabile termino proprio, bene tamen xlieno : vnde si aër facilè terminatur , hoc ideo est , quia habet humiditatem in grado excellenti , non verò quia habee illxm in gradu suptemo, sicut xqua quamuis raritas, qux gaudet , non patum ad eius interminabilitatem conducat.

Ad quxrtum dicendom est , humiditxtem aetis itx in eo modificxti , vt tatione talis modificationis eotte spondeat ei peculiaris effectus in mixto : & ideo videmus , quòd xd humiditatem mixtl , vt eli ab aete,consequuutur in eo aliquæ qualitates , quæ non consequuotur xb eadem humiditate , vt est ab aqux habente summxm humiditatem, vt quòd mixtum sit humotis sanguiocі , &c. Neque fit hinc aetem solùm tatione talis modificxtiooris manete in mixto : nam etiam manet txtione humiditátis sic mod.ficatæ , quia aet præbuit influxum instrumentum ad virumque,scilicet ad hoc, vt non solùm modificatio illa,sed etiam ipsa humiditas,vt modificata manetet in mixto : & ad hanc petmanentiam satis est ptædictus influxus , vt ex supià dimis constat.

***

QVÆ

QVÆSTIO IV.

Vtrùm aqua sit summè humida, & citra summam frigida, terra verò in summo frigida, & citra summum ſicca.

36 IN titulo aliquid vt certum ſupponimus, & aliquid in dubium vocamus. Supponimus enim ex communi Philoſophorum ſententia, aquam, & terram habere prædictas qualitates. Vocamus autem in dubium, quænam conueniant illis in ſummo, quæ verò citra ſummum.

§. I.

Proponitur dicendi modus.

37 PArtem negantem tuentur Auctores pro prima ſententia quæſtionis præcedentis relati: vnde dicunt, aquam eſſe frigidam in ſummo, & citra ſummum humidam, terram verò eſſe ſiccam in ſummo, & citra ſummum frigidam.

Probatur primò teſtimonio Ariſt. in hoc lib. text. 43. vbi inquit: *Terra ſiquidem ſicca potius eſt, quàm frigida: aqua verò frigida magis quàm humida.* Vbi D. Th. lect. 1. *In terra magis dominatur ſiccitas, quàm frigiditas, in aqua magis frigiditas, quàm humiditas.* Cùmque qualitas, quæ in his elementis dominatur, ſit in eis in ſummo, vt cõmunitèr docent Philoſophi, conſequens eſt, vt aqua ſit ſummè frigida, & terra ſummè ſicca, ac proinde habent alias duas qualitates citra ſummum.

38 Confirmatur, nam Ariſtot. in hoc lib. text. 49. ait, ignem eſſe contrarium aquæ, & aerem terræ: ergo ſicut ignis eſt ſummè calidus, item aqua erit ſummè frigida: & ſicut in aere viget humiditas, ita in terra vigebit ſiccitas humiditati contraria.

Secundò, ratione eadem ſententia quoad aquam ſic oſtenditur: nam experimur, nullum aliud elementum frigidius eſſe quàm aquam, ergo ipſa erit in ſummo frigida, & conſequenter ſolum citra ſummum humida. Hæc vltima conſequentia patet, quia ſumma frigiditas ita comprimit ſubiectum, in quo eſt, vt reddat illud in diſpoſitum ad habendam ſummam humiditatem, quæ non parum dilatationis, & poroſitatis in illo requirit. Prima verò conſequentia etiam conſtat, quia quæuis ex his qualitatibus debet eſſe in ſummo in aliquo elemento, ac proinde erit in ſummo in illo, in quo magis viget.

Tertiò, eadem ſententia quoad terram probatur: tum ex illo Geneſ. vbi terra vocatur arida, & hoc non ob aliud, niſi quia in ea viget ſiccitas, quæ eſt eius principalis proprietas, vt ponit D. Th. 1. p. q. 9 art. 1. ad 5. tum etiam ex diffinitione ſiccæ ab Ariſt. huius lib. tradita, ſcilicet, *Siccum eſt, quod facile terminatur termino proprio, difficile verò alieno.* Sed hæc diffinitio conuenit primò & principaliter terræ propter ſoliditatem, & duritiem eius ergo erit maximè ſicca: ergo non erit maximè frigida. Patet conſequentia, quia, vt ex primo elementorum conſtat, hæc qualitas in maximo & ſummo gradu eſt in aqua.

39 Confirmatur, nam terra non eſt ſummè frigida: ergo erit ſummè ſicca. Conſequentia patet, quia, vt communiter docent Philoſophi debet inberie aliquam qualitatem in ſummo. Antecedens verò probatur, quia terra conſtituta eſt in commune domicilium animalium perfectorum, vt in ea viuant, & conſeruentur, non poſſent autem in ea habitare, & conſeruari, ſi nimium haberet frigiditatis, ſicut ob hanc rationem non queunt in aqua diu habere, & in ea conſeruari.

§. II.

Difficultatis nodus ex mente D. Thom. quoad elementum aquæ diſſoluitur.

40. DIcendum eſt primò, quamuis etſi probabile ſit, aquam eſſe ſummè frigidam, nihilominus probabilius eſt, illam eſſe ſummè humidam, & citra ſummum frigidam. Aſſertionem iſtam quoad primæ partis probabilitatem conuincit, tum fere communis aut quorum Philoſophorum conſenſus: & ideò in libris Phyſicorum obiter innuimus frigiditatem eſſe vt octo, habere ſe ad inſtar proprietatis aquæ; ibi enim non erat propterea locus, vbi res hæc diſcutienda erat, & ideo ſatis fuit modo dicendi probabili in re obiter tantum dicta vti. Quoad ſecundam verò partem eam tenet D. Thom. loco citato, cap. 4. ad text. 23. Albert. Magn. tract. 1. 2. Galen lib. 1. de Element. 3 lib. 1. de ſimplicium medicamentorum facultatibus, cap. 8. & 32 Auicena lib. 1. Fen 1. doct. 2. Gatbius in ſumma tract. 1. quæſt. 1.

Secunda igitur, & principalis aſſertionis pars probatur in primis teſtimonio D. Thom. lect. 3. ſæpè citata, vbi inquit. *Aqua humidior eſt quam aer, eſt tamen & minùs frigida quam terra.* Quæ proinde aquæ ſuperfluum, quòd ſit ſummè humida, cùm humiditas in ſummo non poſſit eſſe in aere minùs humido, quàm aqua neque in aliis elementis, nihil humiditatis habentibus, ſtum etiam citra ſummum frigida, eum ſit minus frigida quàm terra.

41. Deinde ratione ex D. Thom. loco citato deſumpta id oſtenditur: nam ſenſibilia per ſenſus iudicanda huic, atque tactum experimur aquam eſſe humidiorem aere, ergo erit ſummè humida: ergo citra ſummum frigida. Antecedens patet ex eo quòd propria ſenſibilia ſunt obiecta proportionata ſenſuum, ideo per illa eſt de qualitatibus ſenſibilibus iudicandum.

Prima verò conſequentia patet, quia experimur aquam ex propriis meritis valde humectare, non verò aerem, ſed potiùs aliquando exſiccare. Secunda verò conſequentia patet ex his, quæ numer. 23. diximus, oſtendentes ſummam frigiditatem non eſſe compoſſibilem cum humiditate, maximè ſi humiditas ſit in ſummo.

Confirmatur tertiò, nam aquatilibus vt piſcibus maior conuenit humiditas, quàm volatilibus, aut ambus. at maior eſt in aquatilibus verò aerem: cum aqua erit humectatur aere & conſequenter in ſummo.

42. Confirmatur ſecundò, nam prædicti piſces ſunt maximè phlegmatici: ergo eorum phlegma conueniens viuentium rationi humiditatis aquæ ſit inter omnes humores, in quibus vita elementa prædominantur, quod humiditatis ſignum eſt, aquam eſſe humidiorem illis omnibus, & conſequenter eſſe in ſummo humidam.

Respondent aduersarij, aquam non eſſe humidiorem aere, licet magis humectet, ſicut flamma calidior eſt ferro candenti, licet ferrum magis calefaciat, quia multoties qualitas minùs intenſa producit perfectiorem effectum, quam eadem qualitas magis intenſa, ex eo quòd eſt in ſubiecto denſiori, vt in præſenti contingit. Ad id autem, quo de exſiccatione facta ab aere in ratione D. Thom. adduc-

citur, respondent id prouenire, vt accidens ab aere, tatione caloris, quem habet, qui calor ex se exsiccat humidum, & ideo non tollere, quominùs aër sit in se summe humidus.

43. Sed contra: nam in primis falsum est posse aërem superate aquam in intensione humiditatis, quia humiditas aquæ est coniuncta cum frigiditate ipsius; humiditas verò aëris cum caliditate illius: ergo aqua erit intensiuè humidior aere. Patet consequentia, nam illa humiditas habet maiorem intensionem in aliquo subiecto eidem connaturali, in quo fuerint dispositiones magis idoneæ. & congruæ suæ naturæ: at ad humiditatem aptior dispositio est frigiditas citra summum, quàm caliditas, vt ex se constare videtur, quandoquidem prædicta frigiditas iuuat ad maiorem radicationem, & tenaciorem adhæsionem humiditatis: ergo, &c.

Confirmatur primò, nam caliditas, quantum est ex se, nisi sit satis temperata, enaporat humiditatem: ergo non est ita conueniens dispositio ad humiditatem, sicut frigiditas, dummodo non sit in summo, licet maneat in gradu excellenti. Confirmatur secundò, nam aer tempore pluuiæ humectatur ab aqua: ergo signum est non esse ita intensum in humiditate, ac ipsa aqua; alioqui à proportione minoris inæqualitatis non procederet.

44. Deinde falsum etiam est, aerem ex vna parte esse summe humidum, & ex alia posse exsiccare per accidens tatione caloris, quem connaturaliter habet, quia alias etiam aqua posset per accidens exsiccare tatione frigiditatis connaturaliter in ea repertæ, quandoquidem, vt supra ex D. Thom. dicebamus, frigiditas comprimens humidum, potest esse causa siccitatis; cuius oppositum experimur, & hoc certè non ob alia rationem, nisi quia est summè humida: nam sicut ignis, quia habet caliditatem in summo, numquam per se, aut per accidens, potest per proprias, & natiuas qualitates frigefacere, aut humectare, ita quòd fuerit summæ humiditatis, nequibit per se, aut per accidens, connaturaliter exsiccare.

Quare ex eo quòd connaturaliter aeri aliquando conueniat exsiccare, optimè infertur non esse summè humidum: siquidem enim summa humiditate repugnantiam habet quiuis modus habendi, vel producendi modo dicto siccitatem.

§. III.

Quæstionis difficultas quoad elementum terræ, ex mente D. Th. explicatur.

45 Dicendum est secundò, terram esse summè frigidam, & citra summum siccam: ita D. Thom. lect. citata, vbi postquam dixit terram non esse ita siccam, sicut ignis, *Et quod manifestum est omnibus habentibus sensum tactus quòd aqua humidior est quam aer*, statim loquens de eadem aqua, addidit: *est tamen, & minus frigida, quàm terra.* Ergo apertè sentit, terram esse in summo frigidam, quia cùm frigiditas in summo debeat esse in aliquo elemento, vt nu. 12. dicebamus, & præter terram, & aquam, nullum remaneat elementum, vt ex dictis constat, quod possit esse connaturaliter frigidum, planè sit, vt si terra est frigidior quam aqua, quòd, & beat esse frigida in summo, sicut etiam ex eo quòd eidem terræ tribuit minorem siccitatem, quàm igni, elatè etiam infertur non esse in summo siccam. Eam etiam tenent Auicenna in suo libro de Cœlo cap. vltimo, Albertus Magnus hoc loco tract. 1. cap. 14. Bañez loco citato, & Iuniores Thomistæ. Assertio hæc quoad 2. eius partem, scilicet terram non esse summè siccam, patet ex dictis quæst. præcedenti, vbi ostendimus siccitatem in summo conuenire igni, atque adeò propter rationem nu. 24. adductam non poterit conuenire terræ.

46 Quoad primam verò partem probatur primò ratione, quam insinuant Arist. & Diuus Thom. 2. de Cœlo text. 18. & in hoc lib. loco citato, quæ potest ad hanc formam reduci. Nam ex eo ignis est summè leuis, & est in cœlum secundùm situm à cœlo, quia est summè calidus, sed terra est summè grauis, summeque distat secundùm dispositionem vniuersi à cœlo: ergo erit summè frigida. Maior constat, quia calor est leuitatis causa, & ideò aqua calida minoris est ponderis, & grauitatis, quam eademmet frigida, vt experientia constat: ergo summa caliditas erit causa summæ leuitatis. Minor verò non indiget probatione. Consequentia autem ex vtraque præmissa patet, quia oppositi effectus ex oppositis causis debent prouenire.

47 Respondent aduersarij, quòd extrema distantia, & contrarietas terræ, & ignis, secundùm situm, grauitatem, & leuitatem, non habent nexum cum extrema, & maxima contrarietate illorum, secundùm caliditatem, & frigiditatem: & rationem reddunt, quia situs, & leuitas ignis, necnon & situs, ac grauitas terræ, non oriuntur ex solo calore, & frigiditate, sed simul ex aliis qualitatibus: & ita in igne oritur ex calore & siccitate, & in terra ex siccitate & frigiditate, licet talis frigiditas non sit summa.

48 Sed contra: nam in primis hæc solutio apertè pugnat cum D. Th. loco citato ex 2. de Cœlo, vbi vtramque contrarietatem, scilicet secundùm situm, seu secundùm grauitatem, & leuitatem, nec non & secundùm frigiditatem, & caliditatem, terræ, & igni tribuit, & ita inquit: *Ignis, & terra sunt contrariæ, quia maximè distant secundum contrarietatem situs, in quantum vnum est grauissimum, & aliud leuissimum. quantum vero ad alias qualitates, ignis etiam maximè contrariatur terræ, sicut calidissimum frigidissimo.*

49 Deinde contra eandem solutionem vrget sequens ratio ex Arist. & Diuo Thom. 2. capit. huius. libri desumpta. nam quæuis contrarietas secundarum qualitatum debet reduci vt ad primam radicem, ad vnam contrarietatem primarum, seu ad duas qualitates inter se contrarias; sed grauitas & leuitas sunt secundæ qualitates inter se extremè contrariæ: ergo earum contrarietas debet reduci tanquam ad primam radicem, ad vnam primam contrarietatem primarum qualitatum, seu ad duas qualitates inter se contrarias: ergo cum leuitas non possit reduci vt ad primam radicem, ad siccitatem, quippe cùm terra, quæ est valdè sicca, sit summè grauis, sed ad calorem, vt docet Arist. loco citato ex 2. de Cœlo, sit inde, vt grauitas sit reducenda ad frigiditatem, & per consequens summa grauitas, & summa leuitas ad summum calorem, & summum frigus.

Maior, in qua sola est difficultas, sic probatur, & simul explicatur: nam sicut quælibet qualitas secunda reducitur ad aliquam primam, vt ad id, ex quo præcipuè fit, ita ad hoc, vt duæ qualitates secundæ sint inter se contrariæ, oportet, vt reducantur ad duas qualitates primas inter se contrarias: quia cùm earum contrarietas ex contrarietate primarum proueniat, non possent esse inter se contrariæ, si vna reduceretur, v. g. ad calorem, & alia ad siccitatem, quæ inter se contrariæ non sunt.

49 Secundò principaliter probatur assertio, quoad hanc partem, & simul prior ratio explicatur & confirmatur

firmatur ratione alia, quàm D. Thom. lect. 3. huius libri his verbis propoit : *Frigiditas causatur ex distantia ab orbe, sicut caliditas ex propinquitate. Cùm ergo inter cætera elementa terra magis distet a cælo, necessariò sequitur, quòd terra frigidissima sit inter omnia elementa.*

Confirmatur : nam in partibus temotiotibus à sole, & proximiotibus polis, experimur ita vigere frigiditatem, vt nequeat ibi esse habitatio, & similiter tempore hyemali, non ob aliud frigus ite vrget, nisi quia sol magis à nobis recedit : sicut ideò io æstate maior calor sentitur, quia sol est nobis proximior : ergo ex maiori alienios corporis distantia à cœlo, præcipuè verò à côpore solari, optimè colligitur illud esse frigidius.

50 Sed dices elementa noo habere has qualitates primes ab extrinseco per influentiam cœlestem, sed ab intrinseco, & per naturalem dimanatiooem à propriis formis substantialibus ipsorum, & ideo parum refertè, quòd sint, ant non sint distantia ab orbe, ad hoc vt illas habeent.

Sed contrà : nam licèt teuera elementa habeant prædictas qualitates ab intrinseco, othilomioùs optimè sequitur ex eo, quòd influentis cælestis conseruatiua terræ debeat esse frigidissima, ratione summæ distantiæ ioter cœlom, & terram versantis, quòd terre petat coooaturalitet, vt qualitas prima ab ee dimanans sit summa frigiditas, vt ite influentia cælestis, cuius muous est conseroare rem in suo esse connaturali, & conformiter ad illius naturam, sit consoa eidem terræ conseruatæ.

§. IV.

Diluuntur argumenta prioris sententiæ.

51 AD primum respondetur, Arist. comparasse hîe qooduis elementum superius cum suo inferiori, & immediato (scilicet ignem com aëre, & aquam cum terra, ita tamen vt in hac compatatiooe elementum superius collatum cum suo inferiori consideretur vt agens; inferius verò vt passum resistens : vode optiodè igni magis tribuit ealorem, per quem maximè agit, & aëri humiditatem, per quam maxime resistit, & similiter aquæ frigiditatem, per quam præcipuè agit, & terræ siccitatem, per quam præcipue resistit; quamuis eum his eohæreat, vt habeant prædictas qualitates in gradu à oobis explicato, vt D. Th. notauit. Per quod patet, tum ad testimonium S. Doct. qui post verba ibidem relata statim addit, *Non est autem intelligendum, vt quidam dicunt, quòd terra licèt sit magis ficca quàm frigida, quòd propter hoc sit ficcior igne*: Tum etiam ad primom ex quæst. præcedenti relictum.

52 Ad coofirmationem respoodetur, cootrarietatem elementorum posse dupliciter sumi, vt docet Arist. 2. de genetatione text. 42. vel ita, vt talis coorterietas sit in qualitatibus singulis, vel ita vt sit in combinationibus, quæ io quolibet elemento reperiuntur : si primo modo sumatur, tunc ignis etiam contrariatur terræ; aër aquæ, vt ostensum est : si autem secundo modo accipiatur, scilicet secundùm contrarietatem combinationum, iune ignis, non terræ, sed aquæ, & aër non aquæ sed terræ opponitur : quia ignis habet combinationem calidi, & sicci, & aqua frigidi, & humidi, & similiter aër habet combinationem humidi, & calidi, & terra sicci, & frigidi : Arist. ergo non de illo : sed de isto posteriori contrarietatis modo loquebatur, & ideò optimè dixit ignem aquæ, & terram aëri contrariari.

53 Ad secundum negaodum est antecedens, oam in profundissimis spelunois plus frigoris experiuur, quam in tota aqua : vndè, si terra in sua naturali dispositione reperiretur, non est dubium, quin plus quam aqua iofrigidaret : quòd si equa est causa maioris infrigidatioois, quàm ista postrò terræ, quæ ab animalibus inhabitatur, id proueoit ex eo, quòd eb extrinseco ob iodigentiam prædictorum animalium accommodatè ad eorum naturam, ad certam temperiem redacta est.

Ad tertium, quod ad primam eius probationem ex illo Genes. desumptam respondetur, quòd vt terra possit nuncupari arida, satis est habere siccitatem in gradu excellenti; vode potiori titulo posset ignis nomine sicci absolutè, & simpliciter insigniri, quippè qui est siccior terra. Ad testimooium autem D. Th. dicendum est, illum loqui in sententia Basilij satis probabili, vndè sic inquit : *vel potest dici secundum Basilium, quod primò nominabatur terra secundum naturam suam : nunc autem nominatur ex sua principali proprietate qua est siccitas.*

54 Ad secundaio verò probationem, neganda est minor : nam ignis, per se loquendo, meliùs est terminabilis termino proprio, quàm terra, tametsi hæc, quia est ficca in gradu excellenti, sit etiam valdè terminabilis termino proprio.

Ad confirmationem patet ex dictis, proportionem hanc terræ ab animalibus terrestribus habitatam, esse ab auctore naturæ temperatam per varias cœlorum influeotias, & aliorum elementorum mixtiones, quantum satis est ad prædictam habitationem, & proportionatè ad eorum netuiam, ad quam Deus ptincipaliùs, quàm ad proprias elementorum oaturas inspexit; & ita non manet in sue putitate, ae proinde non mirum, quòd non sit ite frigida, nos enim loquimur de elementis in sua putitate.

QVÆSTIO V.

Vtrum qualitas elementi minùs intensa habeat permixtionem contrariæ.

55 PLeniot intelligentia compositionis elementorum ex suis qualitatibus, non parùm ex huius q. decisione pendet, & ideò vt prædicta compositio meliùs capiatur, præsentem quæst. exeitamus.

§. I.

Sententia affirmans.

56 PArtem affirmantem tuentur Metsiliùs quæst. 4. & 6. huius libri, Astudillo quæst. 4. Forliu. tract. de intentione formatum part. 2. & omnes ferè Nomioales, quem sequontur Conimbricenses lib. de Generat. cap. 3 quæst. 5 art. 4.

Probatur primò : nam quantum deest de vno contrario, tantum supplerur de alio : ergo qualitas quæ oon habet summum gradum intentioni in elementis, debet esse permixta cum contraria qualitate, vt ita tantum habeat de illa, quantum de summa iotensione oppositæ qoalitatis illi deest. Consequentia oon indiget probatione, anteeedens verò est Aristot. 8. Physicor. text. 29. vbi docet, eò plus, vel minùs vnius contrarij esse in aliquo subiecto, quò plus, vel minùs de alio contrario habet, vode inquit : *Magis autem, & minus est ex eo quod plus, aut minus contrarij inest.*

Secundò quia aliàs qualitas illa, quæ non est in summo in elementis, posset in instanti intendi vsque ad summum è contrario agente, & consequenter tota corruptio illius elementi instantaneè perficeretur; hoc autem videtur falsum, quandoquidem alteratio corruptiua est per se successiua: ergo, &c. Patet sequela, quia vbi non adest contrarium resistens, perficietur tota actio in instanti, & ideò tota actio illuminandi potest perfici in instanti. quia ad introductionem lucis nullum datur contrarium ex parte subiecti resistens.

57. Tertiò, quia si qualitas illa, quæ non est in summo, non esset permixta in elementis cum qualitate contraria, fieret inde, vt si aer, v. g. qui est calidus citra summum, calefieret ab igne calore intensiori, quam ea natura sua petit, non posset vnquam illius calorem à se expellere; hoc autem est falsum: ergo, & cætera. Sequela videtur certa, quia subiectum non expellit à se vnam qualitatem nisi quia habet oppositam, vel petit illam: si ergo aer nec habet tantumdem frigiditatis, quantum deperdendum est de intensione illa caloris, nec petit illam, nunquam poterit à se intensionem illam caloris expellere. Falsitas autem consequentis etiam constat, quoniam maior illa intensio caloris est violenta aeri, nullum autem violentum perpetuum esse potest.

Quartò: nam experimur aerem minùs calidum remittere calorem alterius magis calidi; hoc autem fieri nequit, nisi in vtroque fit permixtio frigiditatis vnà cum calore: vt ex se constat: ergo cùm par, quoad hoc, debeat esse ratio de cæteris elementis habentibus aliquam qualitatem citra summum, fit inde, vt in omnibus illis detur prædicta permixtio qualitatum.

§. II.

Opposita sententia Arist. & D. Thom. stabilitur.

58. Dicendum tamen est, qualitatem elementi minùs intensam non habere in illo permixtionem contrariæ qualitatis. Ita Alexander 5. Meteor. comment. 13. Albert. de Saxonia quæst. 2. huius lib. Venetus ad text. 13. eiusdem Fernel. lib. 2. Physicor. cap. 4. Zimara Theoremate 18. Toletus, quæstion. 6. huius libri. Bañez capit. 3. quæstion. tertia, conclusion. 6. Rubio tractatu de primis qualitatibus quæstion. 9. & communiter recentiores.

Probatur primò testimonio Arist. in hoc lib. cap. 3. tex. 16. & D. Thom. lect. 3. vbi distribuentes quatuor qualitates primas secundùm diuersas combinationes pro compositione elementorum, duas tantùm tam assignatas tribuunt singulis elementis: ergo apertè sentiunt non habere permixtionem contrariarum qualitatum, quia ad hanc necessariò tres saltim qualitates desiderabantur.

Respondent Conimb. ideò Arist. & D. Thom. non meminisse tertiæ qualitatis in quouis elemento existenti: tum quia cùm sit satis remissa, non denominat simpliciter subiectum: Tum maximè, quòd ea qualitas neque ad reciprocam elementorum actionem, neque ad naturalium locorum ordinem exigatur, sed ad explendum duntaxat capacitatem materiæ, quæ talis est ingenij vt quantum ex aliqua primarum qualitatum ei deficit, tantumdem sibi è contraria suppleri postulet.

59. Sed contra, nam licèt qualitas eltò transiens, & valdè remissa non possit denominare simpliciter subiectum: attamen qualitas permanens, & ab intrinseco petita ab eodem subiecto, & illud secundùm se totum afficiens, non potest non ipsum absolutè, & simpliciter denominare: quia quod toti compositi, & non solùm alicui eius parti connaturaliter, & permanenter conuenit, non potest non absolutè, & simpliciter illi conuenire; at si elementa haberent permixtionem contrariæ qualitatis vnà cum alia, quam citra summum habent, tunc talis qualitas contraria peteretur ab intrinseco ab eodem elemento, esseturque, quantum est ex vi illius elementi, permanenter in toto illo; ergo denominaret simpliciter prædictum subiectum. Minor patet, quia si non peteretur ab intrinseco ab eodem elemento, & consequenter non esset, per se loquendo, permanenter in toto illo, tunc talis qualitas non esset illi connaturalis. Hic autem non loquimur nisi de elementis sub statu connaturali, & vt habentibus qualitates connaturales: nam in statu violento, & per accidens, apertè constat, quoduis elementum posse habere permixtionem contrariæ qualitatis.

60 Confirmatur, nam dato quòd talis qualitas non pertineret ad reciprocam elementorum actionem, neque ad naturalium locorum ordinem exigatur, sed ad explendam duntaxat capacitatem illam materiæ, nihilominùs adhuc debuisset ab Arist or. numerari: quia capacitas illa elementi, v. g. aeris, ad hoc, vt quantum deest illi de calore, tantum tribuatur illi de frigiditate, est ei, vt tali: connaturalis, ac proinde indicat vtramque qualitatem esse etiam aeri connaturalem, & ad completam omninò eius constitutionem pertinentem: ergo eum Arist or. loco citato de constitutione perfecta, & omninò connaturali elementatum agat, & ex diuersis coniugationibus connaturalium qualitatum elementorum diuersa elementa colligat, non debuisset prædictam tertiam qualitatem silentio prætetire.

61 Secundò probatur ratione, quam Insinuant Arist. & D. Thom. cap. 10. lib. præcedentis, nam elementa sunt corpora simplicia, & ideo ex eis fit mixtum, in eaque resoluitur: ergo non possunt habere connaturaliter permixtionem contrariarum qualitatum. Patet consequentia, quia hoc est proprium corporis mixti, vt disput. 9. diximus.

Occurrunt Conimb. naturam corporis simplicis non ex simplicitate qualitatum argui, alioqui nullum elementum duplicem qualitatem obtineret, sed deprehendi ex eo, quòd natura sua vendicent sibi vnam qualitatem in summo, non autem temperiem quatuor primarum qualitatum, quam, si vendicarent ratione mixti haberent.

Sed contra, quia aër nullam qualitatem in summo sibi vendicat, vt num. 28. ostendimus: ergo ad rationem corporis simplicis non desideratur vt habeat aliquam qualitatem in summo.

62 Confirmatur, quia corpus non dicitur mixtum, ex eo quòd habeat permixtionem formarum substantialium, (vt ex se constat) neque ex eo, quòd habeat plures qualitates inter se non contrarias, alioqui elementa eis constantia non essent puta, & simplicia corpora: ergo dicetur mixtum saltim imperfectum ex eo, quòd sit in eo permixtio duarum contrariarum qualitatum, sicut alia mixta imperfecta dicuntur talia, quia constant saltim ex duabus qualitatibus contrariis: ergo si elementa habent ex natura sua permixtionem contrariæ qualitatis, non erunt corpora simplicia distincta à mixtis imperfectis, cuius oppositum communiter docent omnes Philosophi.

Accedit,

Accedit quòd saltim elementum aëris nullam habens qualitatem in summo, sed calorem, & humiditatem circa summum, esset verum, & perfectum mixtum, quandoquidem iuxta oppositam sententiam tantum debet illi dari de frigiditate, & siccitate, quantum ei deest de calore, & humiditate, ac proinde erit in eo permixtio quatuor primarũ qualitatum ad perfectam mixtionem requisita. Nec cõtra hoc obstabit, quòd aër habeat humiditatem in gradu excellenti, quia pluta sunt mixta, quæ habent magnam frigiditatem, vel calorem, vt in aliquibus herbis constat, quæ ob hanc rationem solent intepatibiliter mortem animalibus inferre.

§. III.

Solutiones argumentorum prima sententia.

63. AD primum negandum est antecedens, & ad probationem dicendum est, testimonium illud Arist. esse ad summum intelligendum, quando subiectum est capax vtriusque contrarij, quod in præsenti non inuenitur.

Ad secundum neganda est sequela: nam licet in aëre, v.g. non sit aliqua qualitas resistens directè summo calori, est tamen alia resistens indirectè scilicet humiditas, quæ nequit esse vna cum illo, & ideò in instanti non potest fieri summè calidus, aut magis calidus, quàm connaturaliter iuxta humiditatem, quam habet, perit.

64. Ad tertium respondet Rubio n. 153. nunquam posse elementum, cuius qualitas minùs intensa intenderetur ab agente extrinseco, expellere à se prædictam intensionem, quam semel recepisset, non tamen ideò talem intensionem semper ibidem permanere: quia sicut ab vno agente extrinseco talis intensio recepta est, ita poterit ab alio agente contrario expelli: vt si calor aeris intendatur ab igne, poterit remitti ab aqua, vel terra per frigidationem eiusdem aeris

Sed hæc solutio displicet: nam quidquid violenter inest, tollitque naturalem dispositionem passi, non potest non expelli, saltim decursu temporis ab intrinsecis principiis eiusdem passi: nam sicut potest ab intrinseco, & per naturalem dimanationem reducere se ad pristinum, & connaturalem statum, ita expellere à se id, quod tollit ab eo esse in tali statu sibi connaturali.

65. Quare ad argumentum respondetur negando sequelam: & ad probationem dicendum est, satis esse: quòd licet subiectum non habeat, nec petat oppositam qualitatem; nihilominùs petat minorem intensionem: nam sicut si peteret oppositam qualitatem, reduceret se per naturalem dimanationem ad illam, ita si peteret minorem intensionem, poterit ex principiis intrinsecis ad illam reducere.

66. Ad vltimum, concedendum est antecedens de aere, qui non sit purè elementalis, & in sua sola connaturali dispositione non existit: nam hic potest habere permixtionem frigiditatis, & effectum in argumento insinuatum producere; secùs verò aer purè elementalis, & sua sola naturali dispositione gaudens.

DISPVTATIO XI.

De mutua elementorum generatione.

POSTQVAM Aristot. quod essent elementa, & quæ singulis inessent qualitates explicuit, statim mutuam ipsorum generationẽ pertractat: & ideò nos cum illo post præcedentem disputationem, in qua de multiplicitate elementorum, & eorum qualitatibus egimus, meritò hanc instituimus, vt mutuam ipsorum generationem explicemus.

QVÆSTIO I.

An quodlibet elementum possit, ex quocumque alio immediatè generari?

xCOnsultò in titulo addita est illa particula *immediatè*, quia vt certum supponimus, ex communi Philosophorum sententia, quodlibet elementum potest saltim mediatè generari ex quolibet: nam cùm habeant materiam communem, & qualitates actiuas, quibus possint agere, & reagere, ac generare sibi simile; non est dubium, quin possit quodlibet ex elementis in quodlibet, saltim mediatè transmutari: non loquimur autem de elementis secundùm se tota: quia sic certum est, saltim supposito ordine vniuersi, nullum posse in aliud transmutari: vt testatur D. Th. in 2 dist. 19. q. vnica. art. 2. ad 2. & 2. contra Gent. c. 9. sed secundùm partes, quia huiusmodi transmutatio illorum non desttuit dispositionem vniuersi, nec repugnat eorum naturæ.

§. I.

Varia sententia.

3 PRima sententia negat, posse aliquod elementum immediatè conuerti in aliud, sed vt ex vno generetur aliud, necessarium esse, quòd priùs conuertatur in vaporem, aut exhalationem, vel aliud corpus mixtum, quod postmodum in elementum transeat. Ita aliqui, quos citat Marsil quæst. 9. huius libri.

Fundamentum est: nam ex elementis symbolis, id est, ex illis, quæ conueniunt in aliqua vna qualitate, non potest vnum immediatè generari ex alio: ergo multò minùs ex dissymbolis, id est, ex illis, quæ in nulla qualitate conueniunt, ac proinde ex nullis. Hæc vltima consequentia est euidens, quandoquidem elemẽta adæquate diuiduntur in symbola, & dissymbola. Prima verò ex antecedenti constat: nam, vt infra dicemus, facilior est transitus, facilioreque generatio inter elementa symbola quàm dissymbola: ergo si inter elementa symbola non potest esse immediatus transitus & generatio; multò minùs inter dissymbola. Antecedens verò probatur; nam vt ignis generetur, V. G. ex terra, cum qua symbolizat in siccitate, requirit inter alias dispositiones maximam raritatem: ergo cùm terra nunquam possit esse sub maxima, ex eo quod petit satis densitatis, consequens est, vt vel ignis nunquam fiat ex illa, vel priùs prædicta terra transmu-

retur in illud medium capax illius raritatis, quàm in ignem.

4 Secunda sententia distinguit inter elementa symbola, & dissymbola, aitque ex elemento symbolo posse immediatè generari aliud symbolum; secùs verò ex dissymbolo aliud dissymbolum, sed prius transire in aliud corpus, & hoc medio statim posse generari dissymbolum. Ita Thimist. 5. Physic. ad text. 9. Vall. 4. Phys. cap. 5. ad finem. Rubio in præsenti cap. 6. tract. de Generat. elementorum, quæst. 1. referens, suppresso tamen nomine, plures ex recentioribus.

Sententia hæc, quoad primam eius partem, constabit ex his, quæ pro assertione dicemus; quoad secundam verò partem, scilicet quoad elementa dissymbola, probatur primò ex Rubio, quia vt corrumpatur aqua ab igne, necesse est vtramque qualitatem eius, nempe frigiditatem, & humiditatem remitti vsque ad quatuor gradus, paulò plus, vel minus, priùs quàm totaliter expellantur, quandoquidem successiuè expelli debent, sed non possunt remitti frigiditas, & humiditas aquæ, nisi per introductionem caloris, & siccitatis in eisdem gradibus: ergo necesse est, vt priusquam corrumpatur aqua, perueniat ad talem dispositionem, in qua habeat omnes quatuor qualitates ad quandam mediocritatem redactas; sed qualitates sic attemperatæ, & refractæ, iunt dispositiones conuenientes ad formam mixti: ergo oportebit hanc priùs introduci materiam aquæ, quàm formam ignis.

5. Nec refert si dixeris, multò fortiùs agere ignem per calorem quàm per siccitatem, quia calor est actiuus in summo gradu, siccitas verò in infimo, & ideò in eo tempore, in quo producit vnum, vel duos gradus siccitatis in aqua, potest producere sex gradus caloris, qui non videtur effiere posse conueniens temperamentum pro forma mixti.

Non itaque hoc refert, nam contra hoc sic arguit Rubio, quia ex hoc solùm sequitur disponi illam materiam ad hoc, vt in illa priùs introducatur forma aëris quàm forma ignis: ergo semper saluatur, quòd inter elementa dissymbola scilicet inter ignem, & aquam, non est immediatus transitus, immediataque genetatio vnius ex alio. Antecedens patet, quia hoc ipso, quòd priùs introducatur calor, v.g. vt sex, & siccitas vt vnum, remanebit aqua cum humiditate, vt septem, & calore vt sex. Hæc autem est optima dispositio ad formam aëris, qui est humidus, & calidus in gradu excellenti, & magis habet de humiditate, quàm de calore: ergo illa materia aquæ priùs disponetur ad hoc vt introducatur forma aëris quàm forma ignis

6. Secundò probatur eadem sententia, non videmus aquam vehementer calefactam ab igne nunquam in illum conuerti, sed in vapores priùs resolui, idemque contingit in terra, & aëre, nam illa per resolutionem conuertitur in exhalationes: ergo signum est, ex elemento dissymbolo nunquam posse aliud dissymbolum generari.

Tertiò, ab vno extremo in aliud non est transitus, nisi per medium, quod inter extrema intercedit; sed elementa dissymbola, v.g. ignis, & aqua, sunt extrema: ergo nequit esse transitus ad illam, nisi per medium, scilicet aerem; vel aliud corpus illi simile, & eius qualitates participans.

§. II.

Ex mente Arist. & D. Thom. quæstionis controuersia dirimitur.

7. Dicendum tamen est, posse ex quolibet elemento quodlibet immediatè generari, vt ex aere ignis, & è contra; ex igne aqua, & è conuerso, & sic de aliis. Hæc est Arist. in hoc lib. cap. 4. & D. Thom. ibid. lect. 4 (vt statim expendemus) quos sequuntur Marsilius q. 9. huius lib. Albertus de Saxonia q. 7. Nimphus commen. 46. q. 1. Tolet q. 8. Conimb. in hoc a. 1. t. c. 4. q. 1. a. 2. asseruntque esse communem, tam inter Latinos, quàm Græcos interpretes, Sonx. 8. Met. q. 1. Banez in eodem cap. q. vnica.

Probatur primò testimonio Arist. loco citato, vbi ageus de omnium elementorum mutua generatione, inquit: *Quoniam igitur omnia, innata sunt ad inuicem transmutari manifestum est.* Vbi Diu. Thom. *Sic ergo concludit, quòd vniuersaliter manifestum est, quòd quodlibet elementum ex quolibet generetur.*

Confirmatur, nam iuxta mentem Arist. & D. Th. difficilior est transitus inter elementa dissymbola, quàm inter symbola: ergo licet difficilior, non tamen impossibilis. Antecedens probatur: nam Arist. loco citato text. 16. sic inquit: *Ex igne autem aquam, & ex aere terram, & rursus ex aqua, & terra aerem, & ignem contingit quidem generari, difficilius autem.* Vbi Diu. Thom. sic ait: *Ostendit quæ sunt illa: qua tactè, & cum difficultate ad inuicem generantur, & dicit, quod sunt illa, quæ non habent symbolum: sicut ignis, & aqua, terra, & aer.*

7 Occurrit Rubio, hinc solum haberi contra aliquos ex antiquis Philosophis elementa esse ad inuicem substantialiter, & non solum accidentaliter transmutabilia, non verò quòd hæc transmutatio possit immediatè fieri à quolibet in quodlibet. Et similiter ad confirmationem respondent aliqui ex Iunioribus, ex ea potiùs sequi oppositum: nam ideò inter elementa dissymbola est difficilior transitus, quàm inter symbola, quia illa immediatè transmutantur, hæc verò non nisi media duplici transmutatione, ex eo quòd prius conuertenda sunt in aliud corpus medium, constat autem prædictam conuersionem duorum corporum difficiliorem, & prolixiorem esse, quàm conuersionem vnius.

9 Sed contra primam solutionem obest, quòd (vt statim magis expendemus) tario quam Arist adducit ad probandum, quodlibet elementum posse in quodlibet substantialiter transmutari, conuincit posse hanc transmutationem esse immediatam. Deinde, nam per hoc, quòd absolutè, simpliciter, & vniuersaliter dicatur, posse quodlibet elementum, transmutari in quodlibet aliquid aliud præter hanc mediatam transmutationem innuitur, & ideò licet homo possit fieri ex homine mediatè, & similiter viuens ex cadauere, nihilominus non ideò absolutè, & simpliciter dicimus hominem fieri ex homine, vt uens ex cadauere.

Contra solutionem verò confirmationis etiam obest, quòd Arist. & Diu Thom. statim reddentes rationem illius maioris difficultatis, quæ est in transitu inter elementa dissymbola, non dixerunt id prouenire ex eo, quòd inter elementa dissymbola debeat esse duplex transitus, duplexque conuersio ad hoc, vt vnum conuertatur in aliud; sed ex eo quòd plures qualitates contrariæ sunt vincendæ, nam si ex aqua fiat ignis debet expelli, & vinci frigiditas, & humiditas; si verò ex aëre idem ignis fiat, non oportet deuinci nisi solam humiditatem, quia caloe eius non est contrarius calori ignis.

10 Deinde probatur ratione Arist. & D. Thom. loco citato: generatio est ex contrariis, & in contraria: sed omnia elementa habent contrarietatem ad inuicem: ergo ad inuicem poterunt generati: ergo hæc generatio poterit esse immediata à quolibet

in

in quodlibet. Minor ea dictis 2. Phys. ea communi Philosophorum sententia constat. Minor verò patet inductinè in singulis elementis: nam quædam ex illis contrariantur secundùm ambas qualitates, vt ignis, & aqua; quia ignis est calidus, & siccus, aqua verò frigida, & humida, calidum autem & frigidum sunt contraria, & similiter humidum & siccum; quædam autem contrariantur solùm secundùm alteram qualitatem, sicut aer, & aqua, quia aer est calidus, & aqua frigida, sed in humiditate conueniunt, & sic de aliis, iuxta ea, quæ suprà disp. præcedenti diximus. Prima verò consequentia ex vtraque præmissa apertè constat, Secunda verò ex prima consequentia videtur sequi: nam cùm elementa sint transmutabilia, quia sunt contraria, fit inde, vt sicut sunt immediatè contraria, vel in vna, vel in vtraque qualitate, vt ea dictis constat; ita sint ad inuicem immediatè transmutabilia, vel secundùm vnam, vel secundùm vtramque qualitatem, ac proinde secundùm propriam substantiam, cuius consistentia, vel destructio, ea consistentia, vel destructione prædictarum qualitatum pendet.

Respondet Rubio, ea immediata contrarietate extrema non posse colligi immediatam transmutationem cuiuslibet elementi in quodlibet, sed potiùs oppositum, quia vniuersaliter verum est, tem non posse transire naturaliter de extremo ad extremum, nisi per medium, vt videmus in semine, quod non potest transire immediatè in hominem, nec homo in terram propter maximam dissimilitudinem dispositionum; sed illud transit in hominem media forma embrionis, hoc verò in terram media forma cadaueris, quæ similes dispositiones postulant: quare cùm elementa dissymbola valdè distent secundùm dispositiones, valdéque secundùm illas sint dissimilia, non poterit vnum immediatè transmutari in aliud, sed medio alio cor pote magis simili.

51 Sed contra, nam licet inter ea, quæ extremè distant, non possit esse transitus, nisi per medium, quando illud medium per se petitur ab extremis: secùs verò quando tale medium, per se non petitur ab illis; at licèt ignis & aqua extremè distent secundùm vtramque qualitatem modo suprà explicato, non tamen petunt per se aliquod medium, per quod fiat transitus ab vno in aliud: ergo poterit per se loquendo fieri immediatus transitus ab vno in aliud. Consequentia non indiget probatione: maior verò etiam videtur nota: ideò à loco sursum non potest immediatè descendi ad locum deorsum, quia vterque locus per se petit locum mediũ inter sursum, & deorsum sicut etiam ideò summè tenebrosum potest transire ad esse summè lucidum, quia inter summum lucidum, & summè tenebrosum, non petitur per se aliquod medium ad hoc, vt ab vno in aliud fiat transitus.

52 Minor verò in qua est difficultas, probatur: nam ideo forma embrionis habet esse medium inter formam seminis & animalis, quia per se loquendo post formam embrionis debeat subsequi forma hominis, vt experientia constat; sed post formam aeris per accidens producti ab igne ea aqua, non debet per se subsequi forma ignis, quandoquidem prædictus aer est eiusdem naturæ cum alio aere non producto ab igne ex aqua, & ad istum non debet, per se loquendo, subsequi forma ignis vt ex se constat: ergo signum est, quod aer non est medium per se petitum ab his duobus elementis extremis, scilicet igne, & aqua.

Nec duo illa exempla, quæ pro se adducit Rubio contra tationem Aristot. vrgent: nam forma cadaueris solùm per accidens mediat inter formam viuam, & formam terræ, si attendamus ad ea, quæ prædictæ formæ ex vi propriarum linearum exposcunt, vt suprà disput. 3. quæst. 3. & 6. explicuimus, quamuis ex alio capite non possit non mediare, quia materia, quæ est sub forma viuentis, hoc habet speciale, vt non possit sufficienter disponi pro forma terræ, aut alterius compositi in ea temporis mora in qua dispositiones pro forma viuentis corrumpuntur, ex eo quòd istæ inter omnes alias facillimè alterantur, & destruuntur, vt experientia constat: vnde quia corruptis dispositionibus corrumpitur forma, ideo ne detur materia sine forma, mediat ibidem forma cadaueris.

53 Ad illud autem de forma illa embrionis dicendum est, quòd ideo mediat inter formam seminis, & hominis, quia per se petitur ab vtroque extremo, non quidem præcisè ex linea generationis hominis, secundum ea, quæ ab intrinseco, & indispensabiliter importat; sed quia iuxta communem terum cursum, non potest agens naturale perfectè disponere, & organizare materiam illam, nisi prius introducatur prædicta forma, vt disput. 3. n. 64. tetigimus.

§. III.

Fit satis argumentis prioris sententiæ.

54 AD fundamentum primæ sententiæ: negandum est antecedens, & ad probationem dicendum est, quòd licèt ignis requirat summam raritatem, vt dispositionem concomitantem in instanti generationis, si ignis ille omninò connaturaliter, & in statu omnimodè connaturali generandus est, non tamen requirit tantam raritatem pro dispositione prioritate temporis antecedenti ipsius generationem, sed ad minus sufficiet illa raritas, sub qua terra via corruptionis esse potest, & sub maiori, vel sub eadem terminata esse non potest, vt in simili, 6 Phys. disput. 26. n. 26. dicebamus.

Ad primum, pro secunda sententia respondetur, ex frigiditate, & humiditate connaturaliter in aqua existentibus, & ea siccitate & calore violenter illi ab igne impressis, tot posse fieri combinationes, quòt aliquæ ex his qualitatibus, vt humiditas, & calor, sic, vel sic combinatæ sint sufficientes dispositiones pro forma aeris, & istamet, vel aliæ ex illis modis combinatæ disponant etiam pro formis aliquorum mixtorum imperfectorum: & similiter calor & siccitas peculiari modo combinatæ & ad mediocritatem redactæ, sunt dispositiones ad solam formam ignis, non quidem perfectæ, & omninò sufficientes, sed viales, & imperfectæ, ea eo quòd sunt simul cum frigiditate, & humiditate nondùm sufficienter remissis in ordine ad introductionem formæ ignis: & ita si prædictæ qualitates adeo intendantur, vt oppositæ, scilicet humiditas, & frigiditas debitè remittantur, introducetur immediatè in materia aquæ forma ignis.

55 Vnde ad formam argumenti concesso prioti syllogismo, negandum est minor statim. Sublumpta, si vniuersaliter intelligatur: nam falsum est, quamuis concomitantiam quatuor primarum qualitatum ad mediocritatem redactarum, & in aqua existentium disponere pro forma mixti; sed asserendum est, intra latitudinem coniugationum prædictarum qualitatum ibidem inuentarum esse peculiarem aliquam coniugationem siccitatis, & caloris, per quam vialiter disponatur illa materia pro forma ignis, & non pro alia: quia illa coniugatio, & combinatio, adhuc coniuncta cum combinatione frigiditatis, & humiditatis, non dicit illam temperiem, quæ pro forma alicuius

cuius mixti, desiderantur, ac proinde tunc concomitantia illa frigiditatis, & humiditatis ad mediocritatem redactarum, non eadem per se sub intentione agentis, sicut cadit in productione alterius mixti, sed solùm per accidens, quia coniungitur cum effectu per se, ex eo quod non potuit ignis in ea temporis mora remittere prædictas qualitates quantùm satis erat vt forma ignis subsequeretur.

Cur autem prædicta combinatio, & coniugatio inter cæteras alias admittenda sit, patet ex ratione pro assertione facta, maximè verò ex impugnatione solutionis Rubij: nam hoc ipso, quòd non detur per se medium inter formam ignis, & aquæ possibile erit disponi aquam ad hoc, vt immediatè transeat in ignem: cumque non possit successiuè disponi, quia prædictæ qualitates sint priùs modo dicto ad mediocritatem redactæ & peculiarem illam coniungationem ad formam ignis peculiariter destinatam habeant, (vt argumentum benè concludit) fit inde, vt talis coniugatio debeat necessariò esse possibilis.

16 Ad secundùm negandum est antecedens: nam licèt sæpissimè aqua conuertatur in vapores, vel in aërem, hoc tamen est per accidens, non verò per se, & ideò per se loquendo benè potest ita ei applicari ignis, vt immediatè transeat in ignem: vnde si fornax accensus guttis aquæ aspergeretur, verosimile est, tunc aquam illam immediatè in ignem transituram.

Nec contra hoc obest si dicas, aquam mulò frequentius conuerti immediatè in aërem, vel aliud mixtum imperfectum quàm in ignem: ergo immediata conuersio eius in aërem erit per se, & conuersio in ignem per accidens, non verò è contra, quandoquidem id euenit per se, quod in pluribus; id verò per accidens, quod in pauciotibus. Non itaque hoc obest. nam licet admittatur antecedens, negari debet consequentia quia idnon proueniret ex eo quòd prædicta extrema scilicet ignis, & aqua petant ex viptopriatum linearum vt sunt sub statu connaturali, quod inter transitum ab vno in aliud mediet transitus exempli causa in aerem; sed ex eo, quòd aliunde intra latitudinem possibilium coniugationum, inter qualitates aquæ, & qualitates ab Igne ei impressas, possunt plures & diuersæ coniugationes facillimè, modo tamen nuper explicato, fieri ex quibus aliquæ disponunt pro forma seris, aliæ pro formis plurium mixtorum, & vnica solummodò peculiaris pro forma ignis: vnde si attendamus ad id, quod petunt prædicta extrema, scilicet ignis, & aqua modo dicto considerata, per accidens est, quòd detur prædictum medium si verò attendamus ad alia iam dicta, scilicet ad collectionem coniugationum, quas explicuimus, potest per se loquendo dari tale medium.

Ad tertium patet ex dictis n. 11. & deinceps.

QVÆSTIO II.

An facilior sit transitus inter elementa symbola, quàm inter dissymbola.

17 POstquàm Arist egit de mutua, & immediata generatione cuiuslibet elementi ex quolibet alio siue symbolo, siue dissymbolo, statim explicat, an generatio, siue transitus inter elementa symbola sit facilior, quàm inter dissymbola, ideo nos eundem ordinem obseruantes, statim post præcedentem quæstionem hanc exeitamus.

§. I.

Rationes dubitandi pro parte negatiua.

18 RAtio dubitandi desumi potest, ex eo quòd terra & ignis sunt elementa symbola, quippè conuenientiæ in vna qualitate, scilicet siccitate; ignis verò & aqua sunt dissymbola, cùm in nulla qualitate conueniant at guttæ aquæ facilùs, & citiùs conuertitur in ignem, quàm portiuncula terræ, vt experientia restatur. ergo inter elementa symbola, non faciliot, sed difficilior erit transitus, quàm inter dissymbola.

Secunda est nam transmutatio vnius elementi in aliud fundatur in contrarietate eorum ad inuicem, & ideo Arist. & nos cum eo quæst. præcedenti diximus, quodlibet elementum esse transmutabile in quodlibet quia sunt ad inuicem contraria: ergo illa elementa, quæ maiorem contrarietatem inter se habuerint, erunt meliùs, ac proinde faciliùs inter se transmutabilia; ergo cùm elementa dissymbola habeant inter se maiorem contrarietatem, quippè quæ contrarientur secundùm vtramque qualitatem fiet inde, vt meliùs & faciliùs possint ad inuicem transmutari Hæc vltima consequentia patet ex priori: prima verò apertè videtur sequi ex antecedenti: nam sicut ex eo, quòd calor habet vim ad producendum calorem, ideo à maiori, & intensiori calore, meliùs, & facilius producitur calor: ita ex eo, quòd generatio elementorum ad inuicem oritur ex contrarietate ipsorum, oprimè colligetur, quòd vbi fuerit maior contrarietas, ibi maior, & facilior erit generatio, & transitus ab vno in aliud.

§. II.

Communis, ac vera sententia, vnicum eius fundamentum.

19 DIcendum tamen est in elementa symbola faciliorem esse transitum, quàm inter dissymbola. Ita Aristot. in hoc lib. cap. 4 text. 25. vbi loquens de elementorum generatione, sic inquit: *Iam verò quo pacto ex omnibus omnia fiant singulatim, percipere haud quaquam est difficile: differunt tamen, nam celerius, & tardius: item facilius, difficiliúsque, alia alia transmutationem subeunt, qua enim symbolum inter se habent, horum celeriùs est migratio: qua verò non habent tarda.*

Vbi D. Thom. lect. 4. *Dicit ergo primo, quod licet omnia elementa in hoc conueniant, quòd quodlibet ex quolibet generatur; differunt tamen in hoc quòd quædam ipsorum facilius, & citius, & quædam tardius, & difficilius ad inuicem transmutantur: quæcumque enim habent symbolum, id est conuenientiam in aliqua qualitate, citius, & facilius transmutantur ad inuicem: illa verò quæ in nulla qualitate conueniunt, tardius, & difficilius.*

20 Ratio fundamentalis desumitur ex Aristot. loco citato, quam sub his verbis proponit D. Th. *Cum ea, qua habent symbolum, transmutantur, non est necesse transmutari, nisi tantum alteram qualitatem quando verò ea quæ transmutantur ad inuicem, in nulla qualitate conueniunt, vtramque qualitatem necesse transmutari; facilius autem est vnum transmutari, quàm plura: ergo, &c.*

Confirmatur, & explicatur hæc ratio à S. Doctore exemplificando hoc ipsum vna cum Aristot. in singulis

lis elementis his fere verbis: nam ex igne potest fieri aër. quod est elementum symbolum, sola vna qualitate transmutata, scilicet siccitate: quia cùm ignis sit calidus, & siccus; aer autem calidus & humidus, si siccum ignis: ob exiguitatē ignis, aut ob alias causas, ab humido aëris corrumpatur remanebit calidum ac humidum, & sic generabitur aër. Item, etiam ex aere poterit fieri aqua, si per frigiditatem aquæ caliditas aëris corrumpatur, quia tunc remanebit frigiditas, & humiditas, quæ sunt propriæ dispositiones ad aquam. Cæterùm ad hoc, vt ea aqua generetur ignis, oportet, vt tam frigiditas, quam humiditas illius corrumpantur, & calor, & siccitas prædictis qualitatibus contrariæ: ita debita intensione introducantur.

21 Confirmatur, & explicatur secundò ratione eiusdem S. Doct. ibidem: nam qualitates elementorum causantur ab ipsis formis substantialibus ipsorum: ergo illa elementa, quæ maiorem conuenientiam habent in qualitatibus, habebunt necessariò maiorem conuenientiam in formis substantialibus: ergo facilior erit transitus ab vno in aliud. Patet consequentia, quia quæ habent maiorem conuenientiam in formis substantialibus, magis etiam conueniunt dispositionibus ad alias requisitis: ideò semel disposita materia pro vna ex illis formis, manet magna ex parte disposita pro alia, atque adeò facilius potest vltimatè disponi pro illa, facilióque eandem recipere.

§. III.

Obiectiones contra rationem Aristot. & D. Thom. & euodatio earum.

22 Sed contra hanc rationem obiicies primò, non esse difficiliua, duo contraria vinci ab aliis duobus, quàm vnum ab vno; nam sicut se habet vnum ad vnum, ita duo ad duo; sed in elementis dissymbolis, vt in igne, & aqua, in quibus est expellenda duplex qualitas contraria, dantur etiam duę aliæ qualitates eisdem contrariæ, quibus expellantur, sicut in elementis symbolis, in quibus tantùm vnica corrumpenda est, datur vnica qualitas contraria, quæ eam expellat: ergo non erit difficiliot in elementis dissymbolis expulsio vtriusque qualitatis quàm in symbolis expulsio vnius tantummodo: atque adeò ex eo, quod in dissymbolis sit destruenda secunda qualitas, secùs verò in symbolis, malè iuxta Arist. esse difficiliorem transitum in illis, quam in istis.

Confirmatur: nam dum terra ex aqua generatur, tunc terra agit in aquam per solam siccitatem parum actiuam, quia in frigiditate symbola sunt: ergo non ita citò, ac facilè conuertet eam in se, ac ignis aquam in se ipsum conuertet. Patet consequentia, quia ignis agit in illam non solùm per siccitatem, sed per calorem maximè actiuum, & vtramque qualitatem habet in summo: ergo facilliùs conuertet aquam in ignem, quàm terra aquam in se ipsam conuertat.

23 Secundò contra eandem rationem obiicit D. Thom. loco citato, quòd in productione elementi symboli etiam est necessarium expelli vtramque qualitatem: ergo falsum est, quod in prædicta ratione dicitur, scilicet, ideò esse faciliorem transitum in elementis symbolis, quàm in dissymbolis, ea eo quòd in illis non est necesse corrumpi vtramque qualitatem, secùs verò in istis. Consequentia patet; antecedens autem probatur ex dictis suprà disp. 5. n. 52. scilicet in corruptione substantiali fieri resolutionem vsque ad materiam primam; atque adeò vtraque qualitas actis debet corrumpi, ad hoc vt ex illo generetur ignis.

Confirmatur: nam qualitas symbola, vt calor aëris, distinguitur specie à calore ignis, cum quo symbolizat: ergo etiamsi non fieret resolutio vsque ad materiam primam, deberet per se expelli, & corrumpi ab eodem igne. Consequentia patet: nam si calor aëris distinguitur specie à calore ignis, non erit conueniens, sed disconueniens, dispositio pro forma ignis, quia non disponit ad eam, sed ad formam aëris; dispositio autem quæ non est conueniens, sed potiùs disconueniens pro aliqua forma, per se debet expelli ad introductionem illius.

24 Antecedens autem, in quo est difficultas, probatur, quia caliditas ignis non admittit secum humiditatem aëris, secùs verò caliditas actis: constat autem qualitates eiusdem speciei sic se habere, vt cui vna contrariatur alia etiam contrarietur.

Ad primam ex his obiectionibus dicendum est vetam esse maiorem, quando cætera sunt paria, secùs verò quando sunt imparia, vt in præsenti contingit: nam ignis, exempli causa, vt conuertat in se aquam, non solùm debet vincere summam eius humiditatem per siccitatem, & per calorem frigiditatem propè summum, quam aqua habet, sed debet illas modo propè summo, vel in gradu excellenti deuincere, quia nisi introducatur siccitas, & calor, in prædictis gradibus, ac proinde in eisdem expellantur, & vincantur frigiditas, & humiditas, non poterit introduci forma ignis.

25 Cæterùm ad hoc vt introducatur forma vnius elementi symboli in materiam alterius, vt forma ignis in materiam aeris, tunc licet necesse sit expelli vnam qualitatem contrariam, scilicet humiditatem per siccitatem ignis, non tamen est necesse eam expelli modo propè summo, aut in gradu adeo excellenti, sicut expellitur humiditas ab aqua, tum, quia aer non habet tantam humiditatem: tùm etiam, quia cùm aer conueniat in aliis dispositionibus cum igne, scilicet in calore, & raritate, & cæt. minor illa siccitas est satis simul cum illis, ad hoc vt loquendo de dispositionibus purè antecedentibus, maneat eius materia sufficienter disposita ad formam ignis ex aere, non verò ad eandem formam ignis ex aqua: in quibus prædictæ dispositiones non inueniuntur, sed potiùs oppositæ, sicut minor calor in stupa productus à ferro candenti, sufficiens est ad disponendum eam pro forma ignis; cùm tamen idem calor, imò etiam maior in eodem ferro existat; & tamen ad id non sufficiat, ex eo quòd habet alias dispositiones cum forma ignis magis repugnantes: tùm denique quia calor aeris facilius intenditur ab igne, quia non inuenit in eo aliquam qualitatem directè contrariam; quæ resistat; at quo magis intenditur prædictus calor, eo facilius, & melius fit transitus ab aere in ignem.

Ad confirmationem patet ex dictis: nam ille excessus compensatur ea eo, quod in aqua præcedunt aliæ dispositiones similes cum dispositionibus terræ, & ea eo, quòd à frigiditate maiori terræ potest intendi facilius frigiditas aquæ, & ita omnibus pensatis remanebit facilior transitus ab aqua in terram, quàm ab aqua in ignem.

26 Ad secundum respondetur cum D. Th. vbi supra, qualitatem symbolam non corrumpi per se, sed per accidens ad corruptionem subiecti, id autem, quod sic corrumpitur, non reddit difficiliorem transitum; quia non resistit agenti. Quam solutionem tradit etiã ipse S. Doct. de spiritualibus creaturis, art. 2. ad 19. vbi loquens de corruptione symbolæ qualitatis, ad hoc, vt ex vno elemento symbolo aliud symbolum generetur;

tent, inquit: *Nec hoc facit ad difficultatem conuersionis, num corrumpatur per accidens ex corruptione subiecti, & non ex contrarietate agentis.*

27 Ad confirmationem negandum est antecedens, ad cuius probationem quoad diuersitatem specificam caloris, aëris, & ignis, dicendum est, incompossibilitatem caloris in igne cum humiditate, & compossibilitatem eiusdem caloris in aëre cum prædicta humiditate, non prouenire ex diuersitate specifica calorum, sed ex eo, quòd ignis habet in summo caloiem, & ita non potest admittere aliquid humiditatis, secùs verò calor aëris, quia non est in summo.

§. IV.

Occurritur rationibus dubitandi initio adductis.

28 AD primum concessa maiori & minori, distinguendum est consequens, & negandum quando cætera sunt paria; secùs verò, quando sunt impatia. vt in præsenti contingit: nam particula illa terræ, quæ secundùm eaternam speciem videtur habere æqualitatem cum gutta aquæ, habet plus de materia, quàm prædicta gutta, & ita non mirum quod ratione huius maioris multitudinis materiæ magis resistat: vnde si terræ illius particulæ aliquid de multitudine materiæ auferatur, ita vt tantum, & non plus remanea: de materia in illa, ac in gutta aquæ, vel ad tantam, vel fere tantam tenuitatem reducetetur, quantam prædictæ aquæ particula habet, tunc faciliùs conuerteretur in ignem quàm aqua.

Ad secundam, concesso antecedenti, negandu est prima consequentia. Nam licet contrarietas ea vna parte conducat ad generationem, ex alia tamen retardat illam, quia, hoc ipso, quòd agent, & passum sint contraria, adest pugna, redditurque difficilis victoria. Vnde quò magis fuerint contraria, eò maior erit pugna maiorque difficultas in victoria.

29 Nec contra hoc obest probatio ibidem adducta quoniam calor ita conducit ad calefaciendum, vt ex vi sua nihil habeat, quo reddatur difficilis calefactio, & ideò non mirum, quòd maior calor sit ratio meliùs, & faciliùs calefaciendi, non verò maior contrarietas sit ratio facilintis transitus, & conuertionis vnius elementi in aliud propter rationem dictam.

QVÆSTIO III.

Vtrùm duo elementa possint concurrere ad generationem alterius tertij elementi specie distincti?

30 POstquam explicuimus, an ex vno elemento possit generari aliud, testat, vt explicemus, an ex duobus, modo statim dicendo, possit aliud tertium generari?

Pro explicatione ergo tituli notandum est, dupliciter posse intelligi, quòd duo elementa concurrant ad generandum aliud tertium. Primò, ita vt vtrumque non corrumpatur, sed vnum destruatur, & aliud quod remanet, educat ex illo aliud tertium. & hoc modo certum est, posse ea duobus elementis fieri vnum tertium, quia ignis, agendo in aquam potest destruere illam, & inde resultare aër, vt n. 26. diximus. Secundò, ita vt vtrumque corrumpetur, & hoc adhuc dupliciter. vel ita vt per actionem alterius tertij agentis, id fiat, & hoc modo etiam constat posse ea duobus elementis fieri aliud specie ab vtroque distinctum: siquidem ex aëre & aqua potest optimè fieri ignis, si detur alius ignis ab omnibus his distinctus, qui aërem & aquam destruat, & ea illis formam ignis educat: vel ita, vt non detur aliud tertium elementum, quod corrumpat duo priora elementa, sed inter ea sit mutua actio, per quam ad inuicem corrumpantur, per quam que aliud tertium elementum generetur, atque adeò non solùm ex illis, scilicet in genere causæ materialis, sed ab illis, nimirum in genere causæ efficientis, prædictum elementum attingatur; & de hoc solùm vltimo modo procedit præsens difficultas, an nimirum aqua, & ignis, ita possint inter se mutuò agere, vt ad inuicem corrumpantur, indeque tertium aliud elementum specie ab vtroque distinctum, verbi gratia aër generetur.

§. I.

Argumenta pro tertio negantis.

31 PArs negatiua potest suaderi primò: nam hoc ipso, quòd aqua & ignis mutuò se corrumpant, nequeunt attingere productionem tertij elementi, scilicet aëris; ergo nequit ex illis, & ab illis prædictum elementum produci. Consequentia patet, antecedens verò etiam constat; nam hoc ipso, quòd corrumpantur, non existunt in eo instanti, in quo producendus erat aër, vel secundùm suas entitates, vt ex se constat, vel secundùm suas virtutes; quandoquidem vna cum illis qualitatibus in se inuicem productis pereunt; ex eo quod in corruptione substantiali fit resolutio vsque ad materiam primam, vt supra diximus: ergo nequeunt tunc illud producere; non enim causa efficiens causat, nisi dum est, vel in se, vel in sua virtute, vt 2. Physic. ostensum est.

Secundò, quia aliàs, idem elementum, scilicet aqua, esset simul fortius & imbecillius, quàm ignis, & è contra; hoc autem dici nequit, quia ista sunt contraria prædicata, & respectu eiusdem: ergo, &c.

Probatur sequela, nam ex quo capite ignis corrumpit aquam, & est causa vt aqua non introducae formam eiusdem aquæ, quam intendit, sed tertium elementum inde resultet, non potest non esse fortior quam aqua, & ex quo capite corrumpitur ab eadem aqua, impeditúrque ab illa, ne ex tali congressu, & pugna forma ignis producatur, non poterit non esse imbecillior quam prædicta aqua.

32 Tertio, nam calor, & siccitas ignis, & humiditas, ac frigiditas aquæ solùm sunt virtutes eorum ad producendum sibi simile: ergo ab illis non potest produci elementum aliud dissimile, & specie ab vtroque distinctum. Patet consequentia, nam inde colligimus, per semen alicuius planiæ, qualis est lactuca, non posse produci nisi solam lactucam, quia semen istud est vitius illius ad producendum sibi simile. ergo si calor tantùm est virtus ignis ad producendum alium ignem, non poterit attingere productionem tertij elementi specie distincti. Antecedens autem etiam constat, quia agens inferius, & infimæ notæ, quale est elementum, tantùm potest agere per modum causæ vniuocæ, non verò per modum causæ æquiuocæ eminentis, & altiori modo continentis effectum, atque adeò eius virtus, scilicet calor, tantùm potest esse virtus ad producendum sibi simile, scilicet ignem.

33 Nec refert si dicas, quòd sicut ex congressu duorum animalium specie distinctorum potest generari aliud tertium distinctæ speciei, ita ex concursu duorum elementorum poterit aliud tertium specie

distin

distinctum generari, quamuis vnicum elementum id non possit.

Nam contra hoc est, quod duo elementa simul concurrentia non possunt producere aliud tertium specie distinctum tanquam causæ vniuocæ, nec tanquam causæ æquiuocæ, eminenter illud continens. ergo nullo modo. Consequentia patet, quia causa efficiens adæquatè in vniuocam, & æquiuocam partitur. Antecedens autem, quoad priorem partem ex se patet; quoad posteriorem verò etiam constat, quia duo elementa simul sumpta non habent eminentiorem formam, sed duas tantùm eiusdem ordinis: ergo non poterunt eminentet, & per modum causæ æquiuocæ continere, & producere aliud elementum specie distinctum, siquidem sola forma eminens, & altioris rationis, potest per modum causæ æquiuocæ & eminenti modo aliquem effectum attingere.

§. III.

Quæstionis iuxta Aristo & D. Thomæ mentem enodatio.

34 Dicendum tamen est primò, ex duobus elementis symbolis ad inuicem corruptis non posse aliud tertium elementum, specie distinctum, produci ab vtroque. Ita Aristot. in hoc lib. cap. 4. text. 29. dicens: *In his autem, quæ per conuenientiam sunt, non contingit corruptio in vtroque altero elementorum*, id est, altera eorum qualitate, *fieri transmutationem in vnum corporum.* Vbi D. Thom. lect. 4. *Ostendit ex quibus duobus elementis non potest generari tertium, dicens: quòd in his elementis, quæ sunt per conuenientiam, id est, quæ sunt immediatè in loco, & habent symbolum, talis generatio esse non potest, scilicet quòd ex duobus tertium generetur.* Quos sequuntur communiter Philosophi, antiquiores, & ex lumioribus, Toletus, Coimbric. Banez, Rubio, & alij quamplures in præsenti.

Probatur ratione Aristot. & D. Thom. ad hanc tamen formam redacta: nam ad hoc vt ex duobus elementis symbolis aliud tertium generetur, oportet, vt in illo maneant aliquæ qualitates elementorum, ex quibus, & à quibus generatur; sed hoc fieri nequit: ergo neque potest prædictum elementum inde generari. Maior patet: nam elementa non producunt aliud, nisi producendo in illo aliquas qualitates, quæ in ipsis sunt. Minor autem probatur, nam cùm aër sit calidus, & humidus, & ignis calidus, & siccus, vel remanebit in illo elemento genito solus calor aëtl, & igni communis; & hoc non, quia vnica qualitas non est sufficiens dispositio pro aliquo elemento; vel humiditas aëris, & siccitas ignis, & hoc non, quia combinatio contrariarum qualitatum non disponit in ordine ad aliquod elementum, sed potiùs est dispositio eidem repugnans, vt dispu. præcedenti num. 58. & deinceps ostensum est: ergo, &c.

35 Dicendum est secundò, ex duobus elementis dissymbolis bene posse generari aliud tertium specie ab vtroque distinctum, ita vt ex igne & aqua fiat terra, & aër, ex aëre verò; & terra ignis, & aqua. Ita Aristo. quarto iam citato tex. 27. dicens: *Si autem vnumquodque alterum corrumpatur, facilis quidem erit, non ad inuicem autem transmutatio; sed ex igne quidem, & ex aqua erit terra, & aer; ex aere verò & terra ignis, & aqua.* Vbi D. Thomas lectione 4. *ostendit quomodo vnum elementum generetur ex duobus dicens, quod si altera qualitas quatuor elementorum non haberetur in symbolum corrumpatur, non est ad inuicem transmutatio, sed poterit aliquid tertium generari, sicut ex igne, & aqua, qua in nulla qualitate conueniunt, poterit generari terra, & aer; ex aere, & terra ignis, & aqua.* Vt de Arist. & D. Thom. communiter sequuntur Philosophi n. 34. relati.

Rationem fundamentalem huius assertionis adduxit Aristot. loco citato, eamque facta inductione in prædictis elementis explicat D. Thom. his fere verbis: Etenim quando aqua, & ignis mutuò fixantur & aquæ frigiditas corrumpitur à calore ignis, & siccitas ignis destruitur ab humiditate aquæ, tunc corrumpitur vtrumque, scilicet aqua, & ignis, & remanent in composito genito caliditas, & humiditas, & ita prædictum compositum resultans potest esse aër qui est calidus, & humidus; si verò igne & aqua ad inuicem decertantibus, calidum ignis, & humiditas aquæ corrumpitur, tunc etiam vtrumque elementum corrumpetur, & in composito denuò genito remanebit siccitas & frigiditas, & tale compositum denuò genitum erit terra, quæ est frigida, & sicca.

Similiter, ex aëre, & terra, potest generari ignis, & aqua, nam quando aer, & terra ad inuicem agunt, & caliditas aëris, & terræ siccitas corrumpitur; tunc vtrumque, scilicet aer, & terra desinet etiam esse, & remanebit in composito denuò genito, humiditas, & frigiditas, & sic tale compositum erit aqua frigida, & humida: quando verò humiditas aeris, & terræ frigiditas corrumpitur, remanet in genito caliditas, & siccitas, & sic id, quod generatur, erit ignis calidus, & siccus.

36 Confirmatur, & explicatur ex eodem sancto Doctore loco citato: nam ad hoc vt ex prædictis elementis dissymbolis generetur aliud tertium, oportet, vt vnum elementum exceedat alterum in vna qualitate, & excedatur ab illo in altera: vnde si ignis excedit frigiditatem aquæ per calorem, debet humiditas aquæ, per omnibus tunc occurrentibus, exceder siccitatem ignis, ita vt possint mutuò se destruere, ergo vterque corrumpetur, siquidem sine prædictis qualitatibus esse non possunt: ergo in materiam eorum succedet compositum aliud humidum, & calidum, scilicet aer.

Patet hæc vltima consequentia: nam compositum denuò genitum debet habere eas qualitates, quæ in composito corrupto pro generatione noui compositi introductæ sunt, & carere illis, quæ per se à composito corrupto expulsæ, aut valdè remissæ fuerunt: ergo cùm in tempore immediatè antecedenti ad instans generationis remaneat ignis cum humiditate ei impressa ab aqua, & cum proprio calore, siquidem aqua in eo euentu solùm destruxit eius siccitatem, vel solùm eam valdè remisit, & similiter aqua remaneat cum propria humiditate, & cum calore ei impresso ab igne, quandoquidem ignis solùm corrumpit eius frigiditatem, vel eam ad statum valdè remissum reduxit, consequens est, vt compositum tunc genitum possit esse aer, qui est humidus, & calidus.

37 Quod argumentum potest etiam, cum proportione applicato ad probandum posse ex eodem igne & aqua generari terra: nam si contigerit, qualitates eorum esse pensatis omnibus, in ea proportione, vt ignis, verbi gratia, vincat humiditatem aquæ per siccitatem, & aqua calorem ignis ratione frigiditatis, tunc ignis destruet modo explicato humiditatem aquæ, & ipsam aquam, ita vt in prædicto tempore immediatè antecedenti ad sui corruptionem maneat sicca, & frigida, quæ est propria dispositio ad terram, & similiter aqua destruet eodem modo calorem ignis per frigiditatem, atque adeò in prædicto tempore remanebit ignis cum siccitate, & frigiditate, per quam

quam (vt modò dicebamus) reddatur materia illius dispositia ad introductionem formæ tertiæ, petentis prædictas qualitates.

Sed contra rationem hanc obiicit D. Thom. non videri possibile, quod aeris & terra inter se decertantibus, & corrupta frigiditate tertiæ, & humiditate aeris, ac proinde remanente caliditate aeris, & siccitate terræ, tunc generetur ignis: & rationem reddit, aliis verbis. *Quando terra siccior, nec calidior aeris, videntur ad generationem ipsius posse sufficere: ignis enim multo calidior est quam aer, & siccior quam terra.*

38 Ad hanc tamen obiectionem respondet Angel. Doct. sic: *Ad hoc autem dicunt quidam, quod non intendit Philosophus quòd ex talibus duobus generetur purus ignis, ea aliquid quod maximè participet naturam eius, sicut exemplificat de flamma, sed hoc constare non potest, quia Philosophus loquitur de generatione elementorum. Praterea etiam caliditas flammæ multò intensior est, quàm caliditas aeris, & ideo dicendum, quòd generatur purus ignis; & licet illa caliditas non sufficiat, sumatur tamen, & intenditur per virtutem corporis cælestis, & lucem solis, & per virtutem aliarum stellarum.* Et meritò sanè, nam cùm materia vtriusque elementum possit manere sub forma aeris, aut terræ, quia corrumpuntur dispositiones ad hanc desideratæ, & aliàs non possit materia esse sine aliqua forma, ideo virtute cœlesti introducitur forma præfecti elementi, scilicet ignis, potiùs quàm altertius, ad quam licet non sufficienter, nihilominus magis quam aliquam aliam, erat materia virtute dispositionum appropriata.

39 Ex quibus omnibus inferendum est vltimò, & dicendum, quoties ex duobus elementis diuersibus generatur aliud tertium, tunc prædicta elementa non concurrunt ad talem generationem in genere causæ efficientis principalis, sed in genere causæ efficientis solùm dispositiuæ per introductionem dispositionis remotæ, non verò vltimæ, vel ad summum solum instrumentaliter talem productionem attingentis. Hæc est D. Thom. vt modo vidimus, quem sequuntur Iuniores Thomistæ, eamque satis conuincit tum ratio D. Thom. quæ in obiectione contra secundam conclusionem ab eodem facta, continetur; tum etiam secunda ratio dubitandi in ratio quæstionis adducta.

§. III.

Solutiones argumentorum partis negatiuæ.

40 AD primum distinguendum est antecedens, & concedendum de attingentia principalis, negandum verò de attingentia in genere causæ efficientis dispositiuè, vel instrumentaliter & ad probationem concedendum est, non manere in eo euentu aquam & ignem secundum suas entitates, aut secundùm qualitates in se inuicem productas.

Cæterum hoc nihil refert in sententia D. Thom. & nostra, quam 2. Physic. disp. 10. n. 80. & in hoc opere disp. 2. n. 15. & sequentibus explicuimus, scilicet generationem substantialem non esse nouam actionem à præcedenti alteratione distinctam, sed resultantiam naturalem ex vi termini primarij præcedentis alterationis subsequuta: nam vt plures ex Thomistis docent, ad hoc vt ex termino primario subsequatur secundarius, non est indispensabiliter necessarium, talis terminus, & eius actio sint in illo instanti, in quo sequitur terminus secundarius, sed satis est, quod fuerint in duratione immediatè antecedenti, vt ibidem explicuimus, & probauimus. Vnde per accidens, & materialiter quid est, quòd agens dutet secundùm suam entitatem, aut secundum suas qualitates in instanti generationis, dummodò in tempore vltimo statè antecedenti illi instanti modo sibi proportionato dispositionis ad formam generandam.

41 Ad secundum patet ex dictis, concedendo esse sequelam, si intelligatur de eodem elemento secundùm duas qualitates, & ratione, secùs verò si intelligatur de illo, secundùm vnam & eandem qualitatem, & rationem: etenim vt num. 36. diximus, ad hoc vt ex mutua pugna ignis & aquæ resultet tertium elementum, scilicet aer, necesse est vt ignis secundum calorem & actiuitatem suam vincat humiditatem aquæ, & resistentiam illius, atque aqua secundum hanc rationem sit fortior illis: è contra verò aqua secundùm humiditatem & actiuitatem suam superet siccitatem eius, & resistentiam ac proinde secundùm hanc rationem sit vigorosior illis, vt ita aqua introducat in igne humiditatem & remaneat calidus, & humidus, & eum nulla, vel valdè tenuis siccitate, & rursus ignis introducat in aqua calorem, & sic remaneat eodem modo calida, & humida. ac proinde vtrumque manet distinctum ad formam aeris.

Ad tertium respondetur, quod licet calor ignis, & humiditas aquæ quodammodo eadem cum proportione de aliis qualitatibus dicimus (dum sint, per se loquendo) virtutes ordinatæ ad productionem ignis, & aquæ, nihilominus per accidens, & præter intentionem naturæ particularis, secùs tamen naturæ vniuersalis, possunt deseruire in ordine ad productionem alterius tertij elementi, vt explicatum est.

Nec contra hoc habet vim exemplum de semine in argumento adductum: quia virtualitius semini potest per accidens & ex coniunctione ad aliud agens conducere ad alterationem, & putrefactionem eiusdem seminis; & consequenter aliquo modo concurrere ad introductionem altertius formæ distinctæ à forma lacteæ.

42 Ad id autem, quod de continentia eminentiali, & æquinoca in eodem argumento additur, non oportet responsum præbere, quia suppositis his, quæ ibidem recte dicuntur, probat duo elementa tota posse esse causas principales in genere causæ efficientis, respectu productionis tertij elementi specie distincti, quod non admittimus: & ideo asseruimus, solùm concurrere efficienter dispositiuè, vel ad summum effectiuè instrumentaliter.

DISPVTATIO XII.

De Temperamentis mixtorum.

POSTQVAM Aristot. de elementorum mutua generatione egit, modum generationem mixtorum, & eorum temperamenta explicanda accedit: quia vero circa generationem mixtionis, aut quorumcumque aliorum, nihil peculiare occurrit dicendum præter ea quæ in lib. 1. Physic. & 1. lib. huius operis disp. 1. diximus, idcò solùm de re nuper memorata in hac disputatione agendum restat.

QVÆST

QVÆSTIO vnica.

Vtrum in mixtis sit naturaliter possibile temperamentum æquale ad pondus.

1 MAior intelligentia temperamenti mixtorum non parum ex his, quæ in hac quæstione dicenda sunt, pendet; & ea semel discussa, nihil peculiare suppositis his, quæ loco statim referendo diximus, circa illud dicendum occurrit. & ideò hanc quæst. & non aliam in hac disp. exercamus.

§. I.

Notationes pro explicatione tituli.

2 PRo tituli intelligentia tecolendum est id,quod suprà diximus, scilicet dari in mixtis temperamentum quoddam, per quod bene se habent, eorumque materix disponitur ad susciptendam formam substantialem, & hoc temperamentum tantùm esse quatuor primas qualitates ad mediocritatem quandam redactas, ita tamen, vt pro diuersitate formarum diuersx temperies, diuersaque proportio in qualitatibus detur.

Secundò notandum est ex Conimb. 2. de Genet. c. 8. q. 5. art. 2. quòd plures ex Medicis & Philos. temperamentum hoc diuidunt in vniforme,& difforme: vniforme est illud, in quo omnes illæ quatuor qualitates sunt in æquilibrio, idest, in omnimoda æqualitate, & pondere,soletque appellari medium, siue temperatissimum,seu ad pondus,quia in eo qualitates quasi æquo pondere librantur: hoc autem temperamentum (si verum est illud esse naturaliter possibile, de quo statim) certum est non posse esse nisi tantùm vnicum, siquidem omnimoda æqualitas nullum admittit recessum à medio: temperamentum verò difforme, quod etiam vocatur intemperamentum,est illud,in quo qualitates ab æquilibrio in diuersam latitudinem recedunt,id est,in quo vna, vel duæ qualitates dominantur.

4 Vnde temperamentum istud diuiditur in simplex,& compositum.Simplex dicitur illud,in quo vna tantùm qualitas vincit, vt si in aliquo mixto essent quinque gradus caloris,& gradus humiditatis, siccitatis,& frigiditatis,essent æquales,nempe,vt quatuor: cumque quatuor tantùm sint primæ qualitates & nó plures,ad quatuor etiam capita,& non pluta reducuntur huiusmodi temperamenta simplicia, siquidem vnaquæque prædominari potest temperamentum verò compositum dicitor illud, in quo duæ qualitates dominantur, ex hoc,quòd duas alias excedunt.

Quare temperamentum hoc potest simpliciter in quatuor membra secari,pro varietate proportionum, seu combinationum, quæ in dominio primarum qualitatum potest esse.Primum est,in quo abundat calor, & siccitas, quod dicitur igneum, & in animalibus cholericum.Secundum,in quo calor & humiditas,& dicitur aëreum, & in animalibus, sanguineum. Tertium, in quo humiditas & frigiditas, & appellatur aqueum, & in animalibus phlegmaticum. Quartum tandem est,in quo excedit frigiditas, & siccitas,quod vocatur terreum, & in animalibus melancholicum. Constat autem non posse esse alia temperamenta difformia,siue simplicia, siue composita, quæ ad hæc non reducantur:nam calor & frigus, cùm sint contraria, non possunt simul prædominari,neque similiter humiditas,& siccitas.

5 Diximus: *Quæ ad hæc non reducantur*,quia adhuc in his temperamentis difformibus,siue simplicibus,siue compositis,magna existit varietas iuxta maiorem, vel minorem excessum, qui potest esse siue in vna, siue in duabus qualitatibus:& ita si particulatitet expendantur, innumerabilia sunt, & hoc non solùm in mixtis, quæ generice aut specificè distinguuntur; sed etiam intra eandem speciem; non enim omnia individua idem temperamentum habent; imò neque idem homo singularis,verbi gratia, eam qualitatum symmetriam,siue commensurationem toto vitæ decursu seruat: etiamsi recta valetudine fruatur.

Cæterùm omnia ad prædicta capita reducuntur, quia siue hoc,siue illo modo diuerso qualitates attemperentur, semper seruant proportionem illam generalem in eis recensitam,& iuxta diuersitatem,formarum,vel specificam vel numericam,cui connaturalia sunt,debent vel specie,vel numero in ratione temperamenti formaliter sumpti distingni.

Solent autem temperamenta hæc difformia,quando constant temperie qualitatum consentanea formis rerum, quibus insunt, nuncupari ab aliquibus temperamenta ad iustitiam, quia ex his variis temperamentis non idem omnibus mixtis conuenit, sed quasi iustitiæ titu vnicuique rei pro naturæ diuersitate suum adaptatur: nam sicut teste Arist. 3.Ethicorum c. 3.cùm in Republica bene ordinata honorifica præmia distribuuntur, non eadem omnibus, neque eodem modo,aut gradu, (quæ dicitur proportio Arithmetica,) sed vt vnicuique labor, & merita poscunt (quæ dicitur propriè Geometrica) distribuuntur: ita quodammodo ratio iustitiæ seruatur, dum diuersis mixtis non idem temperamentum tribuitur, sed iuxta id, quod propria (vt sic dicamus) eorum merita seu naturæ exposcunt.

6 Titulus ergo quæstionis consultò solùm inquirit, an in mixtis sit naturaliter possibile temperamentum æquale ad pondus; quia in eis dari verum temperantentum ex se, & ex iam dictis constat: & similiter esse possibilia naturaliter cæteta alia temperamenta difformia: nec posse aliquod aliud præter iam recensita dari, communiter ab omnibus recipitur, & ideò tantùm manet difficultas de temperamento ad pondus, an illud sit naturaliter possibile?

Cæterùm,quia,vt nuper dicebamus)temperamẽtum hoc tantùm potest esse vnicum, atque adeò vni soli speciei mixtorum potest conuenire,& authores oppositæsententiæ illud tribuunt humini, ex eo quòd putant esse perfectissimum,& ita soli speciei perfectissimæ,scilicet humanæ, debere conuenire: ideò maioris claritatis gratia quæstionem istam quoad hoc peculiare mixtum,scilicet hominem,discutiemus,quamuis pluta ex his, quæ in illa dicenda sunt conuincent non posse prædictum temperamentum in aliis mixtis inueniri.

§. II.

Proponitur prior opinio.

7 PArtem affirmantem tuentur Fernelius lib. 8. Physiolo.cap 4.Thomas de Garbio in summa titulo 1.de complexionibus q. 9. Vallesius lib.1.Controuers.cap.7. Isaicus cap. 2. dictatum vniuersalium, Conimb. in præsenti cap. 8. q. 2. art. 3. quos refert, & sequitur Rubio cap. 7. tractatu de temperamentis mixtorum q.2.num.22.& deinceps.

Probatur primò testimoniom Arist. section. 5. Problematum, vbi docet, corpora ad æqualitatem temperata facilè in morbum incidere, facileque curari: quæ verò non sunt ad æqualitatem temperata. non facilè infirmantur, nec facilè, sed difficulter curantur: ergo planè sentit, tale temperamentum esse naturaliter possibile: etgo ob rationem n. 6. dictam poterit, & debebit homini, & oun alieti speciei conuenire.

Confirmatur primò ex eodem Arist. 2. de Animalibus capor. de tactu, textu 118. vbi docet, sensum tactus non sentire qualitatea tangibiles eo gradu, in quo eas hab. t, sed solum in maiori, & intensioni, & inde colligit, sen otium tactus habere temperiem, seu compleationem ad pondus, his verbis: *Calidum autem frigidum, durum, aut molle non sentimus, sed exsperantias tanquam sensa, vtlui medietatem quandam existeme eius, qua in sensibilibus contrarietatis, & propter hoc discernit, ac iudicat sensibilia, medium autem tadicationum est; sit enim ad vtramque ipsorum alterum vtrimorum.* Quate eum homo inter omnia animalia habeat perfectissimum sensum tactus, vt docet idem Arist. 2. de partibus animalium c. 16 fit inde, vt habeat tempeiem ad pondus.

8 Confirmatur secundò ex D. Tho. 3. par q. 91. art. 2. inde corpore, vbi inquit: *Dissimilitudine verò cœlestium corporum habet homo elongationem à contrariis propter maximam aqualitatem complexionis.* Et in solutione ad tertium, quòd si ignis & aër, quæ sunt maioris virtutis in agendo etiam secundùm quantitatem in compositione humani eurporis abundarent, omnino ad se traherent alia, & non posset fieri æqualitas commixtionis, quæ est necessaria in compositione hominis ad bonitatem sensus tactus: & in a. 3. in solutione ad primum, sic ait: *Et similiter potest assignari ratio, quare quædam animalia sint acutioris visus, & additur, quàm homo propter impedimentum horum sensuum, quod necesse est consequi in homine ex perfecta complexionis aqualitate.*

9 Deinde probatur secundò ratione, quia non est impossibile naturaliter primas qualitates in gradu æquali intensionis, vt quatuor, dari in eodem subiecto ergo non erit impossibile, quòd ab aliqoa forma miati, scilicet omnium perfectissima, postulentur. Antecedens non indiget probatione, consequentia verò probatur: quæ si dantur formæ mixtæ postulantea easdem qualitates in gradu inæquali superiori, & inferioti, cui non poterit dari aliqua forma omnium nobilissima postulans easdem sub gradu æquali; nam sicut cæteræ aliæ formæ, quia sunt formæ imperfectiores, non possunt postulare perfectissimam temperiem scilicet ad pondus, ita forma nobilissima debet exigere eandem perfectissimam, & temperatissimam ad pondus.

10 Confirmatur: nam valdè verosimile est temperamenium hoc concessum fuisse Sacto Corpori Christi Domini in visceribus Deipatæ à Spiritu Sancto formato: quod sic ostenditur: nam temperamentum hoc est salubertimum, & perfectissimum omnium, & aliàs conuenit cum summa dignitate Christi, quam habuit ex vnione ad diuinum Verbum; nec derogat merito eius infinito, aut Redemptioris muneri, ergo verosimile est fuisse ei concessum. Patet consequentia, quia corpori perfectissimo, in quo nullus erat futurus morbus (vt docent Scholastici Doctores in 3. dist. 15. & 16. cum D. Thom. 3. p. q. 24. art. 4.) coogruum erat, vt tribueretur salubertimum, & perfectissimum temperamentum, si ullàs non derogat, at non derogate constat muneri Redemptoris.

Antecedens quoad primam partem (quæ sola indiget probatione) patet, tum ex dictis: tum etiam, quia temperamentum dissoluitur si ad extrema perueniat, nempe ad summam intensionem primarum qualitatum: ergo illud erit magis stabile, & optimum, quod plus ab eis recedit: oam eò difficilius potetit ad illa reuocati.

Tertiò, quotiescumque vnum contrarium est naturaliter possibile, poterit etiam aliud naturaliter dari: ergo cùm possibile naturaliter sit corpus inæqualiter temperatum, etiam potetit dari corpus æqualiter, & ad pondus tempetatum; quod est ei contrarium. Consequentia patet, antecedens verò est Arist. primo de Cœlo teat. 44. & secundo de Cœlo teatu 18.

11 Quartò, datur inter corpora mixta æquale ad pondus quantum ad qualitates motiuas: nimirùm, grauitatem: & leuitatem: ergo etiam dabitur mixtum æquale ad pondus quantum ad qualitates alteratiuas, scilicet calorem, frigiditatem, &c. Consequentia videtur constare ex paritate rationis. Antecedens verò probatur, quia reuera datur corpus habens tantum grauitatis, quantum leuitatis, vt constat in ligno, quod super aquam posito partim manet extra, partim verò intra illam, hoc autem videtur indicare in tali ligno tantum esse leuitatis, quantum grauitatis.

§. III.

Expenditur & probatur vera D. Thom. sententia.

12 Dicendum tamen est, non esse naturaliter possibile dari in homine, ac proinde neque in quolibet alio mixto temperamentum ad pondus. Assertio hæc apertè colligitur ex his, quæ docet Aristot. 1. libr. huius operis, c. 10. vbi etiam D. Thom. lect. vltima, & in hoc 2. tex. 48. vt exponit idem D. Thom. ibidem lect. 8 qui postquàm dixit, ex diuersa proportione & inæqualitate primarum qualitatum, resultare diuersa mixta, exemplificat hoc ipsum in carne ossibus; & in aliis miatis, necnon & in homine dicens: *Ita etiam intelligendum inter humidum, & siccum: qua secundum medium diuersitatem quandam, aliqua proportione conuenientia faciunt carnem, & in alia proportione faciunt os, & in alia faciunt alia, quorum complexiones variantur, sicut est homo, caro complexio maximè viciua est temperamento, & leo, qui est calida complexionis, & asinus, qui est frigida complexionis.* Vbi (vt vides) homini tribuit complexionem maximè vicinam temperamento, id est, omnimodæ æqualitati qualitatum ad mediocritatem redactarum: non verò quod eius complexio in prædicto temperamento consistat.

Et hoc ipsum non minùs perspicuè docuit idem S. Doctor in tertio, dist. 16 q. 2. art. 5. in solut. ad quartum. Vbi cum sibi obiecisset, quòd corpus humanum maximè ad æqualitatem in cuimmixtionis peruenit (sicut Philosophi tradunt) ac proinde non esse corruptibile, ex eo quòd vbi est æqualitas commixtionis, vnum contrarium non prædominatur alteri: vnde non potest agere ad corruptionem mixti: respondet in hæc verba: *Dicendum, quod impossibile est, quod complexio perueniat ad tantam aqualitatem, quin alterum contrariorum prædominetur: quia alias non fieret mixtio, nisi vnum in alterum ageret dominans.*

ad

ad medium reducendo, altero resistente: & præcipuè hoc oportet in corpore humano, quod calor dominetur propter operationes animæ, qua indigent calore, sicut instrumento, vt dicitur in 2. *de Anima.*

13 Eandem sententiam sequuntur Auicenna sententia 1.doctrina 3.c.10.Auerroes 1.de Cœlo,comm. 7. & in hoc lib.comm. 48. quem sequuntur omnes Arabes,Galen.lib de temp. & lib. de curanda valetudine, Mirhaël de Medina lib. 2.de recta in Deum fide, cap.7. Conciliator dif. 18. Bañez in hoc l.c. 7. quæst. vnica, Vasquez tom. primo,in 3.part. dis. 57. num. 14.vbi etiam Lorca disput.53.Naxarius quæst. 13.artic. 2.controversia 2.sanctque Tolet. qnæst. 14. huius lib. quatenus asserit,vix tale temperamentum esse possibile.

Priorem, & fundamentalem rationem huius assertionis, tetigit Aristot. cap. 10. iam citato, & D. Thom. ibidem & præcipue loco relato ex 3.Sententiarum, quæ potest sub hac forma proponi: nam in omni mixtione ex elementis necesse est, vt alterum elementorum prædominetur; sed elementum prædominans in mixtione debet in mixto per illam gentio prædominari, ita vt eius virtus maneat intensior in illo, quàm virtus aliorum: ergo nequibunt manere æqualia in mixto secundum suas virtutes ac proindè nec temperies ex illis virtutibus, seu primis qualitatibus resultans, erit ad pondus. Maior constat, quandoquidem, vt supra disp. 8. num. 24. & deinceps dicebamus, à proportione æqualitatis non prouenit actio. Minor verò constat, quoniam quotiescumque plures causæ concurrunt ad aliquem effectum: ita vt vna concurrat vt prædominans, & excedens, tunc prædominium, & excessus talis causæ debet splendere in effectu, atque adeò si secundùm suam virtutem debet in illo manere, oportet, vt maneat secundùm maiorem virtutem, & excessum, quàm reliquæ aliæ, quibus prædominatur: ex quo etiam vtraque consequentia adeò manet perspicua, vt probatione non indigeat.

14 Occurrit Rubio, falsum esse non posse elementa concurrere ad mixtionem secundùm æqualem gradum intensionis: nam licet ita concurrerent,possent agere, & pati, & subsequi mixtio, eo quòd illa, quæ magis sunt actiua, vt ignis & aër, applicarentur in minori quantitate: minus verò actiua in maiori; & præterea hæc posteriora sub maiori densitate valdè conducente ad actionem, illa verò priora sub minori applicarentur, & ita applicata proportionarentur, agereque & pati possent, & se corrumpere.

Sed contrà,nam vel facta hæc diuersa applicatione, & pensatis omnibus capitibus, ratione quorum vnum elementum potest magis prædominari alteri, manet vnum elementum vt aliquo modo prædominans, vel non; Si primum; hoc prædominium & excessus splendebit in effectu, ita vt elementum prædominans producat intensiorem effectum, vt contingit in fetu eandem, quod licet habeat calorem æquè intensum, aut aliquantulum minoris intensionis, quàm aliud calidum ratius; nihilominùs producit calorem intensiorem, quàm prædictum corpus rarius, vt suprà disputatione 8. n. 16. explicauimus. Si verò non sit tale prædominium, non dabitur actio, & mixtio, quia, vt D. Thom. arguit, à proportione æqualitatis non fit actio.

15 Secundò,posset occurri rationi S.Doct.assetendo, non omnia mixta fieri per propriam, & veram mixtionem,& ideo ex hoc capite nihil obesse, quominùs possent aliqua ex illis habere temperamentum ad pondus: vnde sicut eorum qualitates constituiuæ possunt via corruptionis reduci ad omnimodam mediocritatem, ita poterit inde resultare nouum mixtum petens eandem temperiem qualitatum.

Sed contrà,nam licèt non omnia mixta possint fieri per veram, & propriam mixtionem, hoc tamen non proueniret ex eo, quòd propria eorum temperamenta non possint ab elementis ad inuicem decertando, seque corrumpendo attingi, sed ex eo, quòd elementa concurrentia ad mixtionem non possunt tunc subordinari causæ actiuæ principali producenti formam mixti,verbi gratia, leonis, aut plurium aliorum animalium: ergo quantum est ex vi temperamenti, quod habent, nihil debet esse, ratione cuius ei repugnet fieri per veram mixtionem, & consequeretur tale temperamentum non esse ad pondus.

16 Antecedens quoad priorem partem probatur; nam cùm quodnis temperamentum contineatur intra latitudinem quotuor primarum qualitatum, & hæc in sua plenitudine reperiantur in elementis, non est cur vnum possit non ab illis per mutuam actionem,& reactionem, atque adeò per veram mixtionem, quantum est ex vi huius capitis, attingi.

Quoad secundam verò partem explicatur,& suadent sic: nam elementa concurrentia ad veram, & propriam mixtionem, non influunt in genere causæ efficientis per modum causæ propriæ principalis, sed instrumentalis, licèt in genere causæ materialis debeant principaliter concurrere, quatenùs ex eis ad inuicem corruptis debet resultare mixtum: tunc autem vt constat) non possunt subordinari, nisi solùm cœlestibus influentiis,aut alteri causæ superiori: quandoquidem nulla causa particularis poterit assumere vt instrumentum prædicta elementa secundum suam substantiam,& virtutes: quod quidem requireret ad hoc, vt ita concurrant in genere causæ efficientis instrumentalis ad mixtionem, vt simul etiam influat in genere causæ materialis ad mixtum inde resultans. Vnde quando mixtum potest produci à cœlo: tunc licèt sit viuens, potest vel absolutè, vel quantum est ex vi temperamenti, quod exposcit fieri per veram mixtionem; vt in animalibus producitur tempore pluuiæ, & caloris per mixtionem ex aqua, & terra, & cætera constat.

Diximus, *quantum est ex vi temperamenti, quod exposcit*, quia bene potest mixtum fieri ab aliqua causa superiori, cui elementa subordinari queant, & nihilominus non fieri per veram mixtionem, non quidem ita, vt hoc contingat ex vi temperamenti ab eodem misto petiti; sed ex hoc quòd viuens illud ob alias causas debeat fieri medio semine deciso ab alio viuente, cum quo nequeant immediatè, & secundùm suam substantiam elementa simul concurrere,vt contingit in productione muli ex equa,& asino, cuius productio,& generatio, causæ vniuersali tribuitur,vt secundo Phys.disp.3.n.26.diximus.

17 Ex quo etiam consequentia primi, & præcipui enrimematis patere videtur:nam cum causæ correspondeant suis effectibus, & effectus suis causis, fit inde,vt eo ipso, quòd temperamentum cuiusuis mixti sit talis naturæ vt quantùm est ex vi illius, possit mixtum fieri per veram mixtionem, nequeat esse æquale ad pondus,sed habeat debitam illam inæqualitatem,quæ ad hoc,vt fiat per mixtionem, desiderant. Vnde quantumui compositum corruptum habeat via corruptionis mediocritatem qualitatum ad

pondus, non tamen ideò in eadem æqualitate compositum generandum fiet : quia tantitas intensionis qualitatum pro forma mixti in instauri generationis introducenda, debet cum eadem, & cum temperamento, quod possit, quantum ex vi sua, per mixtionem fieri, proximè commensurari.

18 Secundam verò & fundamentalem rationem insinuauit D. Thom. loco citato ex secundo libro huius operis, quæ potest sub hac forma proponi : nam in homine plures, & diuersæ partes inueniuntur ad eius consistentiam desideratæ, scilicet ossa, nerui, cartilagines, caro, cerebrum, cor, iecur, & aliæ huiusmodi ; at omnes hæ partes, & earum diuersitas, non potest saluari cum temperamento ad pondus ergo tale temperamentum necessariò est eidem negandum, & consequenter cæteris aliis mixtis, quandoquidem, vt in explicatione tituli ex mente aduersariorum diecbamus, solùm potest disponere pro introductione formæ mixti omnium perfectissimæ, qualis est anima nostra. Minor ; in qua est difficultas, probatur : tum quia stomachus, cor & iecur exigunt plus caloris, quàm aliarum qualitatum elementarium ; ossa verò plus siccitatis, & sic de aliis : tum etiam si quia omnes istæ partes haberent temperamentum ad pondus, non possent esse inter se diuersæ, nec ad propria munera exercenda essent idoneæ, sed omnes essent similares, & eiusdem rationis, ac proinde eiusdem virtutis.

19 Nec refert, si respondeas primò cùm aliquibus, hinc solùm concludi, quòd in vnaquaque parte corporis neqneat esse temperamentum ad pondus, non tamen est quòd totus homo prædicto temperamento careat : nam si omnes partes hominis conferantur, & recte computentur gradus qualitatum in singulis, tunc totus homo erit æque, & ad pondus temperatus ex omnibus qualitatibus elementorum.

Non itaque hoc refert : nam certum est, tam in hoc quàm in cæteris animalibus terrestribus omnes ipsorum operationes calore præsertim perfici, ac proinde computatis omnibus gradibus qualitatum quæ in omnibus partibus inueniuntur, plus caloris, quàm frigoris debet esse in illo, & in prædictis animalibus.

Nec etiam refert, si cum Rubio dicas, ex hac secunda ratione solùm inferri hominem, aut quoduis aliud animal, non habere temperamentum æquale ad pondus in omnibus, & singulis partibus, non tamen maiori ex parte, quia in omnibus, per quas dispersus est sensus tactus, illud habet : cumque sensus iste per totum ferè corpus illius dispersus sit, ideò absolutè, & sine addito tribuitur ei hoc temperamentum.

20 Non itaque hoc refert : tum quia organum tactus solùm sunt nerui, vt in lib. de Anima diecmus ; nerui autem facta comparatione ad omnes alias partes corporis, non excedunt illas in numero, quantitate aut dignitate, sed potiùs exceduntur ab eisdem : ergo per hoc, quòd nerui haberent prædictam temperiem ad pondus, non ideò absolutè, & simpliciter dicendum esset hominis temperamentum debere esse ad pondus : tùm etiam, quia sensorium tactus non debet esse redactum ad omnimodam mediocritatem ad pondus, sed satis est, quod maximè ad illam accedat, vt loco citato dicemus : tum denique quia eùm nerui sint duriores, quàm caro, non possunt non habere plus de siccitate, quàm de humiditate.

§. IV.

Fit satis fundamentis sententiæ affirmatiuæ.

21 AD primum ex testimonio Arist. desumptum respondetur, Aristotelem solùm loqui de corporibus ad æqualitatem temperatis, quantum natura corporis mixti patitur ; hæc autem æqualitas non potest esse omnimoda metaphysicè (vt explicatum est) sed dicitur talis ex eo, quòd valdè ad hanc æqualitatem accidit. Per quod etiam ad primam confirmationem patet, quia sensorio tactus sufficit hæc posterior æqualitas, & mediocritas : vnde idem Philosophus loco in hac confirmatione relato non dixit sensum ratione sensorij, & organi in quo existit esse in medietate quadam, sed addidit particulam *velut*, dicens *Velut medietate quadam existente*, vt denotaret non habere metaphysicam & omnimodam medietatem, & temperiem, licèt ad illam valde accedat, vnde D. Thom. ibidem inquit, *sentimus excellentias tangibilium, quasi organo tactus constituto in aliqua medietate inter contrarias tangibiles qualitates.*

Ex quo ad secundam confirmationem ex testimoniis D. Thom. desumptam satis patet, vndè etiam fit, S. Doctorem tantùm tribuere homini maximam æqualitatem temperamenti, non absolutè, & simpliciter, sed comparatiuè cætera alia viuentia : nam licèt eius temperamentum includat inæqualitatem iam dictam, quæ solùm est æqualitas proportionis, vt ex eodem D. Thom. vidimus, nihilominùs minus inæqualitatis habet quàm temperamenta aliorum, atque in computatione ad illa temperamentum eius est temperatissimum, & maximè æquale.

22 Ad secundum, concesso antecedenti, negandа est consequentia : & ad eius probationem patet ex dictis, quomodo intra latitudinem temperiei naturalis mixtorum non contineatur temperies ad omnimodam & metaphysicam æqualitatem, atque adeò prædictum temperamentum falsò ab aduersariis asseratur esse perfectissimum intra latitudinem temperamentorum connaturalium, in ordine ad formas mixtorum, signidem nec dum intra latitudinem talis temperamenti continetur : vnde forma nobilissima ad summum petet temperiem summè æqualem non Metaphysicè, sed secundùm affinitatem, & accessum ad eam : quare quoties forma mixti fuerit per accidens sub prædicta temperie ad æqualitatem ex eo, quòd ab aliquo agente extrinseco eius naturalis inæqualitas violenter ad æqualitatem reducatur, tunc erit in statu violento, & via corruptionis, non verò sub statu naturalis, & debitæ temperei, & conseruationis.

Nec refert si obiicias, hominem sub hac temperie melùs conseruari, quia contraria ex quibus constat, non possent tunc ad inuicem agere, atque adeò nec hominem corrumpere.

Non itaque hoc refert : nam licèt per accidens homo sic ad prædictam mediocritatem redactus, non ageret in seipsum ratione illius partis, secundùm quam est sub prædicta mediocritate, nihilominùs esset in via corruptionis, sub naturali indispositione : tum quia non posset secundùm illam partem æquè bene exercere operationes vitæ, ex eo quòd caterer naturali temperie secundum illam : tum etiam, quia semel distemperato per reductionem ad prædictam mediocritatem, minor distemperatio ab extrinseco esset sufficiens ad distemperandum illum, ita vt omninò corrumpatur.

23 Diximus, *Secundùm aliquam sui partem*, quia cùm homo constet tot partibus, adeò diuersa, & inæ

inæqualia temperamenta petentibus non posset secundùm omnes partes maximè secundùm potissimas, ad mediocritatem reduci, quin corrumpetur. Per quod etiam ad confirmationem satis patet, negandum esse temperamentum hoc fuisse concessum Christo Domino; nec contra hoc obest probatio ibidem adducta (vt ea dictis constat.)

Ad tertium respondetur testimonium illud Aristot. de veris contrariis esse intelligendum: tunc enim existente vno contrariorum, existat alterum necesse est, æquale autem, & inæquale priuatiuè, non verò contrariè sunt inter se opposita, & sic non sequitur, quòd si vnum existit in rerum natura, existat etiam alterum, sicut etiam ea positione corpus finiti non requiritur dandum esse corpus infinitum, quia inter illa, propriè loquendo, non contraria, sed priuativa oppositio intercedit, ea eo quòd non conuenit illis propriæ diffinitio contrariorum, sed vnum habet intrinsecè priuationem alterius.

24 Ad vltimum negandum est antecedens, quia repugnat dari corpus cui non debeatur aliquis locus naturalis, vt ea se constat: tali autem corpori habenti ad æqualitatem grauitatem, & leuitatem non deberetur locus sursum, quia ibi propter grauitatem esset violenter, nec locus deorsum, quia ibi etiam propter leuitatem non esset connaturaliter nec locus medius inter sursum & deorsum, scilicet inter aërem & aquam, nam hic non est dubium quippè, cùm hæc duo elementa sint immediata, vt 4. Phys. diximus. Nec tandem dabitur vnt medietati talis corporis locus sursum, & alteri locus deorsum, cùm vtraque medietas constet ad pondus grauitate, & leuitate, atque adeò nullus locus naturalis tali corpori esset assignabilis, quod (vt constat) apertè repugnat.

25 Vnde ad probationem antecedentis dicendum est, lignum illud super aquam natans plus habere grauitatis quàm leuitatis: quare quòd sub aquis partim sit, prouenit ex eo, quòd aliquam leuitatem participat, & quia est satis porosum, & secundùm illos poros aëre impletur idcò ratione aëris, ita (vt sic dicamus) leuificatur, vt hoc non parum conducat, nè omninò mergatur: in cuius signum, vas æneum aquis superpositum non omninò mergitur, eo quod eius concauum aëre plenum est, & vter compressus mergitur aquis, non tamen tumens propter aërem in eo inclusum.

DISPVTATIO XIII.

De Reproductione eiusdem rei secundùm identitatem numericam.

1 QVIA Philosoph. cap. vltimo huius lib. docuit generationes rerum esse circulares, ita vt ad eandem rem secundùm speciem, non tamen ad eandem numero fiat in generationibus substantialibus regressus, ideò in vltima huius operis disputatione placuit vnà cum Iunioribus Philosoph. de possibilitate reproductionis eiusdem rei secundùm identitatem numericam disserere.

QVÆSTIO I.

Vtrùm eadem numero res permanens, à causa secunda producta, & deinde extincta, iterum possit naturaliter produci?

QVia res permanentes priores sunt rebus successiuis, ideò primo loco de illis, ooo verò de istis inquirimus.

§. I.

Sententia affirmans.

2 PArtem affirmantem tuetur Scotus in 4. dist. 43. quæst. 3. & videtur consentire Ricardus q. 1. ad sextum, quam probabilem reputauit Tolet. quæst. vltima huius lib. relectione 2.

Probatur primò: nam idem agens & idem passum, à quibus aliquis effectus processit, possunt denuo applicari: ergo tunc reproduceretur idem numero effectus semel extinctus. Antecedens patet: nam idem ignis, à quo in genere causæ efficientis producitur est aliquis calor, & idem lignum, à quo in genere causæ materialis talis calor processit; possunt, postquàm semel prædictus calor periit, denuò inter se applicari. Consequentia verò probatur: nam vt docet Aristot. 2. de cœlo, text. 22 & 8. Metaph. text. 21. si agens fuerit idem, & materia eadem, effectus erit idem.

3 Secundò, nam idem ignis potest diuersis temporibus per se conseruare eundem numero calorem à se productum: ergo etiam poterit eundem numero calorem diuersis temporibus producere. Consequentia patet, quia id, quod per se potest conseruare aliquem effectum, poterit etiam illum reproducere, quia virtus per se conseruatiua alicuius rei est per se actiua illius: antecedens verò constat: nam semel aqua calefacta ab igne, & eo calore per influxum illius conseruato, potest tantisper separari ab eodem igne, & postea illi applicari; tunc autem certum est, quòd poterit ignis in diuersis illis temporibus prædictum calorem aquæ in ea conseruare.

Tertiò: nam si aqua in multas partes diuidatur, perit identitas numerica illius, quia quælibet ex illis partibus remanet quoddam totum numero distinctum ab alio; & tamen si omnes illæ partes postea vniantur, tunc aqua inde resultans est eadem ac illa, quæ antea erat, vt communiter docent Philosophi: ergo res semel extincta poterit per naturam reparari.

Confirmatur: nam partes animalis perfecti possunt per naturam reparari: ergo etiam totum animal poterit reparari. Consequentia ex paritate rationis videtur constare: antecedens verò probatur, nam auricula, vel nasus, verbi gratia, semel diuisa ab homine, statim perit, quia anima non potest duas materias discontinuas simul informare, & tamen si statim reuniatur, recuperat eandem vitam, quia viuit per eandem animam, per quam (vt experientia docet) antea viuebat, ergo partes animalis perfecti possunt per naturam reparari.

4 Quartò: nam semel extincto homine remanet in materia potentia, & capacitas naturalis ad illam numero animam, quam semel habuit, quia illa capacitas non distinguitur ab eius entitate ibidem manente, & similiter in illa anima remanet inclinatio naturalis ad vnionem, quia cùm sit pars, naturaliter inclinatur ad hoc, vt sic in suo toto, atque adeò vt iterum vniatur cum materia: ergo debet dari agens naturale, quod possit vtramque reunire, & hominem illum extinctum reproducere. Patet consequentia.

quia cuiuis potentiæ passiuæ naturali, & inclinationi formæ in ordine ad aliquem effectum etiam naturalem debet correspondere potentia actiua naturalis, ne illæ inclinationes materiæ, & formæ maneant perpetuò frustratæ.

Confirmatur: nam anima est sub statu violento, dum est separata, ex eo quòd habet inclinationem naturalem in ordine ad vnionem enim sua comparte, scilicet materia: ergo cùm nihil violentum sit naturale perpetuum, erit possibile naturaliter aliquod agens, per quod reuniatur, & ita homo ille semel extinctus per naturam repararetur.

§. II.

Communis sententia stabilitur.

5 Dicendum tamen est, rem permanentem à causa secunda productam; & semel extinctam, non posse naturaliter, seu per virtutem causarum secundarum eandem numero redire. Ita Arist. in Prædicamentis cap. de oppositis, vbi inquit. *Quod à priuatione ad habitum non est regressus.* Et in hoc libr. cap. 9. textu 70. vbi D. Th. lectione vltima; idem etiam docet S. Doctor 4. contra gentes cap. 81. & Quodlibet. 4. art. 5. dicens. *Naturale agens non potest reparare eadem numero, si in nihilum redacta fuerint, vel si fuerint secundùm substantiam corrupta.* Vndè Aristot. & S. Doctor. sequuntur Capreolus, Paludanus, Scotus in 4. dist. 43. 44. & omnes Scholastici ibidem prætet citatos pro prima sententia. Fettara loco relatu ex 4. contra gentes, Toletus, Bañez quæst. vltima huius lib. Conimbric. quæst. 1. vltimi capitis art. 3. Rub. tractatu de reproductione rerum quæst. 1. Suarez 3. part. disput. 44. sect. 6. & alij quàm plures.

Rationem fundamentalem insinuat D. Thom. loco citato ex 4. contra gent. & Quodlib. 4. potestque sub hac forma proponi: nam si res semel extincta, producta fuit per virtutem causæ secundæ, non potest redire eadem numero actio, per quam producta est: ergo res illa nequibit semel extincta reparari naturaliter, seu per virtutem causæ secundæ. Consequentia patet, quia sicut quiuis effectus petit inter causas secundas hanc peculiarem causam, & non aliam & ideò ab hac, & non ab illa potest fieri, iuxta ea, quæ 2. Phys. disp. 15. n. 50. diximus; ita petit hanc numero actionem prædictæ causæ secundæ, & non aliam; eam nimirùm, per quam priùs per talem causam productus est, vel eam, quam prædicta causa eliceret, si rem illam priùs produxisset.

6 Antecedens verò quoad primam partem probatur: quia non potest redire eadem numero actio causæ secundæ, nisi redeat idem numero tempus ex eo, quod teste Philos. 5. Physic. tria requiruntur ad vnitatem numericam actionis, vel motus, nempe vnitas numerica subiecti, termini, & temporis, ita vt quocumque horum variato, non sit eadem numero actio, sed diuersa: quare sicut non potest redire naturaliter idem numero tempus (vt quæst. seq. dicemus) ita nec eadem numero actio.

§. III.

Enodantur argumenta prioris sententiæ.

7 Ad primum, concesso antecedenti, neganda est consequentia, & ad probationem respondetur ex D. Thom. ibid. & lectione vltima huius libri, Aristotelem solùm velle, quòd si agens fuerit idem, & materia eadem sequetur idem effectus secundùm speciem, non verò idem secundùm numerum.

Ad secundum concedendum est antecedens, & neganda consequentia, & ad eius probationem dicendum, quòd licet id, quod potest per se conseruare effectum, potuerit illum per se producere, non tamen semel extinctum reproducere, quia non potest redire eadem numero actio, per quam illum produxit, & ita virtus per se conseruatiua alicuius rei, non est reproductiua illius.

Ad tertium dicendum est, aquam illam diuisam in multas partes non periisse quoad entitatem materialem, sed quoad terminationem, & ea quæ ad illam, & prædictam diuisionem consequuntur: & ita si iterum vniantur illæ partes, semper perseuerat, modo suprà dicto, eadem entitas, non tamen sub eadem terminatione, atque adeò numquam id, quod semel extinctum est, redit per naturam.

8 Ad confirmationem, concesso antecedenti, neganda est consequentia, quia in casu antecedentis manet identitas individui potens trahere ad sui vnitatem partem illam: & ita quoties prædicta pars fuerit talis naturæ, vt posset sufficienter disponi pro conuersione in substantiam viuentis præexistentia, traheretur ad eius vnitatem. Sed de hoc in lib. de Anima, disput. 4. quæst. 4. termo redibit, ibique magis explicabitur.

Ad quartum constat ex his, quæ primo Physic. disp. 3 num. 93 diximus, vbi explicuimus, quo modo illa inclinatio materiæ, & animæ naturalis, non sit simpliciter naturalis, nec simpliciter violenta, & ideo argumentum nihil concludit: per quod etiam ad confirmationem satis patet.

QVÆSTIO II.

Vtrùm sicut res permanens semel extincta, ita etiam successiua tam destructa possit secundùm identitatem numericam per diuinam potentiam redire?

9 In quæstionis titulo aliquid, vt certum, vel ferè certum supponimus, & aliquid in dubium vocamus. Supponimus enim, res permanentes semel extinctas posse iterum per diuinam potentiam reparari: tum, quia id ferè omnes Theologi, & Philosophi fatentur; tum etiam, quia de homine certum est, secundùm fidem posse, & debere semel extinctum redire: cumque quoad hanc possibilitatem eadem sit ratio de cæteris aliis rebus permanentibus, consequens est, vt omnia alia possint etiam per diuinam virtutem reparari: tum denique, quia id ratio hæc satis suadet: nam talis reparatio non potest implicare, vel ex parte diuinæ potentiæ, quæ est infinitæ virtutis, & efficacitatis; nec ex parte actionis diuinæ à tempore dependentis, aut iam transactæ, quæ proinde redire non possit: quia Deus nunquam agit ad extra per actionem taliter transeuntem, sed per actus immanentes sui intellectus & voluntatis, qui nunquam transeunt, neque à tempore possunt dependere, neque tandem ex parte creaturæ; scilicet ex parte ipsius rei permanentis: nam si hæc fiat per creationem, nihil potest obesse, quod fuerit ad nihilum redacta, cùm creatio sit ex nihilo; si verò producatur ex potentia materiæ, nihil etiam obstabit respectu agentis infiniti, & independentis à tempore & ab aliis dispositionibus in agendo quominùs cùm sibi placuerit, possit illam repro ducere, quia cùm aliquo modo remanserit in potentia, & capacitas hæc saltim obedientialis, est idem

idem cum potentialitate illius, & ab ea inseparabilis, fit inde: vt à supremo omnium agente possit prædicta res petmanens ex ea educi.

10 Quare quod vocamus in dubium est, an eodem modo sit possibile in ordine ad diuinam potentiam, quòd res per se successiua, semel extincta possit eadem numero reproduci Diximus autem in ordine ad diuinam potentiam, quia secundùm communem cursum certum est apud omnes Philosophos rem per se successiuam semel extinctam non posse eandem numero reparari.

§. I.

Refertur prior opinio.

11 PRima sententia asserit, rem per se successiuam semel destructam posse per absolutam Dei potentiam iterùm eandem numero reproduci. Ita Aureolus, apud Capreol. in 4. distinct. 32. quæst. 1. art. 1. Mayronius dist. 44. quæst. 3. Basolis, quæst. 1. huius lib. quos referunt, & sequuntur Conimb. cap. vltimo huius lib. q. 3. art. 2.

Probatur primò: nam res successiua semel extincta, adhuc manet virtualiter eminenter in diuina potentia: ergo poterit talem rem secundum identitatem numericam, quantumuis iam transierit, reproducere. Antecedens patet: nam hæc continentia est essentialis Deo, quippè quæ conuenire debet illi, ex eo quòd est primum ens, primumque efficiens per essentiam. Consequentia verò probatur, quia effectus, qui semel producitur, & extinctus est, adhuc remanet in sua causa, potestque inde extrahi iterùm, siquidem ratione illius perseuerantis continentiæ in illa habet possibilitatem ad hoc, vt ad extrà producatur: maximè quando causa operatur per actionem à tempore independentem, quæ semper est præsens, & hunquam transit, vt in Deo contingit.

12 Secundò: nam si propter aliquam rationem non possit idem numero motus aut tempus reproduci: maximè, quia motus indiuiduator ab hoc numero tempore vero, & reali, & hoc numero tempus verum & reale ab hoc numero tempore imaginario, & ita hoc ipso, quòd motus in alio tempore vero, & reali, & tempus hoc in alio tempore imaginario producatur, iam non erunt idem secundum numerum; sed hæc ratio est nulla: ergo, & cætera. Maior quoad motum constat ex dictis quæst. præcedenti, & 5. Phys. Quoad tempus autem verum. etiam patet: quia sicut hic numero locus verus, & positiuus haber necessariam connexionem cum hoc numero spatio imaginario, & ideo non potest permanere idem numero, nisi correspondeat eidem spatio imaginario: ita hoc numero tempus verum essentialiter nectitur cum hac numero parte temporis imaginarij, & ideo non potest esse idem, nisi correspondeat eidem parti prædicti temporis imaginarij.

13 Minor autem probatur: nam licèt idem motus reproduceretur in alio tempore, semper dicetur ordinem per se ad idem tempus verum, in quo fuit primò productus: & similiter, licèt reproduceretur idem numero tempus verum, & reale, semper dicetur ordinem ad illam partem temporis imaginarij, in qua habuit primò produci: hic autem ordo per se eis conueniens sufficeret ad prædictam identitatem numericam eorundem, sicut hæc numero albedo, v.g separata à Petro, & posita in Paulo remanet eadem numero, licèt indiuiduetur à Petro, quia quantumuis ab eo separata, aut alibi, vt in subiecto collocata, semper remanet eum ordine per se ad eundem Petrum, & non ad alium: ergo, &c.

§. II.

Sententia Doctoris Angelici præfertur.

14 DIcendum tamen est, implicare contradictionem eandem numero rem successiuam semel extinctam reproduci à Deo. Ita D. Thom. quod quodlib. 4. art. 5. his verbis: *Quædam enim sunt, quorum vnitas in sui ratione habet durationis continuitatem, sicut patet in motu, & tempore, & ideo interruptio talium indirectè contrariatur vnitati secundum numerum; ea verò, quæ contradictionem implicant, non continentur sub numero Deo possibilium, quia deficiunt à ratione entis, & ideo si huiusmodi in nihilum redigantur, Deus ea non potest eadem numero reparare: hoc enim esset facere contradictoria simul esse vera: puta si motus interruptus esse vnus.* Vide S. Doctorem sequuntur Capreol in 4. dist. 43. q. 1. Durand. ibid. q. 3. Palud. quæst. 1. Ferrar 4. contra Gent. cap. 81. Sotus. 4 Physic. concl. 3. Banez quæst. vltim. huius lib. conclus. 2. Rubio ibid. & plures alij.

15. Rationem autem fundamentalem huius sententiæ tetigit D. Th. loco citato, quæ potest ad hanc formam reduci: motus, & tempus ad sui vnitatem numericam exigunt vnitatem & continuationem suæ durationis, ita vt talis duratio non intertumpatur, sed hoc ipso, quòd motus & tempus semel sint, & deinde extinguantur, non potest non eorum duratio interrumpi: ergo non possunt reproduci secundùm vnitatem numericam, sed solùm secundùm specificam. Minor cum consequentia satis constat: maior verò probatur ex his, quæst Physic. disp. 23. n. 24. ex Arist. dixmus scilicet in idem redire esse vnum numero motum, & esse continuum, seu non interruptum secundùm suam durationem, ac proinde idem etiam erit tempus esse vnum numero, ac non esse interruptum, sed continuò, & absque interruptione durare.

Secundò, probatur alia ratione, quam idem S. Doct. insinuat: quia si semel Deus potest reproducere eandem numero albedinem, quæ fuit in Petro, & ponere illam in Ioanne, vt multi probabiliter volunt: ideo erit, quia semper conseruarer albedo illam aptitudinalem inhærentiam in ordine ad Petrum, & hæc habitudo est satis ad eius vnitatem numericam; sed res successiua, vt tempus semel extinctum, si postea reproducatur, non posset dicere ordinem aptitudinalem ad hoc, vt correspondeat eidem tempori imaginario, cui antea correspondebat: ergo prædictum tempus, aut quæuis alia res successiua, non potest reproduci eum identitate numerica, sed solùm secundùm specificam.

16 Maior non indiget probatione: minor verò probatur: nam ideò illa albedo dicetur prædictam aptitudinalem inhærentiam, ac proinde conseruaret eam identitatem numericam, quia possibile est eam iterùm inhærere actu in Petro; sed si semel res successiua, verbi gratia, tempus præterea, nunquam potest coexistere actu tempori illi imaginario, cui priùs coexistebat, quia tempus illud implicat, vt iterum fluat, ex eo quòd eius quasi fluxus inalterabilis est, & semper, ac necessariò, independenterque à diuina voluntate fluit: ergo etiam implicabit tempus illud, quod reproductum esse dicitur, conseruare prædictam habitudinem aptitudinalem ad actu coexistendum illi. Ex quo etiam consequentia satis liquet, quia vnitas numerica motus necessario petit prædictam correspondentiam ad verum tempus; tempus autem verum & inferius sumitur in ordine ad tempus superioris corporis, scilicet primi mobilis, ac tandem illud ad minus exigit, vt sit talis naturæ quòd possit correspondere eidem tempori imaginario;

§. III.

Diluuntur argumenta primæ sententiæ.

17 AD primum respondetur, quòd Deus in seipso eandé potentiã habet eandemque continentiam respectu rei successiuæ, quã habuit ex æternitate, si potentia & continentia illa Dei referatur ad rẽ ipsam secundùm se, antequam supponatur fuisse, vel non fuisse; si verò referatur ad tempus nostrum secundùm differentias præsentis, præteriti, & futuri, tunc posito quòd semel res illa successiua fuerit, & extincta sit, non potest illam iterùm producere, quia vt ex D. Thom dicebamus, esset facere duo contradictoria simul vera, scilicet tem illam esse, & non esse eandem numero: esse quidem, vt supponitur, non esse autem, quia eius duratio est interrupta; quod tamen cum vnitate numerica illius pugnat: quare cùm ad hoc nunquam etiam ex æternitate habuerit Deus potentiam, consequens est, vt per eius potentiam prædictæ res successiuæ semel extinctæ non possint reproduci.

18 Adde, & explicabitur magis hoc ipsum, quòd sicut causa creata, dum actu producit aliquam rem, tunc actu continet in genere causæ efficientis illam, & simul ponit illam ad extra, & per hoc, quod actu illam producat, non sequitur, quòd tunc contineat illam in genere causæ efficientis, sed potiùs hæc continentia ex prædicta productione à posteriori colligitur; ita quia diuina potentia, & diuinum esse mensurantur æternitate, respectu cuius præterita & futura sunt præsentia, satis est, quòd semper in æternitate sit præcos illa prior productio rei successiuæ, quæ respectu nostri temporis est præterita, ad hoc vt in tostaori æternitatis, vt complectitur prædictum tempus, verificetur quod res illa, & productio eius respectu nostri temporis præterita, sit præsens Deo in æternitate, actuque respectu illius semper ab illo, manet, actuque in potentia continetur, atque adeo ad hanc continentiam non erit necessarium, vt iterùm respectu nostri temporis possit inde extrahi, iterumque produci,

19 Ad secundum patet ex his, quæ in secunda ratione in fauorem nostræ assertionis diximus. Et hæc sint satis pro toto hoc opere de Generatione, & Corruptione: quæ vtinam omnia in laudem omnipotentis Dei, sanctissimæ Virginis & genitricis illius Theresæ Patentis nostræ, sancti Cyrilli, Angelici Doctoris, ac Doctoris nostri omniumque Sanctorum cedant. Si quid autem eis Doctrinæ S. Thomæ, quo quomodo dissonum, aut minus consonum diximus, libentissimo animo iterùm atque iterùm retractamus.

FINIS.